¶Alia partitio paris secūdum perfectos imperfectos ⁊ vltra quam perfectos.
Capitulum.xix

AC de imparibus numeris quantum introductionis permittebat breuitas expeditum est. Rursus numerorum parium sic fit secunda diuisio. Alii enim eorum sunt superflui.alii diminuti secundum vtrasq3 habitudines inequalitatis.Omnis quippe inequalitas:aut in maioribus aut in minoribus consideratur. Illi.n. immoderata quodammodo plenitudine proprii corporis modum partium suarum numerositate precedunt. Illos autē veluti paupertate inopes oppressos q3 quadam nature sue inopia minor quam ipsi sunt partium summa componit.atq3 illi quidem quorum partes vltra quam satis est sese porrexerunt.superflui nominantur.vt sunt.12.vel 24. Hi enim suis partibus comparati maiorem partium summam toto corpore sortiuntur. Est enim duo denarii medietas.6. pars tertia.4.pars quarta.3.pars sexta. 2. pars duodecia.1.est Omnisq3 hic cumulus redūdat. in.16. ⁊ totius corporis sui multitudinem vincunt Rursus.24.numeri medietas est.12.tertia.8. quarta.6.sexta.4.octaua tria: duodecima.2. vicesimaquarta vnum qui omnes triginta ⁊ sex rependunt. In qua re manifestum est quod summa partium maior est: ⁊ supra proprium corpus erundat. Atq3 hic q3dem quoniam composite partes totius summam numeri vincunt: superfluus appellatur. Diminutus vero ille cuius eodem modo composite partes toti⁹ termini multitudine superantur.vt.8.vel.6.habet enī octonarius partem mediam:idest.4. habet ⁊ quartam idest duo.habet ⁊ octauam idest vnum que cuncte in vnum redacte.7.colligunt:minorē scilicet summam toto corpore concludentes. Rursus.14. habēt medietatem idest septenarium. habent septimā:idest.2. habent quartamdecimam idest.1.que in vnū si collecte sint: denarii numeri summa concrescit: toto scilicet termino minor: Atq3 hi quidem hoc modo sunt:vt prior ille quem sue partes superant talis videatur:tamq3 si quis multis super naturam manibus natus vt centimanus gigas:vel triplici coniunctus corpore:vt gerion tergeminus vel quicquid vnq3 monstruosum natura in partium multiplicatione surripuit. Ille vero vt si naturaliter quadam necessaria parte detracta.aut minus oculo nasceretur:vt cyclopee frontis dedecus fuit:vel quo alio curtatus mēbro:naturale totius sue plenitudinis dispendium sortiretur. Inter hos autem velut inter equales intemperantias medii temperamentum limitis sortitus est ille numerus qui perfectus dicitur: virtutis scilicet emulator qui nec superuacua progressione porrigitur:nec contracta rursus diminutione remittitur ꝫ medietatis obtinens terminum suisequus partibus nec crassatur abundantia:nec eget inopia. vt sex vel. 28. Namq3 senarius habet partem mediam idest.3. ⁊ tertiam idest.2.⁊ sextam idest.1.que in vnam summam si redacte sint par totum numeri corpus suis partibus inuenitur.28.vero habet medietatē. 14.⁊ septimam.4.nec caret quarta idest.7.possidet quartamdecimam.2.⁊ Reperies in eo vicesimam octauam.1.que in vnum redacte totum partibus corpus equabunt.28.enim iuncte partes efficient.

¶De generatione numeri perfecti.
Capitulum.xx.

EST autem in his quoq3 magna similitudo virtutis ⁊ vitij. Perfectos enim numeros raro inueies:eosq3 facile numerabiles:quippe qui pauci sunt:⁊ nimis constanti ordine procreati:at vero superfluos ac diminutos longe multos infinitosq3 reperies:nec vllis ordinib⁹ passim inordinateq3 dispositos:⁊ a nullo certo fine generatos. Sunt autem perfecti numeri intra denarium numerum.6.intra centenarium.28.intra millenarium numerum.496. intra decem milia. 8128. Et semper hi numeri duobus paribus terminantur. 6.⁊.8.⁊ semper alternatim in hos numeros summarum fine perueniunt. Nam ⁊ primum sex deinde. 28. Post hos.496.idem senarius qui primus.post quē 8128.idem octenarius qui secundus. Generatio autē procreatioq3 eorum est fixa firmaq3 nec quo alio modo fieri possint:nec vt si hoc modo fiant aliud quiddam vllo modo valeat procreari: Dispositos enī ab vno omnes pariter pares numeros in ordinem quousq3 volueris:primo secundum aggregabis:⁊ si primus numerus incōpositus ex illa coaceruatione fact⁹ sit totam summā in illū multiplicabis quē posterius aggreuaueras. Si vero coaceruatione facta primus ⁊ incompositus non inuentus fuerit sed compositus ⁊ secundus hunc transgredere atq3 alium qui sequitur aggregabis. Si vero nec dum fuerint primus ⁊ incompositus:alium rursus adiunge ⁊ vide quid fiat Quod si primum incompositumq3 reperies:tunc in vltime multitudinem summe coaceruationem multiplicabis. Disponantur enim omnes pariter pares numeri hoc modo.1.2.4.8.16.32.64. 128. facies ergo ita:pones.1.eiq3 aggregabis.2. Tunc respicies ex hac aggregatione qui numerus factus sit: sunt.3. qui scilicet primus ⁊ incompositus est:⁊ post vnitatem vltimum binarium numerum aggregaueras. Si igitur ternarium idest qui ex coaceruatione collectus est per binarium multiplices qui est vltimus aggregatus:perfectus sine vlla dubitatione nascetur. His enim.3.6.faciunt.qui habent vnam quidem a se denominatā partem idest sextam tres vero medietatem ꝑm dualitatem.at vero duo ꝑm coaceruationem idest ꝑm tertiariū:quoniā coaceruati tres multiplicati sunt. Uigintiocto autem eodem modo nascūtur. Si enī super vnū ⁊ duo qui sunt tres addas sequentē pariter parē idest.4. septenariam sūmam facies sed vltimū nūerū quaternariū cōsequēter adiūxeras:per hūc igit̄ si illam coaceruationē multiplicaueris:ꝑfectus numerus procreatur. Septies enim 4.28.sunt qui est suis partibus par:habens vnū a se denominatum

denominatum ipest vigesimumoctauum. medietates vero ꝺm binarium.14.ꝺm quaternarium.7.septimã vero ꝺm septenarium.4.ꝺm omnium collectionem quartumdecimum duo: qui vocabulo medietatis op ponitur. Ergo cum hi reperti sint. si alios inuenire se ceteris: eadẽ oportet ratione vt vestiges. Pones eniz vnum licebit: ⁊ post hunc.2.⁊.4. qui in septenarium cumulantur: sed de hoc dudum extitit.28. perfectus numerus. Huic igitur qui sequitur pariter par idest. 8. continens iungatur accessio: qui prioribus superue niens.15. restituit. Sed hic primus ⁊ incompositus ẽ est. Habet enim generis alterius partem super illam que est a seipsa denominata: quintamdecimam scilicz vnitatem. Hunc igitur quoniam secundus est compo situs preterito: ⁊ adiunge superioribus continentem pariter parem numerum idest.16. Qui cum.15. iun ctus vnum ac.30. conficiet. Sed hic primus rursus ⁊ incompositus est. Hunc igitur cum extremi ag gregati summa multiplica: vt fiant sedecies. 31. qui. 496. explicant. Hec autem est intra millenariuz nu meruz perfectas suis partibꝰ equa numerositas. Igi tur prima vnitas virtute atqꝫ potentia non etiaz actu vel re ⁊ ipsa perfecta est. Nam si primam ipsam sum psero de proposito ordine numerorum: video primaz atqꝫ incompositam: quam si per seipsam multiplico eadem mihi vnitas procreatur. Semel enim vnum solam efficit vnitatem que partibus suis equalis ẽ po tentia solum ceteris etiam actu atqꝫ opere perfectis. Recte igitur vnitas propria virtute perfecta est qꝺ ⁊ prima est ⁊ incomposita: ⁊ per seipsam multiplicata se se ipsa conseruat. Sed quoniam de ea quantitate q̃ per se sit dictum est: operis sequentiam ad illã que re fertur ad aliquid transferamus.

¶De relata ad aliquidꝫ quantitate.
¶Capitulum.xxi.

A D aliquid vero quãtitatis duplex est prima diuisio. Omne enim aut equale est: aut in equale quicquid alterius comparatione me titur. Et equale quidem est: quod ad aliqꝺ comparatum neqꝫ minore summa infra est neqꝫ maiore transgreditur: vt denarius denario: vel ternarius ternario vel cubituz cubito: vel pes pedi: ⁊ his similia. Hec autem pars relate ad aliquid quanti tatis idest equalitas naturaliter indiuisa est. Nullus enim dicere potest: quod equalitatis hoc quidem tale est illud vero huiusmodi. Omnis enim equalitas vnã seruat in propria moderatione mensuram. Illud etiã quod que ei quantitas comparatur: nõ alio vocabulo atqꝫ ipsa cui comparatur edicitur. Nam quemadmo dum amicus amico amicus est: vicinusqꝫ vicino: ita dicitur equalis equali. Inequalis vero quãtitatis ge mina diuisio est. Secatur enim quod inequale est in maius atqꝫ minus que contraria sibimet denomina tione funguntur. Namqꝫ maius minore maius est: ⁊ minus maiore minus est: ⁊ vtraqꝫ non eisdem voca bulis quemadmodum ꝺm equalitatem dictuz est: sed diuersis distantibusqꝫ signata sunt ad modum discen s scilicet vel docentis: vel cedentis vel vapul an tis vel quecunqꝫ ad aliquid relata aliter denominatis cõ trarijs comparantur.

¶De speciebus maioris inequalitatis ⁊ minoris.
Capitulum.xxii.



Maioris vero inequalitatis quinqꝫ partes sunt. Est enim vna que vocaẗ multiplex alia superparticularis. tertia superpar tiens quarta multiplex superparticula ris: quinta multiplex superpartiens: His igitur quinqꝫ maioris partibus op posite sunt alie quinqꝫ partes mioris: quemadmodũ ipsum maius minori semper opponitur: que minoris species ita singillatim speciebus. v. mioris his que su pradicte sunt opponuntur: vt eisdem nominibus nun cupentur sola tantum sub prepositione distantes. Di citur enim submultiplex: subsuperparticularis: sub su perpartiens: multiplex subsuperparticularis: ⁊ multi plex subsuperpartiens.

¶De multiplici eiusqꝫ speciebus earumqꝫ generatio nibus Capitulum.xxiii.



Rursus multiplex est prima pars maioris ĩ equalitatis: cunctis alijs antiquior natura qꝫ prestantior: vt paulopost demonstrabi mus. Hic autem numerus huiusmodi est: vt comparatus cum altero: illum contra quem comparatus est habeat plus quã semel. Quod primũ in naturalis numeri dispositione conueniet. nã qꝫ ad vnũ cuncti qui sequuntur: omnium ordine mul plicium sequentias varietatesqꝫ custodiunt. Ad pri mum enim idest vnitatẽ.2. duplus.3. triplus.4. qua druplus: atqꝫ ita in ordinem progredientes: omnes te xuntur multiplices quantitates. Quod autem dictuz est: plus q̃ semel: id a binario numero principium ca pit: ⁊ in infinitum per ternarium quaternariumqꝫ ⁊ ceterorum ordinem sequentiamqꝫ progreditur. Con tra hunc vero discriminatus est ille qui vocatur sub multiplex: ⁊ hec quoqꝫ prima minoris quantitatis spe cies est. Hic autem numerus huiusmodi est: qui in al terius comparatione productus: plus q̃ semel maio ris nũerat summã: sua. s. quãtitate cũ eo equaliter in choãs equaliterqꝫ determinãs. Idem autẽ dico nu merat quod metitur. Si igitur bis solum maiorẽ nũe rũ minor nũerus metiaẗ: subduplus vocabitur. si vo ter: subtriplus. si quater subq̃druplus: ⁊ fit ꝑ hec in ĩ finitũ ꝑgressio: additaqꝫ eos ſꝑ sub ꝑpositione no minabis: vt vnꝰ duoꝝ subduplus: triũ subtriplus.4. subquadruplus appelleẗ ⁊ consequenter. Cum aũt na turaliter multiplicitas ⁊ submultiplicitas infinita sit eorum quoqꝫ spẽs per proprias generationes in infi nita consideratiõe versanẗ. Si enim positis ĩ natura li constitutiõe numeris singulos ꝑ suas consequẽtias pares eligas: omnium ab vno parium atqꝫ impariuz sese sequentium duplices erunt: ⁊ huius speculatiõis terminꝰ nõ deficit. Ponatur enĩ naturalis numerus hoc modo.1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16. 17.18.19.20. Horũ ergo si ꝑmũ sumas parẽ. idest.2. primi duplus erit idest vnitatis. Si vo sequẽtẽ parẽ idest.4. secundi duplus est: idest duorum. Si vo ter tiũ parẽ sumas. idest.6. tertij nũeri ĩ naturali consti tutione duplꝰ ẽ. i. ternarij. Si vo quartũ parem ĩspi cias idest.8. quarti numeri idest quaternarij duplus ẽ. Ideqꝫ ĩ ceteris ĩ ĩfinitũ sumẽtibus sine aliquo im pedimẽto ꝑcedit. Triplices aũt nascuntur: si ĩ eadem dispositiõe naturali duo semꝑ ĩtermittãẗ: ⁊ qui post duo sunt ad naturalẽ numerũ cõpareẗ excepto terna rio: q vt vnitatis triplus sit solum binarium ꝑtermit tit. Post vnũ ⁊ duo.3. sunt qui triplus vniꝰ est. Rur sus post.4.⁊.5. sunt.6. q secũdi nũeri idest duorum

triplus est. Rursus post. 6. sunt. 7. 7. 8. 7 post hos. 9. qui tertii numeri idest ternarii triplus est. Atqz hoc idem in infinitum si quis faciat sine vlla offensione procedit. Quadruplorum vero generatio incipit si quis tres numeros intermittat. Post vnum quippe. 7. 2. 7. 3. sunt. 4. qui primi idest vnius quadruplus est. Rursus si intermisero quinarium: senarium: 7 septenarium: octonarius mihi quartus occurrit: tripl' scilicet intermissis: qui binarii idest secundi numeri q̄druplus est. At vero si post octo tres terminos intermisero idest. 9. 7. 10. 7. 11. duodenari' qui sequitur ternarii numeri quadruplus est. Atqz hoc idem in infinitum progressis necesse est euenire: semperqz vna terminorum intermissione si crescat adiectio: ordinatas te multiplicis numeri vices inuenire miraberis. Si enim. 4. intermittas: quincuplus inuenitur: si quiqz sexcuplus. si sex septuplus semperqz ipsius multiplicitatis nomine vno minus intermissionis vocabulo ꝓcreantur. Nam duplus vnum intermittit: triplus. 2. quadruplus. 3. quincuplus. 4. Et deinceps ad eundē ordinem sequentia est. Et omnes quidem dupli ḃm ꝓprias sequentias parium numerorum pares sunt. Tripli vero vnus semper par terminus impar alius inuenitur. Quadrupli vero rursus semper parem custodiunt quantitatem. Constituūturqz a quarto numero vno ex prioribus per ordinem positis paribus intermisso primo pari binario: post hunc. 8. intermisso senario. post hunc. 12. transmisso denario. Atqz hoc idē in ceteris. Quincupli vero propositio ḃm triplicis similitudinem alternatim paribus atqz imparibus positis ordinatur.

¶ De superparticulari eiusqz speciebus earumqz generationibus.

¶ Capitulum. xxiiii.

Superparticularis vero est numerus ad alterum comparatus: quotiens habet in se totum minorem 7 partē eius aliquā. Qui si minoris habeat medietatem: vocatur sesqualter. si vo tertiam partem: vocatur sesquitertius. si vero quartam: vocatur sesquiquartus. 7 si quintam. vocatur sesquiquītus. Atqz his nominibus i īfinitū ductis i īfinitū quoqz supꝑticulariū forma progreditur. Et maiores quidem numeri hoc modo vocantur: minores vero qui habētur toti 7 eorū aliq̄ pars: vnus subsesqualter: alter subsesquitertius: alius subsesquiquartus: alius vero subsesquiquintus: atqz idem ḃm maiorum normam multitudinemqz protenditur. Voco autem maiores numeros duces: minores. comites. Superparticularium quoqz infinita ē multitudo: ob eam rem quod eiusdem species interminabili progressione funguntur. Nam sesqualter habebit quidem duces omnes post ternarium numerū naturaliter triplices. Comites vero omnes post binarium naturaliter pares: hoc modo: vt primus primo secundus secundo. tertius tertio comparetur: 7 deinceps. Describantur enim longissimi versus triplicium naturalis numeri atqz duplicium: 7 sit hoc modo.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
3	6	9	12	13	18	21	24	27	30
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20

¶ Primus igitur versus continet numerum naturalem secundus ei' triplicem: tertius vero duplicem: atqz in eo si ternarius binario: vel si senari' quaternario vel nouenarius senario comparetur: vel omnes triplices superiores si duplicibus numeris consequentibus opponātur emiolia idest sesqualtera proportio nascetur. tres enim habent intra se duo 7 eorum mediam partem. idest. 1. sex quoqz continent intra se. 4. 7 eorū medietatē idest. 2. 7 nouem intra se senariū claudūt: 7 eius mediam partem: idest. 3. eodemqz modo in ceteris. Dicendum vero si quis secundam speciem supparticularis numeri considerare desideret idest sesqtertiam: quali ratione reperiat: ac diffinitio quidem huius comparationis talis est. Sesquitertius est. qui minori comparatus habet eum semel 7 eius tertiam partem sed hi inueniuntur si omnibus a quaternario numero continuatim quadruplis constitutis: a ternario numero triplices comparentur eruntqz duces q̄drupli: comites tripli. Sit enim in ordine hoc modo numerus naturalis: vt sub eo quadrupli: 7 sub eo tripli sint. supponatur sub primo quadruplo primus triplus sub secundo secundus: sub tertio tertius: 7 eodē modo cuncti eiusdem primi versus tripli in ordinem dirigatur.

1	2	3	4	5	6	7	8
4	8	12	16	20	24	28	32
3	6	9	12	15	18	21	24

¶ Igitur primum primo si compares sesquitertia ratio continebitur. Nam si. 4. tribus compares: habebunt in se. 4. totum ternarium 7 eius tertiam partē idest. 1. 7 si secundum secundo idest octenarium senario compares: idem inuenies habebit enim octenari' senarium totum 7 eius tertiā ptē idest. 2. 7 ꝑ eandem sequentiam vsqz in infinitum progrediendum ē. Notandum quoqz est: quod. 3. comites sunt. duces. 4. rursus. 6. comites: duces. 8. 7 in eodem ordine ceteri simili modo vocant̄ duces sesquitertii: comites subsesquitertii: 7 in cunctis ḃm hunc modum posita conuenit seruare vocabula.

¶ De quodam vtili ad cognitionem supꝑticularibus accidente. Capitu. xxv.

Hoc aūt admirabile profundissimūqz ī istoꝝ ordinibus inuenit̄: quod prim' dux primusqz comes ad se īuicē nulla nūeri itermissiōe copulant̄. Nā primi se nullo ī medio posito transeunt: secundi interponūt. i. tertii. duos quarti. 3. 7 deinceps vna semper minore quā ipsi sūt ītermissione sucrescunt. Atqz hoc vel in sesqualteris: vel in sesquintertiis: vel in aliis supparticularis partibus necesse est inueniri. Namqz vt quaternarius ꝯ ternariū cōparet̄: nullum itermisimus: post. 3. enim mox. 4. sunt. At vo. 6. contra. 8. in secūdo. s. sesquitertio: vna facta est intermissio. Inter. 6. n. 7. 8. solus est septenarius qui transmissus est numerus. Rursus. vt 9. ꝯ. 12. cōparemus: qui sunt in dispositiōe tertii: duorum mediorum est facta trāsmissio. Inter. 9. eni 7. 12. sunt. 10. 7. 11. secundum hunc modum quarta dispositio. 3. quinta. 4. intermittit.

¶ Descriptio ꝑ quā docetur ceteris īequalitatis speciebus antiquiorem esse multiplicem Capi. xxvi.

Quoniam autem naturaliter 7 ḃm proprias ordinis consequentiā: multiplicē inequalitatis spēm cūctis ꝓposuimus: primāqz spēm esse mōstrauimus: licet hoc nobis posterioris opis ordine clarescat: hic quoqz ꝑstrigētes id qd ꝓposuim' plāissime breuiterqz doceam'. sit tal' dscriptō ī q̄ pōat̄ ī ordinē vsqz ad dēariū nūex cōtinui

tinui numeri ordo naturalis ⁊ secundo versu duplus ordo teratur: tertio triplus: quarto quadruplus: ⁊ hoc vsq; ad decuplum. Sic enim cognoscemus quemadmodum super particulari ⁊ super partienti: ⁊ cunctis alijs princeps erit species multiplicis: ⁊ quedam alia simul inspiciemus ⁊ ad subtilitatem tenuissima: ⁊ ad scientiam vtilissima: ⁊ ad exercitationem mentis iocundissima.

Tetragolla — Longitudo — Secunda vnitas

Prima vnitas — Latitudo (left); Latitudo — Tertia vnitas (right)

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	10	15	20	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100

Secunda vnitas. — Longitudo. — Tetragona

¶ Ratio atq; expositio digeste formule.

Capitulum .xxix.



I igitur duo prima latera proposite formule que faciunt angulum: ab vno ad. 10. ⁊ 10. procedentia respiciantur ⁊ his subteriores ordines comparentur qui scilicet .a. 4. angulum incipientes: in vigenos terminum ponunt: duplex idest prima species multiplicitatis ostenditur. ita vt primus primum sola superet vnitate: vt duo vnum secundus secundum binario superuadat: vt quaternarius binarium: tertius tertiuz tribus: vt senarius ternarium: quartus quartum quaternari numerositate transcẽdat: vt .8. quaternarium ⁊ per eandem cuncti sequentium sese minoris pluralitate pereāt. Si vo terti' āgulus aspiciat': q ab .9. I choās lõgitudinẽ latitudinẽq; tricenis altri secus nũeris extẽdit: ⁊ hic cũ prĩa latitudine ⁊ lõgitudie cõparetur: triplex specieb' multiplicitatis occurrit: ita vt ista comparatio per .x. litteram fiat. Hic q; se numeri superabunt secũdũ paritatis factam naturaliter cõnexionem. Primus enim primũ duob' superat: vt vnũ 3. secũdus secundum quaternario: vt binarium senarius. tertius tertiũ sex: vt ternariũ nouenarius. ⁊ ad eũdẽ ceteri modũ pgressionis augescũt. Quā rẽ nobis .s. ⁊ ipsa naturalis obiecit integritas: nihil nobis extra machinantib': vt in ipso modulo descriptionis apparet. Si quis aũt quarti āguli terminũ qui sedecĩ numeri quātitate notatus ẽ: ⁊ lõgitudinẽ latitudinẽq; in quadragenos determinat velit superioribus cõparare p .x. littere formā pportione collata quadru

pli multitudinē pnotabit. Hisqꝫ est ordinabilis sup
se progressio vt primus primum trib⁹ superet. vt. 4.
vnitatem. Secundus secundū senario vincat: vt octo
binarium. Tertius tertiū nouenario transeat: vt duo
denarius ternarium: ⁊ sequentes summule trium se
semp adiecta quātitate transiliant. Et si quis subte-
riores aspiciat āgulos idē per oēs multiplicitatis spe
cies eisqꝫ ad decuplū dispositissima ordinatione per-
ueniet. Si quis vero in hac descriptione superparti-
cularis species requirat tali modo reperiet. Si enim
secūdū angulū notet cuius est initium quaternarius:
eisqꝫ superiacet binarius: atqꝫ hunc sequentem quis
accomodet ordinem: sesqualtera proportio declarabi
tur. Nam tertius secūdi versus sesqualter est. vt tres
ad duo: vel sex ad quartuor: vel. 9. ad. 6. vel. 12. ad. 8.
Itemqꝫ in ceteris qui sunt in eadem serie numeri: si
talis cōiugatio misceat: nulla varietatis dissimilitu-
do surripiet. Eadem tamen summaꝝ supergressio ē ī
hoc quoqꝫ que in duplicibus fuit. Primus enim pri-
mum idest ternarius binarium vno superat: secūdus
vero secundum duo si terti⁹ tertiū tribus ⁊ deinceps.
Si vō quartus ordo tertio cōparet: vt. 4. ad. 3. ⁊ eo-
dem ceteros ordine consecteris: sesquitertia cōpara-
tio colligit: vt. 4. ad. 3. vl. 8. ad. 6. ⁊. 12. ad. 9. videsne
vt in omnibus bis sesquitertia comparatio conseruet
Preterea eos qui sub ipsis sunt: si idem faciens seqn
tes versus alterutris cōparaueris oēs sine vllo īpedi
mēto species superparticularis agnosces. Hoc aūt in
hac ē dispōne diuinū qd oēs angulares numeri tetra
goni sunt. Tetragonus autem dicitur vt breuissime
dicā quod post latius explicabitur: quem duo equales
numeri multiplicant. vt in hac quoqꝫ descriptiōne est
vnus enim semel. vnus est: ⁊ est potestate tetragon⁹
Itē bis duo. 4. sūt Ter. 3. 9. quos in semetipsas mul
tiplicationes primi ordinis perfecere. Circuꝫ ipsos ve
ro qui sunt idest circum angulares. longilateri nume
ri sunt. Longilateros autem voco quos vno se super-
gredientes numeri multiplicant. Circum. 4. enim. 2.
sunt. ⁊. 6. sed duo nascūtur ex vno et duob⁹: cuꝫ vnū
bis multiplicaueris. sed vnitas a binario vnitate pre-
cedit. Sex a vero duobus ⁊ tribus bis enim tres se-
narium reddunt. Nouenarium vero sex ⁊. 12. claudūt
qui. 12. ex tribus nascuntur ⁊. 4. Ter enim. 4. fiunt.
Senarius vero ex duobus ⁊ tribus Bis enim. 3. fa-
ciunt. 6. qui omnes vno maioribus lateribus procrea
ti sunt. Nā cū. 6. ex biario ternarioqꝫ nascūtur: tres
binarium numerum vno superant cunctiqꝫ alij eius
dem modi sunt: vt primo ⁊ secundo ordine ad alteru-
trum multiplicatis terminis procreentur. ita vt quod
nascitur ex duobus longilateris altrinsecus positis: ⁊
bis medio tetragono tetragonus fit. Et rursus quod
ex duobus altrinsecus tetragonis. ⁊ vno medio longi
latero bis facto nascitur: ipse quoqꝫ tetragonus fit. ⁊
vt angulorum totius descriptionis ad angulares te-
tragonos positorum vnius anguli sit prima vnitas: al
terius vero qui contra est tertia. Bini vero altrinse-
cus anguli secundas habeant vnitates. ⁊ duo angula
rium tetragonorum anguli equum faciunt quod sub
ipsis continetur illi quod fit ab vno illorum qui est al
trinsecus angulorum. Multa eniꝫ sunt alia que ī hac
descriptione vtilia possunt admirabiliaqꝫ perpendi q̄
interim propter castigatam introducendi breuitateꝫ
ignota esse permittimus. Nunc vero ad sequentia ꝑ
positum conuertamus.

De tertia inequalitatis specie que dicitur superpar tiens: deqꝫ speciebus eius earumqꝫ generationibus. Capitulum. xxviii.



Ositur post duas p̄las habitudines mul
tiplices ⁊ superparticulares: ⁊ eas que
sub ipsis sunt submultiplices: ⁊ sub super
particulares tertia inequalitatis species
inuēitur: que a nobis superius superpar
tiens dicta est. Hec est autem que fit cū
numerus ad alium comparatus: habet eum totum in
fra se: ⁊ eius insuper aliquas pater: vel duas: vel. 3.
vel. 4. vel quot ipsa attulerit comparatio. Que habi-
tudo incipit a duabus partibus tertijs. Nam si duas
medietates habuerit: qui illuꝫ intra se totum coercꝫ
duplus pro superpartiente componitur. Habebit au
tem vel duas tertias vel duas quintas vel duas septi
mas vel duas nonas. ⁊ ita progredientibus si duas
solas partes minoris numeri superhabuerit: per eas-
dem partes imparibus numeris minoreꝫ maior sum
ma trāscendit. Naꝫ si eū habeat totū ⁊ duas eius q̄r
tas: superparticularis necessario reperitur. Nam due
quarte medietas est: ⁊ fit sesqualtera comparatio. Si
vero duas sextas: rursus est superparticularis. Due
enim sexte pars tertia est. Quod si in comparatione
ponatur sesquitertie habitudinis efficiet formam.
Post hos nascuntur comites qui sub superpartiētes
vocantur. hi autem sunt qui habentur ab alio nume
ro ⁊ eoruꝫ vel due: vel. 3. vel. 4. vel quotlibet alie par
tes. Si ergo numerus alium intra se numerum ha-
bens eius duas partes habuerit: superbipartiens no
minatur si vero tres supertripartiens quod si. 4. sup
quadripartiens: atqꝫ ita progredientibus in infini-
tum fingere nomina licet. Ordo autem eorum natura
lis est: quotiens disponuntur a tribus omnes pares
atqꝫ impares numeri naturaliter constitui. ⁊ sub his
aptātur alij qui sūt a quinario nūero incipientes oēs
impares. His igitur ita dispositis: si primus primo: se
cundus: secundo: tertius tertio: ⁊ ceteri ceteris com-
parētur: superpartiens habitudo procreatur. Sit. n.
dispositio hoc modo.

3	4	5	6	7	8	9	10
5	7	9	11	13	15	17	19



I igitur quinarij numeri ad ternariuꝫ
comparatio consideretur: erit super-
partiens ille qui vocatur superbipar-
tiens. Habet enī quinarius totos in se
tres ⁊ eorum duas partes: idest. 2. Si
vero ad secundum ordinem speculatio
referatur supertripartiens proportio cognoscetur. at
qꝫ in sequentibus per omnes dispositos numeros om
nes in infinitum species huius numeri conuenientes
ordinatasqꝫ respicies. At vero quemodmodum singu
li procreentur si in infinituꝫ quis curet agnoscere: hic
modus est. Habitudo eniꝫ superbipartientis: si vtris
qꝫ terminis duplicetur: semper superbipartientis ꝑ
portio procreatur. Si eniꝫ quis duplicet. 5. faciet. 10.
si tres faciet. 6. qui. 10 contra senarium comparati su
perbipartientem faciunt habitudinem: ⁊ hos ipsos
rursus si duplicaueris: idem ordo proportionis accre
scit. Idemqꝫ si in infinitum facies: statum prioris
habitudinis non mutabit. Si vero supertripar-
tientes

tientes inuenire contendis: primos supertripartientes. idest. 7. est. 4. triplicabis ⁊ huiusmodi nascetur. Si vo q ex his nati fuerint ternarij multiplicatione produxeris: idem rursus efficient. Quod si superquadripartientes queadmodum in infinitum pgrediant optes addiscere: primas eorum radices in quadruplū multiplices licet: idest. 9. ⁊. 5. ⁊ eos qui illa multiplicatione proferentur: rursum in quadruplum: ⁊ eandē fieri pportiōes in offensa nimirū ratiōe reperies Et cetere species vna semper plus multiplicatiōe crescentibus radicibus oriūtur. Radices aūt pportionū voco numeros in superiore dispositione descriptos. q si quibus omnis summa supradicte comparationis innititur. In hoc quoqz vidēdū est: qm̄ cum due partes minore plus in maioribus sunt: tertij semper vocabulū subaudit. Ut superbipartiens q dicit qm̄ duas minoris numeri tertias partes habet: dicatur superbipartiens tertias. Et cum dico supertripartiens: subaudiri necesse sit supertripartiens quartas: quoniam tribus super quartis exuberat. Et superquadripartiēti subauditur superquadripartiens quintas. ⁊ ad eundem modum in ceteris vno semper adiecto superhabitas partes subauditio facienda est. vt eorum germana conuenientiaqz his nomina hec sint. vt qui dicitur superbipartiens: idem dicatur superbitertius. Qui dicitur supertripartiens is sit supertriquartus. ⁊ qui dicitur superquadripartiens: idem dicatur supquadriquintus eademqz similitudine vsqz in infinitū nomina producantur.

¶ De multiplici superparticulari. Cap. 29.

THitur relate ad aliquid quātitatis. simplices ⁊ prime species he sūt. Due vero alie ex his velut ex aliquibus principijs componuntur vt multiplices superparticulares. ⁊ multiplices superpartiens. horumqz comites submultiplices superparticulares: ⁊ submultiplices superpartientes. Namqz in his vt in predictis proportionibus: minores numeri ⁊ eorum quoqz species omnes addita sunt prepositione dicuntur. Quorū diffinitio talis reddi potest: Multiplex superparticularis est: quotiens numer⁹ ad numerum comparatus: habz eum plusqz semel ⁊ eius vnaz partem. hoc ē habet eū aut duplum aut triplū: aut quadruplum: aut quotiēslibet: ⁊ eius quālibet aliquam partem: vel mediā: vel tertiā: vel quartam vel quecunqz alia partium exuberatione contigerit. Hic ergo ⁊ multiplici ⁊ superpticulari ɔsistit. Q. d. n. cōparatum numerum plusqz semel habet multiplicis est. Hoc vero quod minorem ī habenda parte transcendit: supparticularis. Itaqz ex vtroqz nomie facto vocabulo est. speciesqz illius ad illarum scilicet fiunt imaginem proportionum: ex qb⁹ ipse numerus originem trahit. Nā pria ps huius vocabuli que multiplicis noīe possessa ē: multiplicis numeri spēx vocabulo nolanda est. Que vo superpticularis est: eodē vocabulo nūcupabitur quo superparticularis numeri spēs vocabanꝛ. Diceꝛ enim q duplicē habuerit aliū numerū: ⁊ ei⁹ mediaz ptē: duplex sesqlter: qui vero tertiam: duplex sesquitertius: qui quartam: duplex sesqqrt⁹. ⁊ deinceps. Si vero ter eū totū contineat ⁊ eius mediam ptē: vel tertiam: vel quartā diciꝛ triplex sesqualter: triplex sesquitertius. triplex sesquiquartus ⁊ eodem modo in ceteris. Diceturqz qdruplus sesqualter: quadruplus sesquitertius: quadruplus sesquiquartus: ⁊ quotiens totum numeruz in semetipso continuerit: per multiplicis numeri species appellaꝛ: quā vero partē cōparati numeri clauserit secūdū superparticularē cōparationem habitudinēqz vocabiꝛ. Hoꝝ autē exēpla hmōi sunt. Duplex sesqualter est: vt qnqz ad duo. hñt eni. 5. binarium nūerū bis ⁊ ei⁹ mediā idest. 1. Duplex vero sesquitertius ē septenarius ad ternarium cōparatus. At vero nouenari⁹ ad quaternarium duplex sesquiquartus. Si vero. 11. ad. 5. duplex sesquiquintus. Et hi semper nascentur dispositis in ordinem a binario nūero oībus naturaliter paribus imparibusqz terminis: si contra eos omnes a quinario nūero impares comparentur. vt primum primo: secundū secundo: tertiū tertio caute ⁊ diligenter apponas. vt sit dispositio talis.

2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
5	7	9	11	13	15	17	9	21	23

ſ I vero a duobus parib⁹ omnibus dispositis terminis: illi qui a quinario numero incohoantes: quinario numero rursus sese transiliunt comparentur: omnes duplices sesqualteros creant vt est subiecta descriptio.

2	4	6	8	10	12
5	10	15	20	25	30

ſ I vero a tribus incohoent dispositiones: ⁊ tribus sese transiliant: ⁊ ad eos aptentur qui a septenario incohoantes: septenario sese numero trāsgrediūtur: omnes duplices sesquitertij habita diligēter cōpatiōe nascūꝛ. vt subiecta descriptio mōet.

3	6	9	12	15	18	21
7	14	21	28	35	42	49

ſ I vero omnes in ordinem quadrupli disponātur: hi qui naturalis numeri quadrupli sunt: vt vnitatis quadruplus: ⁊ duorum triumqz ⁊ quattuor: atqz quinarij: ⁊ ceterorum sese sequentium vt ad eos aptentur a nouenario numero incohoantes semper sese nouenario precedentes: tunc duplicis sesquiquarte proportionis forma teretur.

4	8	12	16	20	24
9	18	27	36	45	54

EA vero species hui⁹ numeri que est triplex sesqualtera hoc modo procreatur: si disponantur a binario numero omnes in ordinē pares: ⁊ ad eos septenario numero incohoātes: septenario sese supergredientes: solito ad alterutrum modo comparationis aptentur.

2	4	6	8
7	14	21	28

SI aūt a ternario nūero īgressi cunctos naturalis nūeri triplices disponamus: ⁊ eis a denario numero denario sese supgrediētes ordine cōparem⁹: oēs triplices sesqtertij ī ea termioꝝ ɔtinuatione puenient.

3	6	9	12
10	20	30	40

¶ De eorum exēplis in superiore formula inueniēdis. Capitulum 30

HOrum autem eorumqz qui sequuntur exempla integre planeqz possumus pernotare: si in priorem descriptionem quam fecimus cum de superparticulari ⁊ multiplici loqueremur: vbi ab vno vsqz in denarium multiplicationum summa concreuit: diligens velim⁹ acumen intendere. Ad primum enim versum omnes qui sequuntur collati ordinatas conuenientesqz mul-

tiplicis species reddent. Si vero ad secundum cūctos qui tertij sunt ordinis aptaueris ordinatas species superparticularis agnosces. Quod si tertio ordini quicunq; sunt in quinto versu compares: superpartientis numeri species positas conuenienter aspicies. multiplex vero superparticularis ostenditur: cum ad secundum versum omnes qui sunt quinti versus serie comparantur vel qui sunt in septimo vel qui sunt in nono atq; ita si in infinitum sit ista descriptio in infinitum huius proportionis species procreabuntur. manifestum autem etiam hoc est quod horum comites semper cum sub prepositione dicentur. vt est subduduplex sesqualter: subduplex sesquitertius. subduplex sesquiquartus ⁊ ceteri quidem adhunc modum.

De multiplici superpartiente. Cap. 31.

Multiplex vero superpartiēs ē: quotiēs nūerus ad numerū cōpatus hꝫ in se aliuꝫ numeruꝫ totū plusquā semel: ⁊ eius vel duas vel. 3. vel quotlibꝫ plures particulas: secundum numeri suppartientis figurā. In hoc quoq; propter causam superius dictam non erūt due medietates: neq; due quarte: neq; due sexte: sed due tertie: vel due quinte: vel due septime ad priorem similem consequentiā. Non est aūt difficile ẜm priora exēpla positoruꝫ: hos quoq; ⁊ preter nostra exempla numeros inuenire. Vocabunturq; hi ẜm proprias ptes. duplex superbipartiens: vel duplex supertripartiens: vel duplex superquadripartiens. Et rursus triplex superbipartiens: ⁊ triplex supertripartiens: ⁊ triplex superquadripartiens: ⁊ similiter. Ut. 8. ad. 3. cōparati faciunt duplicem superbipartientem. ⁊. 16. ad 6. ⁊ omnes quicunq; ab. 8. incipientes: octonario sese numero transgrediuntur: comparati ad eos qui a tribus inchoantes ternarij sese quantitate pretereunt. Nec erit difficile alias eius ptes ẜm predictū moduꝫ diligentibus reperire. Hic quoq; illud meminisse debemus quod minores ⁊ comites non sine sub prepositione nominantur: vt sit subduplex superbipartiens: subdup ex supertripartiens.

Demonstratio quemadmodum omnis inequalitas ab equalitate processerit. Capitulum. 32.

Restat aūt nobis profundissimam quādam tradere disciplinam: que ad oēꝫ nature vi rerumq; integritateꝫ maxima ratione pertineat. Magnus quippe in hac scientia fructus: est si quis non nesciat qꝺ bonitas diffinita est ⁊ sub scientiam cadens: animoq; semp imitabilis ⁊ pceptibilis prima natura est: ⁊ sue substantie decore perpetua. Infinitum v̓o malicie dedecus est: nullis proprijs principijs nixum. sed natura semp errans a boni diffinitiōe principij tanq; aliquo signo optime figure ipressa compōitur: ⁊ ex illo erroris fluctu retinetur. Nam nimiam cupiditatem: ireq; imodicam effrenationem: quasi quidam rector anim⁹ pura intelligentia roboratus astringit. ⁊ has quodammodo inequalitas formas temperata bonitate constituit. Hoc aūt erit pspicuum: si intelligamus omnes inequalitatis species ab equalitatib⁹ creuisse primordijs: vt ipsa quodammodo equitas matris ⁊ radicis obtinens vim ipsa omnes inequalitatis species ordinesq; profundat. Sint eniꝫ nobis tres equales termini. i. tres vnitates: vel. 3. bini: vel tres terni: vel tres quaterni: vel quantos vltra libet ponere. Quod eniꝫ in vnis tribus terminis euenit: idem contingit in ceteris. Ex his igitur ẜm precepti nostri ordinem videas primum nasci multiplices: ⁊ in his duplices prius: dehinc triplos: deinde quadruplos: ⁊ ad eundem ordinem consequentes. Rursus multiplices si conuertantur: ex his superparticulares orientur: ⁊ ex duplicib⁹ quidem sesqualteri: ex triplicibus sesquitertij: ex quadruplis sesquiquarti: ⁊ ceteri in hunc modum. Ex superparticularibus vero conuersis superpartientes nasci necesse est. ita vt ex sesqualtero nascatur supbipartiens supertripartientem sesquiterti⁹ gignat: ⁊ ex sexquiquarto superdripartiens. Rectis autem positis neq; conuersis prioribus superparticularibus multiplices superparticulares oriuntur. Rectis v̓o superpartientibus multiplices superpartientes efficienter. Precepta autem tria hec sunt: vt primum numerum prio facias parē: ẜm v̓o prio ⁊ secundo: tertium prio duobus secundis ⁊ tertio. Hoc igitur cum in terminis equalibus feceris. ex his qui nascentur duplices erunt. De quibus duplicibus si idem feceris: triplices procreantur. ⁊ de his quadruplices. atq; in infinituꝫ omnes formas nūeri multiplices explicabit: iaceant igitur. 3. termini equales.

1	1	1

Ponatur itaq; primo primus equalis idest vnus. Secundus vero primo ⁊ secundo. i. 2. tertius vero primo duobus secundis ⁊ tertio par sit. idest vni ⁊ duob⁹ vnis ⁊ vni qui sunt. 4. vt est descriptio.

1	1	1
1	2	4

Videsne vt duplici proportione sequens ordo texatur. fac rursus idem de duplicibus vt sit primus primo equalis: idest vni. secundus primo ⁊ secundo: idest vni ⁊ duobus q sunt. 3. tertius primo idest vni duobus secūdis idest. 4. ⁊ tertio idest quattuor. qui simul. 9. fiunt ⁊ venit hec forma.

1	1	1
1	2	4
1	3	9

Rursus si de triplicibus idem feceris: continuus quadruplus procreabitur. Sit enim primus. primo equus idest vnus. sit secundus primo ⁊ secūdo equalis idest. 4. sit tertius prio duob⁹ secūdis ⁊ tertio eq̄lis. i. 16

1	1	1
1	2	4
1	3	9
1	4	16

Et in ceteris quidem ad hanc formam tribus his preceptis vtemur. Si v̓o qui ex eq̄libus nati sunt multiplices eos disponamus ⁊ scōm hec precepta vertamus: ita vt cōuerso sint ordine: sesqualter ex duplici procreabitur. sesquitertius ex triplici. sesquiq̄rtus ex quadruplo. Sint enim. 3. duplices termini qui ex equalibus creati sunt ⁊ q vltim⁹ ē prim⁹ ponatur huiusmōi

4	2	1

Et cōstituat primo i hoc ordine prim⁹ par. i. 4. secūdus vero primo ⁊ secundo par idest. 6. tertius v̓o primo duobus secundis ⁊ tertio idest. 9.

4	2	1
4	6	9

Ecce tibi illa sesqualtera quantitas ex termino dupli

citatis

citatis exorit: Videam⁹ nūc ad eūdē modū ex triplici g nascatur. disponātur. n. triplices sup̄iores: conuerso scilȝ ordine sicut duplex hic est quoqȝ ordo dispositus

9	3	1

Ponatur ergo primus primo equus idest. 9. secundus primo ⁊ secundo idest .12. tertius p̄io duob⁹ secūdis ⁊ tertio equus idest.16.

9	3	1
9	12	16

Rursus secunda species supparticularis nūeri idest sesquitertius procreatus est. Quod si ideȝ de quadruplo quis facere velit: sesquiquartus continuo nascet̄ vt monstrabit subiecta descriptio.

16	4	1
16	20	25

Ac si quis idem de cunctis in infinitū p̄tibus multiplicatis faciat: conuenīēter ordinē supparticularitatis īueniet. Quod si conuersos superparticulares aliquis s̄in hec precepta conuertat: cōtinuo videat superpartientes accrescere. ⁊ ex sesqualtero quidē superbipartiens: ex sesquitertio supertripartiēs procreatur. ⁊ ceteri secundum communes denominationis species sine vlla ordinis īterpollatiōe nascēt̄. Disponāt̄ igit̄ sic

9	6	4

Superioris igit̄ descriptionis primo primus equus nūerus ascribat̄ idest. 9. secūdus vo p̄io ⁊ secundo: idest.15. terti⁹ vo p̄io: duob⁹ secundis ⁊ tertio .i.25

9	6	4
9	15	25

Si ergo sesquitertium eodem modo vertamus. ordo supertripartiens inuenitur. fit enim prima propositio sesquitertij.

16	12	9

Ponatur secundum priorem modū primo par prim⁹ idest.16. secundus primo ⁊ secundo idest.28. terti⁹ primo duobus secundis ⁊ tertio idest.49. Omnis ergo summa disposita supertripartientes efficiet.

16	12	9
16	28	49

Rursus si sesquiquartum eodem modo verteris supquadripartiens statim quantitas procreabitur. vt est ea forma quam suppositam vides.

25	20	16
25	45	81

Restat quemadmodum ex superparticularibus ⁊ superpartientibus multiplices suppartientes nascātur ostendere. Quorum binas tm̄ faciā descriptiones. nāqȝ si rectū ⁊ non conuersum sesqualterum ponimus: duplex superparticularis excrescit. fit. n. hoc modo.

4	9	9

Ponatur scdm̄ superiorem modum p̄io primus eq̄lis idest.4. secūdus primo ⁊ secūdo idest.10. tertius primo duobus secundis ⁊ tertio equalis idest.25.

4	6	9
4	10	25

a Et hec quidē duplex sesqualtera summa p̄ducta est. Si vo sesquitertiū non ɔuersū ponam⁹ dupl⁹ sesq̄terti⁹ īuenit̄. vt sūa d̄scriptio docet.

9	12	16
9	21	49

a Et vo si ad suppartientes animum cōuertam⁹ eosqȝ ordinatim scdm̄ sup̄iora precepta dispo-namus: multiplices suppartientes ordinatis p̄gēitos repimus. Disponat̄ enim suppartiētis hec formula.

9	15	25

Tribuantur ergo primus primo equus idest .9.
s Secūdus primo ⁊ secūdo: idest.24. terti⁹ primo duobus secūdis ⁊ tertio idest.64

9	15	25
9	24	64

v Vides ne vt ex supbipartiente dupl⁹ supbipartiens exortus sit. At vero si supertripartienteȝ ponam: duplex sine dubio tripartiens inuenit̄ vt in subiecta descriptione perspicuum est.

16	28	49
16	44	121

Sic ergo de superparticularibus vel de superpartientibus multiplices superparticulares vel multiplices superpartientes oriūtur. Quare constat omnium inequalitatuȝ equalitatē esse principium. ex eadē enim ī equalia cuncta nascuntur. Ac de hiis quidē hacten⁹ disserendum esse credidimus ne vel infinita sectemur vel circa res obscurissimas ingredientiuȝ animos detinentes: ab vtilioribus moraremur.

Finit liber primus.

Incipiunt capitula libri secundi.

Finiunt capitula.

Incipit liber secundus

Queadmodum ad equalitatem omnis inequalitas reducatur. Capitulũ primum



Uperioris libri disputatiõe digestũ ẽ. quẽadmodum tota inequalitatis substantia a principe sui generis equalitate ꝓcesserit. sed que rex elemẽta sunt: ex eisdẽ pricipaliter oĩa cõponuntur: ⁊ in eadẽ rursus resolutione facta resoluũtur. Ut qm̃ articularis vocis elementa sunt lr̃e: ab eis ẽ syllabax ꝓgressa coniunctio: ⁊ in easdẽ rursus terminatur extrẽas. eadẽq; vi optinet sonus in musicis. Jã vo mũdũ. 4. corpa nõ ignoramus efficere. Nãq; vt ait ex ibi terraq; aĩa gignũtur ⁊ igni. sed in hec rursus eius. 4. elementa fit postrema resolutio. Ita igiẽ qm̃ ex equalitatis margĩe cũctas inequalitatis spẽs ꝓficisci videmus: oĩs a nobis inequalitas ad equalitatem rursus velut ad qdda elementum proprij generis resoluatur. Hoc autẽ trina rursus impatione colligiẽ. eaq; resoluendi ars datis quibuslibet tribus terminis inequalib⁹ quidẽ: ꝫ ꝓportionaliter cõstitutis: idest vt eandem medius ad primũ vim ꝓportionis optineat: quã q est extremus ad mediũ in qualibet inequalitatis rõne: vel in multiplicibus: vel i superparticularibus: vel in suppartiẽtibus: vel in his que ex his procreantur: hoc est multiplicibus superparticularibus: vel multiplicibus superpartientibus eadem atq; vna ratione indubitata constabit. Propositis enim tribus vt dictum est terminis equis proportionib⁹ ordinatis: vltimum semp medio detrahãm⁹: ⁊ ipsum quidem vltimum primũ terminũ collocemus: quod de medio relinquitur secundum. De tertia vero ꝓpositorum terminorum sũma auferamus vnũ primum ⁊ duos secundos eos qui de medietate relicti sunt. ⁊ id quod ex tertia summa relinquitur: tertiũ terminũ constituemus. Uidebis igitur hoc facto in minorem modũ sũmas reuerti: ⁊ ad principaliorem habitudinem comparationes ꝓportionesq; reduci. vt si sit quadrupla proportio: primo ad triplam: inde ad duplam: inde ad equalitatẽ vsq; remeare. Et si sit superparticularis sesquiquartus: primo ad sesquitertium: inde ad sesqualtex: postremo ad tres equales terminos redire. Hoc autem nos exẽpli gratia in multiplici tm̃ proportione docebimus. Sollertem vo in alijs quoq; inequalitatis speciebus id experientem: eadem ratio preceptorum iuuabit. Cõstituãtur enim tres ad se termini quadrupli.

8	32	128

Ufer igitur ex medio minorẽ: idest ex trigtaduobus octonarium: relinquũtur. 24. ⁊ primum octonarium terminũ pones: ꝫm vo quod reliquũ fuerit ex medio: idest. 24. vt sint hi duo termini. 8. ⁊. 24. de tertio vero: idest. 128. aufer vnũ primũ: idest. 8. ⁊ duos secũdos qui sũt reliqui: idest bis. 24. ⁊ reliquũtur. 72. His dispositis terminis: ex quadruplis ꝓpingor eqtati proportio tripla redacta ẽ. Sũt. n. hi termini.

8	24	72

X his aũt ipsis idẽ si feceris: ad duplũ rursus cõparatio remeabit. Pone enĩ primũ minori equũ idest. 8. ⁊ ex secũdo aufer primũ. 16. relinquenẽ. Sed ex tertio idest ex. 72. aufer primũ: idest. 8. ⁊ duos secundos idest bis. 16. ⁊ erit reliqua pars. 32. Quib⁹ positis ad duplas proportiones habitudo redigitur.

8	16	32

Dem vero ex his si fiat: rem oẽm ad equalitatis summas eliquabimus. Pone eniꝫ primum minori equum: idest. 8. ⁊ aufer ex. 16. octonarium: remanent. 8. quibus dispositis: ex tertio idest. 32. sumptis primo: idest. 8. ⁊ duobus secundis idest octonarijs: supersũt. 8. quibus dispositis prima nobis equalitas cadit. vt subiecte summule docent.

8	8	8

Hinc igitur si quis ad alias inequalitatũ spe cies aīum tendat eādem conuenientiam in titubanter inueniet. Quare pronūciādū est nec vlla trepidatione dubitādū: qḋ quē ad modum per se cōstātis quantitatis vnitas principium ⁊ elementū est. ita ⁊ ad aliquid relate quā tatis equalitas mater est. Demonstrauim⁹ enim qḋ hic ⁊ ei⁹ ꝓcreatio pria foret: ⁊ ī ea rursus postrē ẽ.

¶De inueniendo in vnoquoqꝫ numero quot nueros eiusdem proportionis possit procedere: eorūqꝫ descri ptio: descriptionisqꝫ expositio. Capitulum .ii.

Est āt quedam ⁊ hac re ꝓfunda ⁊ mirāda speculatō ⁊vt ait nicomachus ennocopha ton theorema proficiēs: ⁊ ad platonicā in timeo aīe gñationē: ⁊ ad interualla armo nice discipline. Ibi enī iubemur ꝓducere atqꝫ extēdere tres vel quatuor sesqualteros: vel quot libet sesquitertias ꝓportiones: ⁊ sesqquartas cōpara tiones: easqꝫ secūdū propositū ordinē sepe cōtinuas iubemur extendere. Ne āt hoc labore quodā semp q dem marlo: frequenti⁹ inferaci fiat: hac nobis ratio ne in quot numeris quanti possint esse superparticu lares inuestigandū est: Oēs enī multiplices tātarū si miliū sibimet proportionū principes erunt: quoto ipi loco ab vnitate discesserunt. Quod āt dico sibimet si milium: tale est: vt dupli sēper multiplicitas vt supi⁹ dcm̄ ē sequalteros creet: ⁊ triplex sit dux sesquitertio rū: q̄drupl⁹ sesquiquartꝫ. Prim⁹ ergo duplex vnū solū habebit sequalterꝫ. scḋs duos. terti⁹ tres. quar tus. 4. ⁊ scḋm hūc ordinē eadē fit in īfinitū ꝓgressio Neqꝫ vnquā fieri pōt: vt vel supet proportionū nūe rum vel ab eo fit diminutio: equabilis ab vnitate lo catio. Primus ergo duplex ē binarius numerus: qui vnū solū sesqualterū recipit. i. ternariū. Binarius. n. ꝫ ternariū cōparat⁹ sesq̄lterā efficit ꝓportinē. Ter narius vō qm̄ medietatē nō recipit: ñ est alter nume rus ad quē in rōe sesqualtera cōparetꝰ. Quaternari⁹ vō nūerus scḋus duplex est. hic ergo duos sesqualte ros p̄cedit. Est. n. ad ipsū qdē cōparatus senarius nu mer⁹ ad senariū vō qm̄ medietatē hꝫ: nouenari⁹ . ⁊ sunt duo sesqualteri. ad. 4. s. 6. ad sex vō. 9. Nouena rius vō qm̄ medietate caret. ab hac ꝯparatiōe seclu sus est. Terti⁹ vō duplex est. 8. hic ergo. 3. sesqualte ros antecedit. Cōparatur. n. ad ipm̄ duodenari⁹ nūe rus. ad duodenariū. 18. ad. 18. rursus. 27. At vō. 27. medio caret. Idē quoqꝫ in sequentib⁹ euenire neces se est. qḋ nos cū propria ordinatione subdidimus. Sē p. n. hoc diuina q̄dā nec hūana cōstitutiōe speculatō nib⁹ ocurit: vt quotienscūqꝫ vltimus numerus inue nitur: qui loco duplicis ab vnitate sit par: talis sit vt in medietates diuidi secariqꝫ non possit. Latitudo

	1	2	4	8	16	32
		3	6	12	24	48
an			9	18	39	72
gu				27	54	108
la					81	162
ris						243.

Idē cōtingit ēt in triplicibus. ex illis. n. ses quitercii procreantꝰ. Nā. qm̄ prim⁹ triplex ē ternari⁹ nūerus: hꝫ vnū sesq̄teriū. i. 4. Cu ius q̄ternarii tertia ps ñ pōt īueniri: atqꝫ iō hic epitrito caret. Scḋs vō q ē noue hꝫ ad se duodenariū numerū sesq̄tertiū. Duodenari⁹ āt qm̄ hꝫ tertiā ptē. in sesquitertia ꝓportiōe ꝯparatꝰ ad eū nūer⁹ sedeci: q tertie ptis sectiōe solut⁹ est: Uiginti septē aūt qm̄ terti⁹ ē triplex: hꝫ ad se sesq̄tertiū trigīn ta sex: ⁊ hic rursus ad q̄draginta octo eadē ꝓportione cōparatꝰ. Cui si sexagintaq̄tuor appositi fuerīt: eandē rursus vī ꝓportiōis explebūt. Quos sexagintaq̄tuor ad nullū sesquitertiū rursus aptabis qm̄ pte tertia nō tenentꝰ. Atqꝫ hoc in cūctis triplicib⁹ inuenitꝰ: vt extre mus eiusdē proportionis nūerus tātos ante se prece dētes hꝫ: quāto p̄m⁹ eoꝝ ab vnitate discesserit. Et q tot sup se eiusdē proportiōis habuerit numeros quo tus ab vnitate prim⁹ eoꝝ iacet ei⁹ ps qua illi cōpara tus numerus possit eādē facere ꝓportionem īueniri neq̄at. Et triplicis q̄dē hec ē descriptio. Latitudo.

	1	3	9	27	81	243
		4	12	36	108	324
an			16	48	144	432
gu				64	192	576
la					256	768
ris						1024

Et quadrupli secūdū hanc formā descriptō est: ad quā. s. q a prioribus instruct⁹ accesse rit: nulla ratiōe trepidabit: ⁊ de ceterꝫ q̄dē multiplicibus eandeꝫ conuenientiam pernotabit.


Latitudo.

	1	4	16	64	256	1024
		5	20	80	320	1280
an			25	100	400	1600
gu				125	500	2000
la					625	2500
ris						3125

Hinc quoqꝫ ꝑspicuū ē: supparticulariū quē admodū pri⁹ ostēsuꝫ ē: primos eē multipli ces. Si q̄dē duplices sesqualteros: triplices sesq̄tertios: ⁊ cūcti multiplices cūctos in or dinē supparticulares creāt. Est ēt ī his hoc quoqꝫ mirabile. Nāqꝫ vbi p̄ma latitudo fuerit duplex ⁊ sub eisdē q sūt versus cōtinui alternati. positi scḋm seriē latitudinis duplices erūt. Si vō fuerit triplices ⁊ inferiores ordines tripla se ī suis terminis multipli catōe supabūt. At in quadrula q̄drupli. atqꝫ hoc īfini ta ductū speculatiōe nō fallit. angulares āt oluꝫ mul tiplices euēire necē ē. Erūt āt dupliciū q̄dē triplices: tripliciū q̄druplices q̄druploꝝ vō qncupli. ⁊ hꝫ eadē ordīs īcōmutabilē rōeꝫ sibimet cūcta ꝯsentiēt. qb⁹ ex positꝫ ad sequērē opīs seriē ꝯpetēs disputatō ꝯuertatꝰ


¶Qḋ m̄triplex īteruallū ex qb⁹ supparticularib⁹ me dietate posita īteruallꝰ fiat: eiusqꝫ īueniēdi reg̃la. ca. 3.

Iigitꝰ due p̄me supparticulares spēs ꝯiūgātꝰ ꝑ ma spēs m̄ltiplicitatꝫ exoritꝰ. ol̄s. n. duplex ex ses q̄ltero sesq̄tertioqꝫ ꝯpōitꝰ: ⁊ ōis seq̄lter ⁊ sesq terti⁹ duplicē iūgūt. nā ternari⁹ sesq̄lter ē duoꝝ qua tuor vō sesquiterti⁹ ternarii. sed. 4. duplus duorum.




sesqualter sesquitertius

SIc igitur sequalter et sesquitertius vnum duplicem componunt. At vero si fuerint medietas et duplus inter duplicem et medium potest vna medietas tallis inueniri: q̄ ad alterā extremitatē sequaltera sit: ad alteraȝ sesquitertia. Altrinsecus enī positis senario et ternario: idest duplici et medietate: si q̄ternariꝰ in medio collocetur: ad ternarium numerum sesquitertiaȝ continet rōnem: ad senarium vō sesqualterum.




sesquitertius sesqualter

At vo si iter primum & secundū tetragonū primū parte altera longiorem ponimus: ad vtrosq3 eos vna proportione coniungit. In vtrisq3 eni pportionibus dupli multiplicitas lucitur. Sin vo iter secundum tertiūq3 tetragonū secūdū parte altera longiorem ponas sesqlitere cōpationis ad vtrosq3 forma cōponit. Et si iter tertium & quartum tetragonum tertia parte altera longiorē cōstituas: sesquitertia spēs nascet & idē si in cūctis feceris: cunctas supparticulares spēs inuenire miraberis.

Tetragoni	Parte altera longiores	Tetragoni	
Primus 1	primus 2	secundus 4	duplus
4	6	9	sesqualter
9	12	16	sesquitertius
quartus 16	quartus 20	quintus 25	sesquiquartus



Et ad eundem modum in ceteris conuenit intueri. Rursus si ponantur duo tetragoni ex superius descriptis: idest primus & secundus: & in vnum colligantur: & medius eorū parte altera longior bis multiplicetur: tetragonus fit. Nāq3 vnus & 4. si iungantur. 5. faciunt eorum binarius parte altera longior si bis ducatur: quatuor faciunt. qui iuncti. 9. sine vlla dubitatione conficient qui est numerus quadratus. Et ad eundem modum in alijs hoc modo dispositis numeris quos supra descripsimus idem constat intelligi. Si vero conuertas & inter duos primum & secundū parte altera longiores secundum tetragonum ponas: qui in ordine quidem secundus est: sed actu & ope prim⁹. ex duobus parte altera longioribus congregatis. & bis multiplicato medio tetragono: rursus tetragonus conficitur. Namq3 inter. 6. & binarium numerū qui sunt primus & secundus partes altera longiores si ponatur q ternarius ordine secundus: primus actu tetragon⁹: & coniungantur duo & sex faciunt. 8. Tum si bis ducantur medij quatuor faciunt rursus octonarium qui cū superioribus iuncti sedecim tetragonum pandunt.

5			13			25		
	4			12			24	
1	2	4	4	6	9	9	12	16
	9			25			49	
Tetragonus a tribus			tetragonus a quinq3			tetragonus a septem		

8			18			32		
	8			18			23	
2	4	6	6	9	12	12	16	20
	16			36			64	
Tetragonus a quatuor			tetragonus a sex			tetragon⁹. ab octo		



Illud quoq3 non oportet minore admiratione suscipere: quod secundum proprias naturas: vbi altrinsecus duo tetragoni stant: & vnus parte altera longior in medio ponitur tetragonus qui nascitur ille semper ab impari procreatur. Nam ex superioribus vno. 4. & bis multiplicato binario: factus est nouenarius tetragonus. qui scz a tribus procreat. Ter eni tres. 9. faciūt qui ternarius impar est numerus. Et sequēs q ex quatuor & 9. & bis multiplicato senario coniūct⁹ est. 25. tetragonus: & ipse ex impari qnario nascit continenti post ternarium. Quinquies enim qnq3. 25. procedūt & qnarius post ternarium impar est numerus. Et in sequēti quoq3 eadē rō est. Nā qui ex. 9. & 16. & bis ducto. 12. quadratus. 49. producitur: ille a septenario impari fit post quinarium continenti. Septies eni3. 7. 49. creant. At vero vbi duo altrinsecus parte altera longiores vnum medium tetragonum claudunt oēs ex bis q fiunt tetragoni a paribus producuntur. Nā qui ex duobus. & 6. parte altera longioribus & quaternario bis multiplicato. 16. tetragonus factus est: ille a quaternario numero idest pari producitur. Quater enim. 4. 16. sunt. Et in sequenti quoq3 ordine vbi ex senario & duodecim & bis in suā summa3 ducto nouenario. 36. fiunt. ex continenti pari senario copulantur. Sex enim sexies. 36. restituunt. Nec minus in eādem rōnē cadet. ex. 12. & 20. & bis. 16. fact⁹. 64. tetragon⁹ Hic eni ex octonario cōtinenti post senariū nascitur. Octies eni octo. 64. tetragonū iungūt. Et in alijs quoq3 secundum eundem modum si ide3 facias rationis ordo non discrepat.

Quod

¶Quod ex quadratis ⁊ parte altera longioribus oīs formarum ratio consistat. Capl'm.xxxiiii.



Illud vo qđ ex his duob⁹ tota oīum forma rum videt orta prolatio: non minore ꝯside ratione notandū est. Nāqꝫ trianguli q̄ cun ctas alias formas sicut supi⁹ docuim⁹ colle cti producunt: his iūctꝫ velut ex qbusdā ele mentis oriunt. Nāqꝫ ex vno prio tetragono ⁊ binario primo parte altera lōgiore ternari⁹ triāgulus copula tur. Et ex binario vel q̄ternario. i. ex scđo tetragono senarius triāgul⁹ ꝓcreat. Ex q̄ternario quoqꝫ ⁊ sena rio: denarius triangulus nascit. Et ad eundē ordinem cuncta triangulorum ratio constabit. Disponant enim alternatim inter se tetragoni ⁊ parte altera lōgiores qui vt melius pernotarent: pri⁹ in duobus eos versi bus disposuimus post autem eosdem permiscuimus: ⁊ qui exinde trianguli nascerentur ascripsimus.

Tetragoni.

1	4	9	16	25	36	46	49	81

parte altera longiores.

1	6	12	20	30	42	56	72	90

tetragoni ⁊ altera parte longiores alternati.

1	2	4	6	9	12	16	20	25	30	36	42
3	6	10	15	21	28	36	45	55	66	78	

Trianguli.

¶Quemadmodum quadrati et parte altera lōgiorib⁹ vel parte altera longiores ex quadratis fiant. Capitulum. xxxv.



Omnis vo tetragonus si ei propriū lat⁹ addatur: vel eodē rursus demat: pte altera lōgior fit. Nāqꝫ. 4. tetragono si qs duo iūgat: vel duo detrahat. 6. addēdo pficiet ⁊ duo detrahendo. at vterqꝫ figurā continet pte altera longiorem que. s. magna est alteritatis vis. omnis enī infinita ⁊ indeterminata potētia: ab eq̄litatꝫ natura: ⁊ a suis se finibus cōtinēti suba discedens: aut in mai⁹ exuberat. aut in minore decrescit.

¶Quod principaliter eiusdeꝫ qdē sit substātie vnitas scđo vo loco impares numeri: tertio q̄drati. ⁊ qđ principaliter dualitas alterius sit substantie: secūdo vo loco pares nūeri: tertio pte altera lōgiores. Cap. xxxvi.



Onstat igit primo quidē loco vnitatē ꝓpe imutabilisqꝫ: substātie eiusdēqꝫ nāe: duali tatē vo primā alteritatis mutatiōisqꝫ esse principiū. Sđo vo loco oēs ipares nume ros pp vnitatis cognationē eiusdē atqꝫ im mutabilis sube eē participes: pares vo ob binarii nūe ri cōsortiū alteritatib⁹ eē pmixtos. Tetragonos quo qꝫ ad eūdē modū cōsiderari manifestū est. Nā qđ eorum cōpositio ⁊ cōiūctio ex imparibus fit. imutabili eos nature pronunciabo coniunctuos. Qđ vo parte altera longiores ex copulatione pariū ꝓcreant: nūqꝫ ab alteritatis varietate sepantur.

¶Alternati positis quadratis ⁊ parte altera longioribus qui sit eorum cōsensus in differentia ⁊ i ꝓportione. Capitulum. xxxvij.



Illud igit perspiciendū est: quod si idē tetragoni ⁊ parte altera lōgiores disponāt: ita vt alternati sibi pmixti sint: tāta in his est cōiūctio vt alias sibi in eisdē proportio nibus cōmunicent: discrepent. āt differentiis. Alias. vo differentiis pares sint. proportionibus distēt. Disponantur enim in ordinem ideꝫ illi supiores tetrago ni: ⁊ parte altera longiores ab vno.

1	2	4	6	9	12	16	20	25	30



Rgo in supiore formula hoc marie intuē dū est. Nāqꝫ inter vnū qui est tetragonus ⁊. 2. dupla proportio est. inter. 2. ⁊. 4. dupla. Hic ergo tetragonus cū parte altera longiore: atqꝫ hic cū sequente tetragono. eadem ꝓportione iunguntur: differentiis vo nō isdē Nāqꝫ duorum atqꝫ vnius sola vnitas differentia est: ꝫ idem duo a quaternario solo binario relinquunt. rursus si. 2. ad. 4. speculeris dupla est proportio si quatuor ad sex habitudinem sesqualteram recognosces. Hic ergo ⁊ porportionibus discrepant in differentiis pares sunt. Nāqꝫ ⁊ quatuor a duob⁹ ⁊. 6. a q̄tuor eo dem binario distāt. In sequentibus etiāꝫ eodē modo sicut in primis fuit: rō constant. Nam eadē ꝓportio est differentiis non eisdem. Nam. 4. ad. 6. ⁊. sex ad nouem sesqualtera proportiōe iungūtur. 6. autē qua ternarium duob⁹. 9. vo senarium tribus pretereūt. In sequētib⁹ etiam eadem rō speculabit. ⁊ semper alternatim nunc quidē eedem proportiōes. alie diffe rentie sunt. nūc aūt ordine permutato. hisdē differē tiis alie proportiones. Semperqꝫ in quib⁹ differunt secūdum nālis numeri ordines tetragoni ⁊ parte altera longiores sese superabūt: tantū qđ geminatꝫ sī mulis naturalis numeri fit progressio. Quod mirū vi deri non debet. nos enīꝫ ipas summas tetragonorum ⁊ parte altera longiorum geminam⁹ ad primas secun dasqꝫ proportiones.



1	2	4	6	9	12	16	20	25	30	36
1	2	2	3	3	4	4	5	5	6	

Differentie.



Edem quoqꝫ differentie mirabilem in mo dum a toto ꝑ sequētes ptes ⁊ ꝑ easdē vni tates qb⁹ superius creuerūt progrediūtur Nāqꝫ iter vnū ⁊ duo tm̄ vnitas itercedit: q̄ vnitati cui eq̄lis ē totū ē binarii vo medie tas. Eodē mō iter. 2. ⁊. 4. tm̄ duo sunt. q binarij totū sūt: quaternarii medietas. Inter q̄ternarium vero ⁊ senariū idē duo sunt: ad quaternarium medietas: ad senariū ps tertia. Tres vo q sequūt q inter. 6. ⁊. 9. constituti sunt medij: sunt quideꝫ senarii dimidiū ps vo tertia nouēarii. Et rursus ternari⁹ q nouēarii ter tia ps est: duodenarij quarta ē. ⁊ ad eundē modū vsqꝫ in fīnē descriptionis geminatis hmōi partibus sicut ipsa quoqꝫ summarum comparatio geminata est: equas partium progressiones aspicies.

¶Probatio quadratos eiusdē eē nature. Cap. xxxviii.



Illud āt apertissimū signum ē oēs tetrago nos imparibus esse cognatos. quod i omni dispositione ab vno vel in duplicib⁹ vel i tri plicibus talis nature ordo conserit vt nūqꝫ nisi secundum imparem locum tetragonus inueniatur. Disponam⁹ enim in ordinē numeros: pri mo quidē duplos: deinde triplo.

i	2	4	8	16	32	64	128	256
1	3	9	27	81	243	729	2187	6561



I igitur in vtrisqz versibus primos aspicias: singulos quos inuenis quoniam tertagoni sunt: in impare loco sunt constituti: quoniã primi sunt. Si vero tertium locum respexeris. 4. ꝛ. 9. notabis: quorum hic a duobus proficiscitur: illam ternarius creat. qui sunt loco impari constituti. Quintum deinde si videas locuz 16. ꝛ. 8i. respicies. sed vnus a quaternario nascitur: alterũ nouenarius creat. Et si nonum locum rursus aspicias: tetragonos pernotabis. 256. 6561. quoruz superior fit a. i6. inferior vo ab. 8i. Idẽ si in infinitum facere libeat indiscrepanter incurrit.

Cubos eiusdem participare substantie quod ab imparibus nascantur. Capl'm. xxxix.



Ipsi vo cubi qui quãquã tribus interuallis sublati sint: tamen pp equalez multiplicationem participant immutabilis substãtie. eiusdemqz nature sunt socii: non aliorũ quã impariuz coaceruatione produnt̃ nũquã vo parium: Illam si omnes ab vnitate impares disponantur: iuncti figuras cubicas explicabunt.

i	3	5	7	9	ii	i3	i5	i7	i9	2i



Mhis igitur qui primus est potestate: ꝛ virtute primum cubum faciet. Juncti vo duo qui sequuntur ternarius scilicet ꝛ quinari9 secundum efficiunt cubum: qui est octonarius Juncti autem. 3. qui sequuntur septenarius nouenariusqz. ꝛ. ii. cubum faciunt: qui. 27. numero continetur qui est tertius. Et sequẽtes quatuor quartum. ꝛ qui sequuntur. 5. quintum ꝛ ad eundem modum quotus quisqz cubus efficitur: tot coniunctione impares apponuntur. Hoc autem diligenti9 subiecta descriptio docet.

i 3	5 7	9 ii i3	i5 i7 i9
1	8	27	64
primus ab vno	secundus a bis duobus bis	tertius a ter tribus ter	quartus a quater quatuor quater

De proportionalitatibus. Capl'm. xxxx.




T de his quidem sufficienter dictum est. nunc res admonet quedam de proportionibus disputantes que nobis vel ad musicas speculatiões: vel ad astronomicas subtilitates: vel ad geometrice cõsiderationis vim: vel etiam ad veterum lectinum intelligentiaz ꝓdesse possint: arithmetica introductione commodissime terminare. Est igitur proportionalitas duarum vel trium vel quotlibet proportionum assumptio ad vnum atqz collectio. Ut autem communiter definiamus: proportionalitas est duarum vel pluriuz proportionum similis habitudo: etiam si non eisdem quantitatibus ꝛ differentiis constitute sint. Differẽtia vo est inter numeros quantitas. Proportio est duoruz terminorum ad se inuicem quedam habitudo ꝛ quasi quodam modo continentia. Quorum compositio qꝺ efficit: proportionale est. Ex iunctis enim proportionibus proportionalitas fit. Jn tribus autẽ terminis minima proportionalitas inuenitur. Fit etiam in pluribus sed longior. vt binarius ad vnum quoniam duo sunt termini: duplam obtinet proportionem. Sin vero quatuor contra. 2. impares: ꝛ hic quoqz dupla proportio est. quos tres terminos si continue consideres ex duabus proportionibus fit proportionalitas: Et ẽ proportionalitas. vnum ad duo: ꝛ duo ad quatuor. ẽ enim proportionalitas vt dictum est collectio proportionum in vnum que redactio. Fit etiam ꝛ in longioribus. Illam si quatuor illis octo velis adiungere: ꝛ bis 16. ꝛ bis. 32. ꝛ deinceps duplos qui sequuntur: fit in omnibus dupla proportionalitas ꝛ proportionibus duplis. Jgitur quotiens vnus atqz idem termin9 ita duobus circum se terminis communicat: vt ad vnuz dux sit ad alium comes: hec proportionalitas cõtinua vocatur: vt vnus duo quatuor. Est enim equalitas in his proportionis: ꝛ quemadmodum sunt. 4. ad. 2. sic sunt duo ad vnum. Et rursus quemadmodum vnus ad duo: sic duo ad quatuor. Et secundum quantitatez quoqz numeri eodem modo est. Quantum eni tres superant binarium: tantum binarius: vnitatẽ. ꝛ quãtum vnus a duobus minor est. tantum binarius a ternario superatur. Sin vo alius ad vnum refertur terminus: alius vero ad alium: necesse est habitudinem disiunctam vocari. Ut ad equalitatem quidem proportionis sunt. i. 2. 4. 8. Sic eniz sunt quemadmoduz duo ad vnum. si octo ad quattuor: ꝛ conuersim quemadmodum vnus ad duo: sic quattuor ad octo. Et permutatim quemadmodum quattuor ad vnum sic octo ad binarium. Secundum quantitatem vero numeri: vt sunt. i. 2. 3. 4. quantum enim vnus a duobus vicit̃: tantuz ternarius a quaternario superatur. Et quantum duo vnũ vincũt: tãto ternariũ quaternarius trãsit. Permixti ẽt quãto vnus tribus minor est tãto binari9 quaternario: vel quãto ternarius vnitatẽ sup̃at tãto binarium transgredit̃ quaternarius.

Que apud antiquos proportionalitas fuerit: quas posteri addiderint. Capitulum. xli.



Onfesse quidem ꝛ apud antiquiores note: queqz ad pythagore vel platõis vel aristotelis scientiam peruenerũt: he tres medietates sunt arithmetica: geometrica: armonica. Post quas proportionum habitudines tres alie sunt que sine nomine quidem feruntur. Uocantur autem quarta: quinta: vel sexta que superius dictis opposite sunt. at vo posteri propter denarii numeri perfectionem quod erat pythagore complacitus: medietates alias quatuor addiderunt: vt in his proportionalitatibus denarie quantitatis corpus efficerent. Secundum quem numeruz ꝛ priores quinqz habitudies comparationesqz descripte sunt: vbi quinqz maioribus proportionibus quos vocauimus duces: minores aptauimus alios terminos quos comites diximus Jnde etiam in aristotelica atqz archyte prius. io. predicamentorum descriptione: pythagoricum denarium manifestum est inueniri. Quando quidez ꝛ plato studiosissimus pythagore secundum eam disputationem diuidit ꝛ archytas pythagoricus ante aristotelem licet quibusdam sit ambiguum decem hec predicamenta constituit. inde etiam. io. membrorum particule: inde alia permulta que omnia persequi non est necesse.

Quod primum de ea que vocatur arithmetica ꝓportionalitate dicendum est. capitu. 42.



Unc vo de proportionalitatibus deqz medietatibus dicendum est. Et primum quidem de ea medietate tractabimus: que


scd̄m quātitatis equalitatem neglecta proportiōis pa
rilitate constitutorū terminorum habitudines seruat
In his aūt quātitatibus medietas ista versat̄: inq̄
his speculanda est: in quib' a seipsis termini differūt
Quid autem esset differentia terminorū superi' diffi
nitum est. Hanc autē esse aritmeticā medietatē nu
merorum ipa rō declarabit: quoniā eius proportio i
numeri quantitate consistit. Que igit̄ cā est hmōi
terminorum habitudinem idest aritmeticam cūctis
aliis proportionalitatibus anteponere: primum qd̄
hanc nobis in principio ipsa numerorum natura ⁊ vis
naturalis quantitatis opponit. Huiusmodi enim pro
portiones queq̄ ad terminorum differentias perti-
nent: vt paulo post demonstrabitur: in naturalis pri-
mum numeri dispositione cognoscimus. Deinde qd̄
supiore libro disputātib' nobis apparuit aritmeticā
vim geometrica atq̄ musica esse antiquiorem: ⁊ qd̄
illata has simul inferre: sublata vero perimeret. qua
re ordine disputatio progrediet̄: si ab ea prius incho-
andū sit medietate que in nūeri differētia nō in pro
portionis speculatione versatur.

¶De aritbmetica medietate eiusq̄ proprietatibus.
Capitulum. xxxxiii.

ARitbmeticaꝫ medietatē vocam': quotiēs
vel trib' vel quotlibet terminis positꝫ: eq̄
lis atq̄ eadē differentia inter oēs disposi-
tos terminos inuenit̄. In qua neglecta pro
portionis equalitate terminoruꝫ tantū differentiarū
q̄ speculatio custoditur. vt. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10

IN hac enī nālis numeri dispositione: si qs.
continuatim differentias terminorum cu-
ret aspicere: secundum aritbmeticam me-
dietatem equa terminorum inter se discre
pantia est. Equales enim sunt differentie:
sed eadem proportio atq̄ habitudo non est. Si igit̄
in tribus terminis consideratio sit: continua propor-
tiōalitas dicitur. Sin vō hic alius dux ⁊ alius comes
illic vero vtriq̄ sint alii: vocabitur disiūcta medietas
Si igitur in tribus tantum terminis secundam con
tinuam medietatem conspexeris: vel in quatuor: vel
in quotlibet aliis secundum disiunctam: easdem sem
per differentias terminorum videbis: tantuꝫ solis pro
portionibus permutatis. Id si in vno quis nouerit re
liqua eū ratio nō latebit. Sit continua medietas. 1.
2.3. Hic vnus a duob' ⁊ 2. a tribus solis tantum sin-
gulis distant. ⁊ sunt eedem differentie proportiones
vero alie: Nanq̄ duo ad vnū duplus est. tres ad duo
sesqualter: ⁊ in ceteris idem videbis. Sin autem per
miscens ⁊ aliquos preteriens eligas: ⁊ in his aliquam
speculationē ponas: idē poterit euenire. Nā si equa-
les terminos itermittas: ⁊ sese in priore dispositiōe
ptereant. si singulos intermittas: soli' binarii notabit̄
differētia. sin vō duo ptereas: ternarii. si tres: q̄terna
rii. ⁊ ad eundē modū vno plus quā intermiseris: erit
illa quā querimus differētia terminorū. Nāq̄ si i trib'
terminis singuli relinquant̄: binarius semper intererit

Differentie




intermissi



Ides ne vt cū supius in naturalis nūeri di
spositione se termini singulis preterirent
pretermissis duobus ⁊.4. vnus ad tres: ⁊.
3. ad quinarium comparati binarium so-
lum in differentia retinuerint. Nec nō etiā
in disiuncta eadem versabitur obseruatio.

Differentie




intermissi




Talibus igitur vestigiis insistentem nullus
ab eadeꝫ similitudine error abducet. Nam
q̄ si duos intermittas: ternarius differen-
tiam continebit. si tres: quaternarius. si q̄
tuor quinarius: eque in continuis propor-
tionibus atq̄ disiunctis. Qualitas autem proportio-
nis eadem non erit quāuis sint equis termini diffe-
rentiis distributi. Quod si conuersim: ponantur: vt
non eisdem differentiis eadem qualitas proportio-
nis eueniat: geometrica talis proportionalitas non
aritbmetica nominatur. Est autem proprium huius
medietatis quod si in trib' terminis speculatio fit: cō
positis extremitatibus illa summa que inter extremi
tates est: non loco tantum: verum etiam sit quantita
te medietas. Ut si ponatur. 1.2.3. vn' ⁊ tres q̄tuor red
dūt. Duo vō qui medius inter vtrosq̄ est: q̄ternarii
medietas inuenitur. Quod si bis medietatem ducas
equ' erit extremitatibus Bis enī duo quatuor creāt
Sin vero disiūcta sit: quod fit ex vtrisq̄ extremitati
bus compositis. hoc ex duabus medietatibus reddi-
tur. Si enim sunt. 1.2.3.4. vnus ⁊ quatuor quinariuꝫ
creant: duo ⁊ tres medii in eundem rursus quina-
rium surgunt.

continua




bis duo
4
discontinua



St illi hoc quoq̄ solida pprietate coniunc-
e ctum: quod quemadmodum sunt omnes
termini huiusmodi dispositōis ad seipsos


ita sunt differentie ad differentias constitute. Namqꝫ omnis terminus sibiipsi equalis est ⁊ differētie differentiis sunt equales Illud quoqꝫ subtilius qđ multi huius discipline periti nisi nicomachus nūqꝫ antea persperexerunt: quod in omni dispositione vel continua vel disiuncta: quod cotinetur sub duabus extremitatibus minus est eo numero qui ex medietate conficit tantum quantum possunt due sub se differentie continere que inter ipsos sunt terminos constitute. ponamus enim tres terminos. huiusmodi. 3.5.7. Si igitur tres septies augeantur: in. 21. numerum cadunt. Quod si medium terminum idest. 5. in semetipsum multiplicaueris: quinquies quinqꝫ faciunt. 25. Et hic numerus ab eo quem extremitates colligunt quaternario maior est: quem scilicet differentie conficiunt. Inter tres enim ⁊. 5. ⁊. 7. bini intersunt. quos si in sese multiplices. 4. reddunt. bis enim duo quatuor fiūt Recte igitur dictum est: in hac huiusmodi dispositione quod continetur sub extremitatibus minus esse illo numero qui fit ex medietate tantum quantum differentie in se multiplicate restituunt.




Quartum vero proprium huiusmodi dispositionis notatur: quod antiquiores quoqꝫ habuere notissimum: quod in hac proportionalitate vel medietate in minoribus terminis maiores proportiones in maioribus minores cōparationes necesse est inueniri. Namqꝫ in dispositione hac. 1.2.3. minores sunt termini. 1.⁊. 2. maiores. 2.⁊. 3. ⁊. 2. ad vnū duplus est. 3. vo ad duos sesqualter: sed maior est proportio dupli quā sesqualtera. In armonica autem medietate econtrario euenire contingit. In minoribus enim terminis minores proportiones: ⁊ maioribus maior proportionis quantitas custoditur. Harum vero medietatum idest arithmetice atqꝫ armonice: geometrica proportionalitas media esse notata est. que vel in maioribus vel in minoribus terminis equas numerorum qualitates in proportionalitate custodit. Inter maius vero ⁊ min⁹ equalitas loco ponitur medietatis. Et de arithmetica quidem medietate satis dictum est.

¶ De geometrica medietate eiusqꝫ proprietatibus.
Capitulum. xxxxiiii.

Nunc vero que hanc sequitur geometrica medietas expediatur que sola vel maxime proportionalitas appellari potest: propterea quod in ea eisdem proportionibus terminorum vel in maioribus vel in minorib⁹ speculatio ponitur. Hic enim equa semper proportio custoditur: numeri quantitas multitudoqꝫ negligitur contrarie quam in arithmetica medietate. vt sunt. 1. 2.4.8.16.32.64. Vel in tripla proportiōe. 1.3.9.27. Si: Vel si quadrupla vel si quincupla vel si in quamlibet multiplicitatem numerorū sit constituta distensio. In his enim quotlibet terminos sumpseris: explebunt geometricam medietatem. quemadmodum. n. prior ad sequentem ita sequens ad alium. Et rursus: si permixte facias idem erit. Si eniȝ ponātur tres termini. 2.4.⁊.8. quemadmodum sunt. 8. ad. 4. ita. 4. ad. 2. Atqꝫ hoc si conuertas: quemadmodū sunt. 2. ad. 4. ita erunt. 4. ad. 8.



Vel si in quatuor terminis vt sunt. 2.⁊. 4.8. ⁊.16. quemadmodum est primus ad tertiū i. 2. ad. 8. sic erit secundus ad quartuȝ: idest 4. ad. 16. Vtraqꝫ enim proportio quadrupla est. Et conuersim quemadmodū quartus est ad scđm: ita tertius notatur ad primum. Hoc vero etiam disiuncte licet. Nam quemadmodum est primus ad secunduȝ: idest. 2. ad quatuor: sic tertius ad quartum. idest. 8. ad. 16. ⁊ conuersim quemadmoduȝ secundus ad primum: idest. 4. ad duos: ita quart⁹ ad tertium: idest. 16. ad. 8. idqꝫ in omnibus rata cōsideratione perspicies.



Habet autem propriū huiusmodi medietas quod in omni dispositione secundum hanc proportionalitatem terminorum differētie in eadem proportione contra se sunt q̄ fuerint ipsi termini quorum sunt ipse differentie. Siue eniȝ dupli contra se sint termini: duple erūt etiam differentie: siue tripli: triple. siue secunduȝ quālibet multiplicitatem: eadem in differentijs multiplicitas erit: quam prima consideratio inuenit in terminis vt. subiecta descriptio monet.

Differentie duple

1	2	4	8	16	32	64	128	
1	2	4	8	16	32	64	128	256

Termini dupli.

Nulli igitur dubium esse potest qđ cū oēs termini dupli sint: ita differentie quoqꝫ eorum terminorum duple esse videantur: vt vno minus termino in differētiis: omnes pene dispositos subter terminos quorū sūt ipse differentie: superior ordo reddiderit. Est etiam aliud proprium quod omnis ad minorem maior terminus comparatus. ipsum minorem retinet differētiam. Namqꝫ binarius ad vnitatem: ipsa vnitate differt. ⁊ quaternari⁹ binario: ipso binario. ⁊ octonarius quaternario ipso quaternario. ⁊ deinceps maiores alii ipsis minoribus ab eisdem ipsis differūt quos numerositate pretereunt. Et hoc quidem in duplici proportione cadit. Sin vero sint triplices proportiones: maior

Tetragonus	36	sesquiquinta
parte al.lon.	42	sesquisexta
Tetragonus	49	sesquisexta

nes: maior terminus a minore termino duplicato mi nore termino differt. Ut si sint. i. 3. 9. tres ab uno: binario differunt: in quem unitas idest minor terminus duplicatus excrescat. 3. 9. a tribus senario differunt: quem ternarius duplicatus educit. Et in aliis cunctis eiusmodi ratio reperietur. Sin vero quadruplices sint: triplicato minore termino maior terminus a minore distabit. Et si quinquupli: quadruplicato. et si sexcupli: quinquuplicato: et una minus multiplicatione quam est ipsa minorum ad maiores comparatio terminorum minorem numerus maior exuperat.

Differentie duple.

1	2	4	8	16	32	64	128
1	2	4	8	16	32	64	128	256

Termini dupli

Differetie triple

2	6	18	54	162	489	1458
1	3	9	27	81	243	729	2187

Termini tripli

Differentie quadruple

3	12	48	192	768	3072	12288
1	4	16	64	256	1024	4096	16384

Termini quadrupli.



Hec autem proportionalitas et in aliis omnibus vel superparticularibus vel superpartientibus invenitur huiusmodi proprietate in omnibus conservata: ut in continua proportione: quod fit sub extremitatibus si tres fuerint termini: hoc a medietate multiplicata consurgat Si enim sint. 2. 4. 8. quod fit ex his. 8. idem fit ex quater. 4. Vel si sit in quatuor terminis disiuncta proportio quod fit sub utrisque extremitatibus id duarum medietatum multiplicatione concrescat: Ut si sint. 2. 4. 8. 16. quod fit ex his. 16. idest quater. 8. reddatur. Exemplar autem nobis maximum certissimumque sit illud: ubi ex equalitate diximus omnes inequalitatis species fundi. Illic enim in omnibus vel multiplicibus vel superpartientibus vel superparticularibus vel in ceteris coniunctis geometrica proportionalitas custoditur has omnes proprietates quas supradiximus continens Quarta vero est proprietas huiusce medietatis: quod vel in maioribus vel minoribus terminis et quales sed per proportiones sunt. Namque si ponantur. 2. 4. 8. 16. 32. 64. inter hos omnes dupla proportio est. Apparet etiam hec proportionalitas in binis proportionibus ab unitate alternatim parte altera longioribus quadratisque dispositis a prima multiplicitatis habitudine idest a duplici per cunctas superparticularis habitudines proportionesque discurrens quod subiecta descriptione signatum est.

Tetragonus	1	
parte al.lon.	2	dupla
Tetragonus	4	dupla
parte al.lon:	6	sesqualtera
Tetragonus	9	sesqualtera
parte al.lon.	12	sesquitertia
Tetragonus	16	sesquitertia
parte al.lon.	20	sesquiquarta
Tetragonus	25	sesquiquarta
parte al.lon.	30	sesquiquinta

¶ Que medietates quibus rerum publicarum statibus comparentur.

Capitulum. xxxv.



Atque ideo arithmetica quidem ei reipublice comparatur que paucis regitur: iccirco quod in minoribus eius terminis maior proportio sit. Musicam vero medietatem optimatum dicunt esse rem publicam: ideo quod in maioribus terminis maior proportionalitas invenitur. Geometrica medietas popularis quodammodo et ex equalitate civitatis est. Namque vel in maioribus vel in minoribus equali omnium proportionalitate componitur: et est inter omnes paritas quedam medietatis equum ius in proportionibus conservantis.

¶ Quod superficies una tantum in proportionalitatibus medietate iungatur: solidi vero numeri duabus medietatibus in medio collocantur.


Capitulum. xxxvi.

Post hec igitur tempus est: ut expediamus nunc quidam nimis utile in platonica quadam disputatione: que in timei cosmopeia haud facili cuiquam vel penetrabili ratione versatur. Omnes enim plane figure que nulla altitudine crescunt una tantum medietate geometrica continuantur: alia que iungat non potest inveniri. unde duo tantum in his intervalla sunt constituta: a primo scilicet ad medium: et a medio ad tertium. Si vero fuerint cubi. duas tantum habebunt medietates ubi tertia inveniri non poterit: secundum geometricam. s. proportionem. unde forme solide tria intervalla dicuntur habere. Est enim unum intervallum a primo ad secundum et a secundo ad tertium: et a tertio ad quartum: que est. s. postrema distantia. Recte igitur et plane figure duobus intervallis: et solide tribus contineri dicuntur. Sint enim duo tetragoni 4. scilicet. et. 9. horum igitur unus tantum medius in eadem proportione constitui potest. Namque senarius ad. 4. sesqualter est: et. 9. ad senarium eodem modo sesqualter. Hoc autem iccirco evenit quod singula latera singulorum tetragonorum efficiunt senariam medietatem. Namque quaternarii tetragoni latus binarius est. novenarii ternarius. hi ergo multiplicati senarium perfecerunt. Bis. enim tres senarius est. Et quotienscunque datis duobus tetragonis eorum medietatem volumus invenire: latera eorum multiplicanda sunt: et qui ex his procreabuntur medietas est. Si autem cubi sint. ut. 8. et. 27. due tantum inter hos eadem proportione medietates constitui queunt. 12. scilicet et. 18. namque. 12. ad. 8. et. 18. ad. 27. sesqualtera tantum proportione iunguntur. In his quoque eadem laterum ratio est. Namque ex uno cubo qui propinquior est: una medietas duo latera colligit: ex alternatim vero posito unum. In alia quoque medietate idem est. ponantur enim duo cubi et in medio eorum due medietates quas superius diximus. 8. duodeci. 18. 27. octonarii igitur latus est binarius: bis enim bini bis octonarium fecerunt. Ternarius vero. 27. cubi latus est. Ter enim tres ter. 27. restituunt. Medietas igitur que iuxta octonarium est. idest. 12. mutuatur duo latera ex propinquo sibi octonario et aliud unum latus ex altri


secus posito.27.cubo. Bis enim bini ter. 12. pādunt. Et.18. eadē ratione duo latera a propinquo sibi.27. cubo colligit: & vnū ab altrinsecus posito octonario. Tres enim ter bis.18. concludunt. Hoc autē vniuersaliter speculandum est: si tetragonus tetragonum multiplicet: sine dubio tetragonus prouenit. Sin vo parte altera longior tetragonū multiplicet vel tetragonus parte altera longiorem: nunquā tetragonus sed semper ante longior crescit. Rursus si cubus cubū multiplicauerit: cubi forma conficitur. Si vero parte altera longior cubum: vel cubus parte altera longiorem: nunquam cubus procreabitur. hoc. s. secundū similitudinem paris atq3 imparis. Par enim parem si multiplicet: semper par nascitur. & impar imparem si multiplicet. impar cōtinuo procreatur. Si vero impar parem: vel si par imparem multiplicet: par semper exoritur. Hoc autē facilius cognoscitur ex lectione platōis in libris de republica: eo loco qui nuptialis dicitur: quem ex persona musarum philosophus introducit. Sz nunc ad tertiā medietatē redeundū ē.

De armonica medietate eiusq3 proprietatibus.
Capitulum.xxxvii.

Armonica autem medietas est: que neq3 eisdem differentiis nec equis proportionib9 constituitur: sed illa in qua quemadmodū maximus terminus ad paruissimum terminum ponitur: sic differentia maximi & medii contra differentiam medii atq3 paruissimi comparatur. Ut si sint.3.4.6. vel si.2.3.6. Senarius enim quaternarium sua tertia parte superat: idest duobus quaternarius vero ternariū sua quarta parte superuenit: idest vno. Et senarius ternarium sua medietate idest tribus. ternarius vero binarium sua pte tertia idest vnitate transcendit. Quare in his neq3 eadē proportio terminorum est: neq3 sunt eedem differentie. est autem quemadmodum maximus terminus ad paruissimum terminū: sic differentia maximi & medii ad differentiam medii atq3 postremi. Namq3 in hac proportione que est.3.4.6. maior terminus idest senarius ad paruissimum terminum ternariū dupl9 est & differentia maximi & medii idest senarii & quaternarii duo scilicet: ad differentiam medii & vltimi idest quaternarii atq3 ternarii que est vnitas dupla perspicitur. Sed hoc quoq3 subiecta descriptione mōstratur.



Habet autem proprietatem quemadmodū dictum est cōtrariā aritbmetice medietati. In illa enim in minoribus terminis maior erat proportio: in maioribus minor in hac vero i maioribus quidem terminis maior est proportio: in minoribus vo minor. Namq3 in hac dispositione.3.4.6. tres ad quatuor comparati sesquitertiā habitudinem: sex vo ad quatuor sesqualteram reddunt: sed maior est proportio sesqualtera a sesquitertia tantum quantum pars tertia medietate transcenditur. Juste igitur medietas quedā geometrica proprieq3 eē proportionalitas iudicatur. s. inter eas vbi in maioribus terminis minor est proportio & minoribus maior: & inter eam vbi in maiorib9 maior est minoribus minor. Jlla est. n. vere proportiōalitas que medietatis quodāmodo locum obtinēs: & in maioribus & in minoribus: equalibus proportionum cōparationibus continetur. Hoc quoq3 signum est duarum extremitatum mediam esse quodāmodo geometricā proportionem. Namq3 in aritbmetica proportione medius terminus eadē suā parte & minorē precedit & a maiore precedit̄ ꝫ alia pte minoris alia vo parte maioris. Sit enim aritbmetica dispositio.2.3.4. Ternari9 igitur numerus binarium tertia sua pte precedit idest vno: & a quaternario tertia sua pte preceditur idest vno. At vero ternarius nō eadē pte minoris minorē vincit: vel maioris a maiore supat̄. Namq3 minorē idest binariū vno superat: idest ipsi9 medietate binarii. a quaternario vo vno relinquit̄: que ps quaternarii q̄rta est. Recte igitur dictum est mediū terminū in hmōi medietate: eadē sui pte & minorem vincere & maiore supari: sed non eisdem ptibus vel minoris minorē transgredi: vel maioris a maiore transcendi. Contrarie armonica medietas pportiōes hz. Nāq3 non eadē pte sua medius terminus in hac pportōne vel minorē vincit vel a maiore supatur. sed eadem pte minoris minorē supat: qua pte maioris a maiore supat̄. Jn hac eni dispositione armonica q̄ ē. 2.3.6. ternari9 binariū tertia sui pte vicit: idē ternarius a senario a tota sui quātitate superat̄. i. tribus: Jdēq3 ipse ternarius medietate minoris vincit minorē .i. vno. & medietate maioris a maiore termino vicit̄ idest trib9. Senarij enim medietas ternari9 est. Jn geometrica vo medietate neq3 eisdē suis partib9 medius vel vincit minorē vel a maiore vincitur. neq3 eadem parte vel minoris minorē superat: vel maioris a maiore relinqtur. sed qua pte sua medi9 termin9 minorem superat: eadem pte sua maior termin9 mediū vincit. Quod est vt medietas atq3 extremitas eq̄lib9 medietatē & extremitatē reliquam suis partibus superuadant. Jn hac eni dispositione que est.4.6.9. tertia sui pte medius senarius quaternarium superat. idest duobus: & tertia sui pte rursus nouenarius senarium vincit: idest tribus. Habet autē aliam proprietatē armōica medietas. vt cū duas extremitates in vnū redactas medietas multiplicauerit dupla quātitas colligitur quā si se multiplicēt due extremitates Sint eni hi termini.3.4.6. si igit̄ ternariū & senariū iūgas nouenariū facies: q p quaternariū ductus.36 efficit. qd si se ipse extremitates multiplicent: & fiant tres sexies.18. cōficiūt: qd est prioris sūme dimidiū.



Quare dicta sit armōica medietas ea que digesta ē Capitulum. xxxviii

Onsiderandum forsitan videatur: cur hāc armonicam medietatem vocemus. Cuius hec ratio est: quoniam arithmetica dispositio equas tantum per differētias diuidit quantitates: geometrica vero terminos equa proportione cōiungit. At vero armonicā ad aliquid quodammodo relata consideratione: neqꝫ soluꝫ in terminis speculationem proportionis habet: neqꝫ soluꝫ in differentiis: sed in vtrisqꝫ communiter. Querit enim vt quemadmodum sunt ad se extremi termini: sic maioris ad medium differentia: contra differētiam medietatis ad vltimum. Ad aliquid autem considerationem armonie proprie esse in primi libri rerꝫ omnium diuisione monstrauimus. Ipsarum quoqꝫ musicarum consonantiarum quas symphonicas nominant proportiones in hac pene sola medietate frequenter inuenias. Namqꝫ symphonia diatessaron: que princeps est ꝛ quodammodo vim obtinēs elemēti: constituitur scilicet in epitrita proportione: vt est quaternarius ad ternarium: in eiusdē armonicis medietatibus inuenitur. Sint enim eiusmodi armonice medietatis temini quoruꝫ extimi dupli sint ꝛ rursus alia huiusmodi dispositio quorum extimi tripli.

3	4	6	2	3	9

Senarius igitur ad ternarium duplus est. idem autem in alia dispositione senarius ad binarium triplus. Horum igitur si differentias colligamus ꝛ ad se inuicem comparemus: epitrita proportio colligitur vnde diatessarō symphonia resonabit. Inter tres enī ꝛ 6. ternarius est: ꝛ inter binarium ꝛ senarium quaternarius: qui sibimet comparati sesquitertiam efficient proportionē.

3	4	9

differētia.

Diatessaron	3	sesquitertium
	4	

differētia.

2	3	6

In eadem quoqꝫ medietate ꝛ diapente symphonia componitur: quaꝫ sesqualtera habitudo restituit. Nam in vtrisqꝫ dispositiōibus his que subiecte sunt in duplici senarius ad quaternarium sesqualter est: in triplici ternarius ad binarium: ex quibus vtrisqꝫ diapente symphonia coniungitur.

Sesqualtera.
Diapente.

3	4	6
2	3	6

Sesqualtera.
Diapente.

Est hanc autem diapason consonātia que fit ex duplici. vt est subiecta formula.

Duplex
Diapason.

2	4	6

In triplici quoqꝫ dispositione simul diapente ꝛ diapason symphonia componitur: seruans sesqualteram ꝛ duplicem rationem. quod subiecta descriptio docet.

Sesqualtera. Diapente. Duplex Diapason.

2	3	6

Triplex.
Diapente ꝛ diapason.

Et quoniam triplus duas continet consonantias diapente scilicet ꝛ diapason: in huius triplicis positione in differentiis eūdē rursus triplum reperiemus secundum subter descriptum modum.


Triplus. diapente ꝛ diapason

differentie

	1	3
2	3	6

Termini.


In dupla vero dispositione maior termin⁹ ad medii termini contra se differentiam triplus est. ꝛ rursus minor termin⁹ ad medii contra minorem terminum comparati differentiam triplus est.



Termini.


Lla autem maxima symphonia que vocat̄ bis diapason: velut bis duplum: quoniam diapason symphonia ex duplici proportione colligitur: huic se iuncture armonice medietatis interserit. Nam in duplici proportione medius terminus ad minoris suiqꝫ differentiā quadruplus inuenitur.

Differentia.



Termini.


N triplicib⁹ quoqꝫ extremitatibus maior differentia ad minorem differētiā quadrupla est. ⁊ diapason bis symphoniā emittit. nāqꝫ ī dispositiōe. 2. 3. 6. extremoꝝ differētia est: idest senarii ⁊ binarii. 4. minor vero differentia idest ternarii ⁊ binarii vnus. 4. autē vno quadrupla maior est relatione. que comparatio bis diapason consonantiam tenet.

¶ De geometrica armonia. Capitulum. xlix


Ocant autem quidam armonicam huiusmodi medietatem iccirco quod semper hec proportiōalitas geometrice armōie cognata est. armoniam autem geometricam cubum dicunt. Ita enim ex longitudine in latitudinem distentus est ⁊ in altitudinis cumulum creuit: vt ex eq̄libus proficiscens ad equalia perueniēs: equaliter totus sibi conueniens creuerit. Hec autem medietas in omnib⁹ cubis que est geometrica armonia perspicitur. Omnis enim cubus habet latera. 12. angulos octo superficies sex. Hic autem ordo ⁊ dispositio armonica est. Disponantur enim. 6. 8. 12. hic ergo quemadmodū est maior terminus ad paruissimū ita differentia maioris ⁊ medii ad paruissimam comparatur. Perpensi namqꝫ. 12. ad sex dupli sunt. differentia vo. 12. ⁊ octonarii quaternarius est. octonario ⁊ senarii duo. dupla autem rōne distabunt duobus quatuor comparati. Rursus octonarius qui medietas est alia sua parte minorem precedit: ⁊ alia sua parte a maiore preceditur. eadem autem parte minoris minorem superat. qua parte maioris a maiore superatur. Rursus si extremitates in vnū redigantur ⁊ a medietate octonario multiplicentur: duplus erit ab eo numero quem sole extremitates multiplicate p̄fecerint. Omnes autem in hac dispositione symphonias musicas inuenimus. Diatessaron quidem ē octo ad sex quoniā proportio sesquitertia est. At diapente. 12. ad. 8. quoniam ea que sesqualtera comparatio dicitur in ea diapente consonātia reperitur. Diapason vero que ex duplici nascitur ex. 12. ad sex compositione producitur. Diapason vero ⁊ diapente que triplicis optinent rationem: fit ab extremitatum. differentia ad differentiam minorem. Namqꝫ duodenarii ⁊ senarii sex differentia est. minor vero est differentia octonarii ⁊ senarii: idest. 2. dui senarius ad binarium triplus est: ⁊ diapason simul ⁊ diapente consonantiā sonant. Illa vero maior consonantia que est bis diapason: que ex quadruplo fit in medii termini idest octonarii: ⁊ eius differentie comparatione perspicit̄ que inter octonarium senariumqꝫ reperitur. Quare proprie atqꝫ conuenienter huiusmodi proportionalitas armonica medietas appellatur.

¶ Quemadmodum constitutis altrinsecus duob⁹ terminis: arithmetica ⁊ geometrica armōica inter eos medietas alternetur atqꝫ de eoꝝ generationibus. Capitulum. l.


Os autem prestare debem⁹ quatenus quēadmodum dato calamo extremis foraminib⁹ manentibus musicis mos est: vt medium foramē permutātes: atqꝫ aliud aperientes aliud digitis occludentes diuersos emittant sonos. Vel cum duabus altrinsecus protensis cordis medii nerui sonum musicis vel astringendo tenuat vel remittendo grauat: ita quoqꝫ datꝫ duobus numeris nunc quidem arithmeticam: nunc vero geometricam: nunc autem armonicam medietatem experiamur inserere. vt rectū propriūqꝫ medietatis nomen sit: quod manētibus extremitatibus huc atqꝫ illuc ferri permutariqꝫ videatur. Poterimus autem hanc in duobus altrinsecus positis terminis vel paribus vel imparibus permutare: ita vt cum arithmeticam ponimus meditatem differentiarum tātum ratio equalitasqꝫ seruetur. Cum vo geometricam: rata se proportium iunctura custodiat. Sin autem armonica fiat differentiarum comparatio ab terminorum proportione non discrepet. Et sint quidē primo pares posite quedā extremitates: inter quas has oēs medietates oporteat internectere. 10. ⁊. 40. Prius igitur arithmetica medietas aptet̄. Inter hos ergo si. 25. posuero erit mihi arithmetica proportio differentiarum quantitate īmutabiliter custodita. ī huiusmodi scilicet dispositōe. 10. 25. 40. Vides. n. vt quīdene sese summule quantitate trāscendāt. Oēsqꝫ proprietates quas supra diximus ī medietate arithmetica conuenire: ab hac hmōi dispositione non repies alienas. Nāqꝫ quēadmodum vnusquisqꝫ eorum termin⁹ ad seipsū est: quoniā sibi equalis est: ita sunt ad se inuicē differētie: qm̄ sibi sunt equales. ⁊ quanto maior termin⁹ mediū trāsit: tāto medi⁹ vincit mīorē. Et extremitatū aggregatio duplex est medietate. ⁊ minoꝝ terminorum proportio maior ē illa comparatiōe q̄ inter maiores

ter maiores terminos continetur. Et tanto minor est numerus qui fit ex multiplicatis extremitatibus ab eo qui fit ex multiplicata medietate: quantum eorum differentie multiplicate restituunt. Illud quoque quod medietas eadem sui parte et a maiore vincitur et minorem ipsam superuenit. non eadem autem parte minoris minorem transit: vel maioris a maiore relinquitur. que omnes scilicet proprietates non alterius nisi arithmetice medietatis sunt. Quod si superius dicta meminerit lector: ita esse indubitanter intelliget. rursus si inter eosdem. 10. et. 40. viginti constituam: statim geometrica medietas cum suis proprietatibus cunctis exoritur: arithmetica medietate pereunte. In hac enim dispositione. 10. 20. 40. quemadmodum est maior ad medium: sic medius ad extremum. Et quod continetur ab extremitatibus equum est ei quod a multiplici medietate completur. Differentie quoque eorum in eadem sunt proportione qua termini. Crementum vero et imminutio proportionum secundum terminos nulla est: sed maiorum terminorum proportio a minorum terminorum proportione non discrepat. Si vero armonicam medietatem coniungere velim. 16. mihi numerus inter extremitates vtrasque ponendus est vt sit hoc modo. 10. 16. 40. Nunc igitur licet in huiusmodi dispositione omnes armonicas proprietates agnoscere. qua enim maximus ad paruissimum terminus proportione coniugitur: eadem proportione differentie ad seinuicem comparantur. Et quibus partibus maioris a maiore medius vincitur: eisdem partibus minoris preterit minorem. Suis vero non eisdem vel a maiore vincitur. vel transit minorem. Et in maioribus terminis maior est proportio: in minoribus minor. Et si in vnum extremitates redigantur: et medietatis quantitate concrescant: duplus inde conficitur numerus ab eo qui ex solis multiplicatis extremitatibus procreatur. Atque hoc quidem in terminis paribus constitutum est. At vero si impares proponantur vt sunt 5. et. 45. aptatus medius. 25. arithmeticam proportionem medietatemque constituit. Nam si sint. 5. 25. 45. eadem sese numerorum quantitate termini transgredientur: et omnis superius dicta proprietas arithmetice medietatis in his terminis custoditur Sed si. 15. numerum medium ponam vt sint. 5. 15. 45. in geometricam medietatem termini relabuntur: equalibus terminorum ad se inuicem proportionibus custoditis. Nouem vero si inter vtrosque terminos ponam: vt sint 5. 9. 45. fit armonica medietas: in qua summa maximus numerus paruissimum precedit: eadem maior differentia minorem differentiam vincat. Qua vero disciplina huiusmodi medietates reperire possimus expediendum est. Datis duobus terminis: si arithmeticam medietatem constituere oportebit: vtraque est extremitas coniungenda quodque ex ea copulatione colligitur diuidendum. isque numerus qui ex diuisione redactus est arithmeticam medietatem inter extremitates locatus efficiet. vt. 10. et. 40. si iunxero: efficiunt 50. quos si diuidam. 25. redduntur. Hic erit medius terminus secundum arithmeticam proportionem. Vel si illum numerum quo maior minorem superat diuidas: eumque minori superponas: quodque inde concrescit medium ponas arithmetica medietas informatur. Nam. 40. denarium tricenario superat. quem si diuidas. 15. fiunt. hunc si minori idest denario superposueris. 20. et. 5. nascentur. quem si medium constituas arithmetice medietatis ordo formatur. Geometricam vero si ratione vestiges: eius numeri qui sub vtrisque extremitatibus continetur tetragonicum latus inquire: et hunc medium pone. Nam sub. 40: et denario numero. 400. continentur. Si enim denarium in. 40. multiplices: hic numerus crescit Horum igitur quadringentorum require tetragonicum latus. hi sunt. 20. Vicies enim. 20. 400. efficiuntur. Repertum ergo latus quadratum medium constitues. Vel si eam proportionem quam inter se dati termini custodiunt diuidas: et id quod relinquetur medium terminum ponas. Namque. 40. ad denarium quadruplus est. Igitur quadruplum si diuidas duplum facies: qui est scilicet. 20. Nam. 20. ad denarium duplus est. hunc si medium constituas: medietatem geometricam perferet Armonicam vero medietatem tali modo reperies. differentiam terminorum in minorem terminum multiplica et post iunge terminos. et iuxta eum qui inde confectus est committe illum numerum qui ex differentiis et termino minore productus est. Cuius cum latitudinem inueneris: addas eam minori termino: et quod inde colligitur medium terminum pones. 10. enim. et. 40. fiunt 50. Differentia autem inter. 10. et. 40. 30. sunt. quem si multiplicas in denarium: idest in minorem: decies. 30. oportet. 300. efficies. Quos. 300. iuxta eum committe qui ex iunctis vtrisque confectus est: idest iuxta. 50. facient. enim quiquagies senos et inuenitur latitudo senarius. Hunc igitur si minori termino addas faciet 16. et hic numerus medius constitutus inter. 10. et. 40. armonicam proportionem medietatemque seruabit.

¶ De tribus medietatibus que armonice et geometrice contrarie sunt.

Capitulum. li.

Hae quidem sunt apud antiquiores inuente probateque medietates. quas iccirco longius enodatiusque tractauimus: quod he maxime in antiquorum lectionibus inueniuntur: et ad omnem pene vim cognitionis eorum versatur vtilitas. Ceteras autem pretereundo transcurrimus: iccirco quod non multum nobis in lectionibus prosunt. sed tantum ad implendam denarii numeri quantitatem. Que ne lateant ne ve sint aliquibus ignorate depromimus. Videntur enim he supradictis medietatibus esse contrarie ex quibus originem trahunt Ex his enim etiam iste sunt constitute. Et autem quarta medietas que opposita videtur armonice: in qua tribus terminis positis: quemadmodum est maximus terminus ad paruissimum: sic differentia minorum ad differentiam maximorum. Vt sunt. 3. 5. 6. sex ad ternarium duplus. Et sunt minores. 5. et. 3. maximi vero huius dispositionis. 6. et. 5. Differentia vero minorum quinarii scilicet et ternarii. 2. sunt maiorum quinarii et senarii. 1. qui 2. ad vnum comparati duplum faciunt. Ergo quemadmodum est maximus terminus ad paruissimum sic minorum terminorum differentia est ad differentiam maximorum. Liquet autem oppositam et quodammodo contrariam esse hanc medietatem armonice medietati: iccirco: quod in illa quemadmodum est maximus terminus ad paruissimum: sic maiorum terminorum differentia ad differentiam minorum. Hic autem econtrario. Est autem proprium huius medietatis: quoniam quod continetur sub maximo termino et medio: duplum est eo quod continetur sub medio atque paruissimo. Sexies enim quinque. 30. sunt: quinquies vero tres. 15. Due vero alie medietates quinta scilicet et sexta geometrice medietati contrarie sunt: et eidem viden

tur opposite. Est autem quinta medietas: quotiens in tribus terminis quemadmodum est medius terminus ad minorem: terminum: ita eorum differẽtia ad differentiam medii atq; maioris. Nam in hac dispositione. 2.4.5. quaternarius ad binarium duplus ẽ. sed inter quaternarium ⁊ binarium duo sunt: inter quaternarium vero ⁊ maiorem terminum idest quinq;.1. ⁊ duo ad vnum dupli sunt. Contrarium autem geometrice medietati in hac proportione est: quod in illa quemadmodum maior terminus ad minorem esset: sic maiorum differentia ad differentiam minorum. hec vero contraria quemadmodum minores ad se termini sunt: sic minorum differentia terminorum ad maiorum differentiam comparatur. Est autem proprium in hac quoq; dispositione quod illud quod continetur sub maiore termino ⁊ medietate duplum est eo quod sub vtrisq; extremitatibus continetur. Nam quinquies quattuor sunt. 20. quinquies vero. 2. sunt. 10. ⁊. 20. denari duplus est. Sexta vero medietas est quando tribus terminis constitutis quemadmodum est maior terminus ad medium: sic minoru; terminorum differẽtia maximorũ. In dispositione enim que est. 1.4.6. maximus teminus ad medium sesqualter est. differentia vero minorum idest vnius ⁊.4. ternarius est: maiorum vero idest quaternarii ⁊ senarii binarius. Ternari⁹ autẽ binario comparatus sesqualteram habitudinem proportionis efficiet. Eodem autem modo hec quoq; medietas geometrice contraria est quemadmodum ⁊ quinta: propter proportionẽ differentiarum a minoribus ad maiores terminos conuersam.

De quatuor medietatibus quas posteri ad implẽdũ denarium limitem adiecerunt.

Capitulum.lii.



Et he quidem sunt sex medietates quarum tres a pythagora vsq; ad platonẽ aristotelemq; manserunt. Post vero qui insecuti sunt has tres alias de quibus supra disseruimus suis commentariis addidere. Sequens autem etas quemadmodum diximus ad iplendam denariam quãtitatẽ alias quatuor medietates apposuit. quas non adeo quis in veterum libris inueniat. Has igitur nos quam possumus breuissime disponamus. Prima enim que est earũ in ordine vero septima medietas hoc modo coniungitur: cum in tribus terminis quemadmodum est maximus termin⁹ ad vltimum: sic maximi ⁊ paruissimi termini differẽtia ad minorum differentiam terminorum. vt in hac dispositione. 6.8.9. Nouenarius igitur ad senarium sesqualter est. quorum est differentia ternarius. Minorum vo terminorum: idest octonarij ⁊ senarij binarius differentia est qui ad superiorem ternariũ comparatus facit sesqualteram proportionem. Secunda vero inter quatuor: sed octaua in ordine proportionalitas est: quotiens in tribus terminis quemadmodũ sunt extremitates ad se inuicem comparate: sic eorũ differentia ad maiorum terminorum differentiam. vt sunt. 6.7. Nouem igitur ad. 6. sesqualter est. ⁊ eorum differentia ternarius est qui comparatus contra maiorum differentiam: idest septenarij ⁊ nouenarij q binarius est: reddit sesqualteram proportionem. Tertia vero inter has sequentes quatuor. nona autem in ordine proportio est: quando tribus terminis positis quam proportionem medius termin⁹ ad paruissimũ custodit: eã retinet extremorum differentia ad minorum differentiam comparata. vt. 4.6.7. Etenĩ. 6. ad. 4. sesqualter est. quorum est differentia binarius. septenarij vero ⁊ quaternarij ternarius differentia ẽ quem si ad superiorem binarium comparemus sesquitera proportione coniungitur. Quarta vero que in ordine decima est consideratur in tribus terminis: cũ tali proportione medius termin⁹ ad paruissimum cõparatur: quali extremorum differentia contra maiorum terminorum differentiam proportione coniungitur. vt sunt tres quinq; octo. Quinarius enim medi⁹ terminus ad ternarium superbipartiẽs est. Extremorum vero differentia octonarii scilicet ⁊ ternarii quinarius. qui comparatus contra maiorum terminorũ differentiam scilicet quinarii ⁊ octonarii q est ternarius: ⁊ ipse quoq; superbipartiens inuenitur.

Dispositio decem medietatũ. Capitulũ.liii.

D Isponamus igitur cunctas medietates in ordinẽ: vt cuiusmodi omnes sint facillime possint intelligi.


Arithmetica	Prima	1	2	3
Geometrica	Secunda	1	2	4
Armonica	Tertia	3	4	6
contraria armonice	Quarta	3	5	6
contraria geome.	Quinta	2	4	5
contraria geome.	Sexta	1	4	6
inter.4.prima	Septima	6	8	9
inter.4.secunda	Octaua	6	7	9
inter.4.tertia	Nona	4	6	7
inter.4.quarta	Decima	3	5	8

De maxima ⁊ perfecta symphonia que tribus distẽditur interuallis. Capitulum.liiii.

Restat ergo de maxima pfectaq; armonia disserere. que tribus interuallis constituta magnam vĩ obtinet in musici modulaminis temperamentis: ⁊ in speculatione naturalium questionum. Etenim perfectius huiusmodi medietate nihil poterit iueniri: que trib⁹ interuallis producta perfectissimi corpis naturã substantiamq; sortita est. Hoc enim mõ cubũ quoq; trina dimẽsione crassatum: plenam armoniã esse monstrauimus. Hec autem hmõi inuenietur: si duobus terminis cõstitutis: qui ipsi trib⁹ creuerĩt interuallis longitudine: latitudie: ⁊ profunditate: duo hmõi termini medii fuerĩt constituti: ⁊ ipsi trib⁹ interuallis notati. qui vel ab equalibus per eq̃les equaliter sint producti: vel ab inequalibus ad inequalia eq̃liter: vel ab inequalibus ad eq̃lia eq̃liter vel quolibet alio mõ atq; ita cũ armonicam pportionẽ custodiant: alio tñ modo cõparati faciant arithmeticã medietatẽ: hisq; geometrica medietas que inter vtrasq; versat̃ deesse non possit. In quatuor enim terminis si fuerit quẽadmodũ prim⁹ ad tertiũ. sic secũdus ad quartũ: proportionũ ratione. s. custodita: geometrica medietas explicatur. Et qđ continet̃ sub extremitatib⁹ equum erit ei qđ sub vtraq; medietate ad seinuicẽ multiplicata conficitur. Rursus si maximus quatuor terminorũ numerus ad eum q sibi propinquus ẽ talẽ habeat differentiã qualẽ idẽ ipse maximo propinquus ad paruissimũ huiusmodi proportio in arithmetica consideratione proponitur. Et extremorũ coniunctio duplex erit propria medietate. Si vero inter quatuor q est tertius terminus equa parte quarti quartũ terminũ superet: ⁊ equa primi a primo superet̃: armonica huiusmodi pportio medietas pspicitur: Et quod continetur

tinetur sub extremorum aggregatione ⁊ multiplica-
tione medietatis duplex est eo quod sub vtraq; extre
mitate conficitur. Sit autem quoddam huius dispo-
sitionis exemplar hoc modo. 6.8.9.12. Has igitur
omnes solidas quãtitates esse non dubium est. Sex
enim nascuntur ex vno bis ter. 12. autem ex bis duo
ter. Horum autem medietates: octonarius fit semel
duo quater. Nouenarius vero semel tres ter. omnes
igitur termini cognati sibi: ⁊ tribus interuallorum di
mensionibus notati sunt. In his igitur geometrica
proportionalitas inuenitur: si. 12. ad. 8. vel. 9. ad sena
rium comparemus. Utraq; eniz comparatio sesqual
tera proportio est. ⁊ quod continetur sub extremitati
bus idem est ei quod fit ex medijs. Namq; quod fit
ex duodecies sex: equum est ei quod fit ex octies. 9.
Geometrica ergo proportio huiusmodi est. Arithme
tica autem est si duodenarius ad nouenarium: ⁊ no-
uenarius ad senarium cõparetur. In vtrisq; eñi ter-
narius differentia est ⁊ iuncte extremitates medieta
te duple sunt. Si enim iunxeris senarium ⁊ duodeciz
facies: 18. qui est nouenario medio termino duplus.
In his ergo geometricaz arithmeticam medietatez
perspeximus. Hic quoq; armonica medietas inuenit̃
si. 12. ad. 8. ⁊ rursus. 8. ad senarium comparem⁹. qua
enim parte senarij octonarius senariũ superat: idest
parte tertia: eadem duodenarij parte octonarius su-
peratur. Quatuor enim quib⁹ octonarius a duode-
nario vincitur: duodenarij tertia pars est. Et si extre
mitates iungas. 6. scilicet. ⁊. 12. easq; per octonariuz
medium multiplices. 144. sunt. Quod si se extremi-
tates multiplicent: sex scilicet ⁊. 12. faciẽt. 72. quo nu
mero. 144. duplus est. Inueniemus hic quoq; oẽs
musicas consonantias. Nãq;. 8. ad. 6. ⁊. 9. ad. 12. com
parati sesquitertiam proportionem reddunt: ⁊ simul
diatessaron consonantiam. Sex vero: ad. 9. vel. 8. ad
12. cõparati reddũt sesqualterã ꝓportionẽ. sed diapẽ
te symphoniam. Duodecim vero ad senarium consi-
derati duplicem proportionem: sed diapason sympho
niam canunt. Octo vero. ⁊. 9. ipsi contra se medij con
siderati epocdoum iungunt. qui in musico modulami
ne tonus vocatur. q̃ oĩum musicoꝝ sonoꝝ mẽsura cõ
munis ẽ. Oĩum. n. ẽ sonus iste paruissimus. Unde no
tũ est quod diatessaron ⁊ diapẽte cõsonantiaꝝ tonos
differentia est. sicut inter sesquitertiam ⁊ sesqualterã
proportionẽ sola est epocdous differentia. Eius autez
descriptionis subter exemplar adiecimus.

Proportionalitas geometrica.
Sesqualtere proportiones.




72

Extremorum mediorumq; multiplicationes

Proportionalitas arithmetica.


Differentie.
3 3



18
Extremitates iuncte ad nouenariuz mediũ duple sunt

Proportionalitas armonica.


Partes minoris maiorisq; terminorum.
2 4



144
Iuncte extremitates ⁊ per medium multiplicate.

Consonantie musice

Sesquitertia Sesquitertia
Epocdous
Diatessaron Diatessaron.



Dupla
Diapason
Finis Arithmetice.

¶Boetij de Musica liber primus. Proemium Musicam naturaliter nobis esse coniunctam: ⁊ mores vel honestare vel euertere.

Capitulum primum.



Omnium quidem perceptio sensuum ita sponte ac naturaliter quibusdam viuentibus adest: vt sine his animal non possit intelligi. Sed nõ eque eorundem cognitio: ac firma perceptio animi inuestigatiõe colligitur. Illaboratum ẽ enim: ꝙ sensum percipiendis sensibilibus rebus adhibemus. Que vero sit ipsoruꝫ sensuũ secundum quos agimus: natura: ⁊ que rerum sensibilium proprietas: id non obuium neqꝫ cuilibet explicabile esse potest: nisi quem conueniens inuestigatio veritatis contemplatione direxerit. Adest enim cunctis mortalibus visus: qui vtrum venientibus ad visum figuris: an ad sensibilia radijs emissis efficiatur: inter doctos: quidem dubitabile est: vulgum quoqꝫ ipsa dubitatio preterit. Rursus cum quis triangulum respicit vel quadratum: facile id quod oculis intuetur: agnoscit. Sed quenam trianguli vel quadrati sit natura: a mathematico necesse est petat. Idemqꝫ de ceteris sensibꝰ dici potest. maximeqꝫ de arbitrio auriũ quarum vis ita sonos captat: vt non modo de his iudicium capiat: differentiasqꝫ cognoscat: verum etiaꝫ delectetur sepius: si dulces coaptatiqꝫ modi sint. angatur vero: si dissipati atqꝫ incoherentes feriant sensum. Unde fit: vt cum sint quatuor matheseos discipline: cetere quidem ad inuestigationem veritatis laborent: Musica vero non modo speculationi: verum etiam moralitati coniuncta sit. Nihil est enim tam ꝓprium humanitatis: q̃ꝫ remitti dulcibus modis: astringiqꝫ contrariis. Idqꝫ non modo se se in singulis vel studijs vel etatibus tenet: verum per cuncta diffunditur studia: ⁊ infantes: ac iuuenes: necnõ etiam senes ita naturaliter affectu quodam spontaneo modis musicis adiunguntur: vt nulla oĩno sit etas: que a cantilene dulcis delectatione seiuncta sit. Hĩc etiam internosci potest: ꝙ non frustra a Platone dictum ẽ mundi animam musica conuenientia fuisse cõiunctã. Cum enim ex eo: quod in nobis est iunctũ conuenienterqꝫ coaptatum: illud excipimus ꝙ in sonis apte conuenienterqꝫ coniunctũ est: eoqꝫ delectamur. nos quoqꝫ ipsos eadem similitudine compactos esse cognoscimus. Amica est enim similitudo. Dissimilitudo vero odiosa atqꝫ contraria. Hinc etiam morum quoqꝫ maxime permutationes fiunt. Lasciuus quippe animꝰ vel ipse lasciuioribus delectatur modis: vel sepe eosdem audiens cito emollitur: ac frangitur. Rursus asperior mens vel incitatioribus gaudet. vel incitatioribus asperatur. Hinc est etiam ꝙ modi musici gentium vocabulo designati sunt: vt lidius modus. 2. phrygius. Quo enim quasi vnaqueqꝫ gens gaudet: eodem modus ipse vocabulo nuncupatur. Gaudet enim gens modis morum similitudine. Neqꝫ enim fieri potest: vt mollia duris: dura mollioribus adnectantur. aut gaudeant. Sed amorem delectationemqꝫ (vt dictum est) similitudo conciliat. Unde Plato etiam maxime cauenduꝫ existimat: ne bene morata musica aliqd permutetur. Negat enim esse vllam tantam morum in repu. labem: quam paulatim de pudenti ac modesta musica inuertere. Statim enim idem quoqꝫ audiẽtiuꝫ animos pati: paulatimqꝫ discedere nullumqꝫ honesti ac recti retiere vestigiũ: si vel ꝑ lasciuiores modos inuerecunduꝫ aliquid vel per asperiores ferox atqꝫ immane mentibus illabatur. Nulla enim magis ad animum disciplinis via: q̃ꝫ auribus patet. Cum ergo per eas. Rithmi modiqꝫ ad animum vsqꝫ descenderint: dubitari non potest: quin equo modo menteꝫ atqꝫ ipsa sunt efficiant: atqꝫ conforment. Id vero ⁊ itelligi in gentibus potest. Nam que asperiores sũt getarum: durioribus delectantur modis. Que vero mãsuete mediocribus. q̃ꝫq̃ꝫ id hoc tempore pene nullum est. Quod vero lasciuum ac molle est genus humanũ id totum scenicis ac theatralibus modis tenet. Fuit vero pudens ac modesta Musica: dum simpliciorbꝰ organis ageretur. Ubi vero varie permixteqꝫ tractata est: amisit grauitatis atqꝫ virtutis modum: ⁊ pene in turpitudinem prolapsa minimũ antiquam speciem seruat. Unde Plato precipit minime oportere pueros ad omnes modos erudiri: sed potius ad valentes ac simplices. Atqꝫ hic maxime illud retinenduꝫ est: ꝙ si quoquo modo per paruissimas mutationes hinc aliquid permutaretur: recens quidem minime sentiri: post vero magnam facere differentiam: ⁊ per aures ad animum vsqꝫ delabi. Iccirco magnam esse custodiam reipu. Plato arbitratur Musicam optime moratam: pudenterqꝫ coniunctam ita: vt sit modesta ac simplex: ⁊ mascula: nec effeminata: nec fera: nec varia. Quod lacedomõij maxĩa ope seruauere. dũ apd eos Taletas Cretensis gortinꝰ magno precio accitus pueros disciplina musice artis imbueret. Fuit enim id ãtiqs ĩ morẽ: diuqꝫ ꝑmãsit. Quoniam vo eis thimotheus Milesius suꝑ eas: quas ante repererat: vnũ addidit neruũ: ac multipliciorẽ Musicam fecit: exegere de laconica. Cõsultũqꝫ de eo factũ ẽ. Quod insigne ẽ spartiatarum lingua. S. litterã in. R. vertentium ipꝫ de eo consultũ eisdẽ verbis grecis apposui.

¶Quod consultum id scilicet cõtinet. Iccirco Thimotheo Milesio Spartiatas succensuisse: ꝙ multipliceꝫ Musicã reddens pueroruꝫ animis: quos accepat erudiendos: officeret: ⁊ a virtutis modestia prepediret. ⁊ ꝙ armoniã: quã modestã susceperat: in genus chromaticũ: qđ mollius est: ĩuertisset. Tãta igiẗ fuit apđ eos musice diligẽtia: vt eaꝫ aĩos quoqꝫ obtinere arbitrarentur. Uulgatũ qppe est: q̃ꝫ sepe iracũdias cantilena represserit: q̃ꝫ multa vel in corporũ: vel ĩ animorum affectionibus miranda perfecerit. Cui enim ẽ illud ignotũ: ꝙ pythagoras ebrium adolescẽtẽ tauromintanũ sub phrygii modi sono incitatũ spondeo succinente reddiderit mitiorem ⁊ sui compotem. Nã cũ

scortũ

scortum in riualis domo esset clausum: atqꝫ ille fures vellet domum amburere. cumqꝫ pythagoras stellarum cursus (vt ei mos nocturnus) inspiceret: vbi intellexit sono phrigij modi incitatum multis amicorũ admonitionibus a facinore noluisse desistere: mutari modum precepit atqꝫ ita furentis animum adolescentis ad statum mentis pacatissime temperauit. Quod scilicet. Mar. Tullius commemorat in eo libro: quem de consilijs suis composuit: aliter quidem: sed hoc modo. Sed vt aliqua similitudine adductus maximis minima conferam: vt cum vinolenti adolescentes tibiarum etiam cantu (vt fit) instincti mulieris pudice fores frangerent: admonuisse tibicinam vt spondeum caneret: Pythagoras dicitur. Quod cuꝫ illa fecisset tarditate modorum ⁊ grauitate canentis illorum furentem petulantiam consedasse. Sed vt similia breuiter exempla coquiram. Terpander: atqꝫ Arion Methimneus lesbios: atqꝫ iones grauissimis morbis cãtus eripuere presidio. hismenias vero Theban' boetiorum pluribus: quos sciatici doloris tormenta vexabant: modis cunctas fertur abstersisse molestias. Sꝫ etiam Empedocles cum eius hospitem quidam gladio furibundus inuaderet. qꝫ eius ille patrem accusatione damnasset: inflexisse modum dicitur canendi: itaqꝫ adolescentis iracundiam temperasse. In tantuꝫ vero prisce philosophie studijs vis musice artis innotuit: vt pythagorici cum diurnas in somno resoluerẽt curas. quibusdam cantilenis vterentur: vt eis lenis ⁊ quietus sopor irreperet. Itaqꝫ experrecti alijs quibusdam modis stuporem somni confusionemqꝫ purgabant. Id nimirum scientes: qꝫ tota nostre anime corporisqꝫ compago musica coniuncta sit. Nam vt sese corporis affectus habet: ita etiam pulsus cordis motibus incitantur. Quod scilicet Democritus Hypocrati medico tradidisse fertur: cum eum quasi insanum cunctis Democriti ciuibus id opinantibus ĩ custodia medendi causa viseret. Sed quorsum ista. Quia non dubitari: quin nostre anime ⁊ corporis status eisdem quodammodo proportionibus videatur esse compositus: quibus armonicas modulatiões posterior disputatio coniungi copularíqꝫ monstrabit. Inde est enim qꝫ infantes quoqꝫ Cantilena Dulcis oblectat. Aliquid vero asperum: atqꝫ immite ab audiẽdi voluptate suspendit. Nimirum id etiam omnis etas patitur: omnisqꝫ sexus. Que licꝫ sitis actibus distributa sint: vna tamen Musice delectatione coniuncta sunt. Quid enim fit: cum in fletibus luctus ipsos modulantur dolentes Quod maxime muliebre est: vt cum cantico quodam dulcior fiat causa flendi. Id vero etiam fuit antiquis in morem: vt cantus tibie luctibus preiret. Testis est Papinius Statius hoc versu. Cornu graue mugit adunco tibia: cui teneros suetum producere manes. ⁊ qui suauiter canere non potest: sibi tamen aliquid canit: non quod eum aliqua voluptate afficiat id quod canit: sed qꝫ quandam insitam dulcedinem ex animo proferentes quoquomodo proferant: dectectantur. Nonne etiam illud manifestum est: in bellum pugnãtium animos tubarum carmine accendi. Quod si verisimile est ab animi pacato statu quemqꝫ ad furoreꝫ atqꝫ iracundiam posse proferri. Non est dubium. qꝫ conturbate mentis iracundiam: vel nimiam cupiditatatem modestior modus possit astrĩgere. Quid qꝫ cũ aliquis cantilenam libentius auribus atqꝫ animo capit ad illud etiam non sponte conuertitur: vt motum quoqꝫ aliquem similem audite cantilene corpus effingat: ⁊ qꝫ omnino aliquod melos auditum sibi memor animus ipse decerpat. Ut ex his omnibus perspicue: nec dubitanter appareat ita quidem nobis musicam naturaliter esse coniunctam: vt ea ne si velimus quidem: carere possimus. Quocirca intendenda vis mẽtis est: vt id quod natura est insitum. Scientia quoqꝫ possit comprehensum teneri. Sicut enim in visu quoqꝫ non sufficit eruditis colores formasqꝫ conspicere: nisi etiam que sit horum proprietas: inuestigauerint. Sic non sufficit cantilenis musicis delectari: nisi etiaꝫ quali inter se coniuncte sint vocum proportiõe discat.

¶ Tres esse Musicas: in quo de vi Musice narratur. Capitulum. ij.



PRincipio igitur de Musica disserenti illud interim dicendum videtur: quot Musice genera ab eius studiosis comprehensa esse nouerimus. Sunt autem tria. Et prima qͥdem mundana est. Secunda vero humana. Tertia que in quibusdam constituta est instrumẽtis: vt in Cythara vel tibijs: ceterisqꝫ que cãtilene famulantur. Et primuꝫ ea que est mundana: in his maxime perspicienda est: que in ipso celo vel cõpage elementorum: vel temporum varietate visuntur. Qui enim fieri potest: vt tam velox celi machina tacito silẽtiqꝫ cursu moueatur. Et si ad nostras aures sonus ille non peruenit. Quod multis fieri de causis necesse est non poterit tamen motus tam velocissimus vti magnorum corporum nullos omnino sonos ciere: cum pͤsertim tanta sint stellarum cursus coaptatione coniũcti: vt nihil eque compaginatum: nihil ita commixtuꝫ intelligi possit. Namqꝫ alij excelsiores: alij inferiores feruntur: atqꝫ ita omnes equali incitatiõe voluuntur vt per dispares inequalitates ratus cursuum ordo ducatur. Unde non potest ab hac celesti vertigine ratus ordo modulationis absistere. Jam vero quatuor elementorum diuersitates contrariasqꝫ potentias: nisi qͥdam armonia coniungeret. qui fieri posset: vt in vnũ corpus ac machinam conuenirent. Sed hec omnis diuersitas ita ⁊ temporum varietatem parit ⁊ fructuũ vt tamen vnuꝫ anni corpus efficiat. Unde si quid horum: que tantam varietatem rebus ministrant: animo ⁊ cogitatione discerpas: cuncta pereant: nec (vt ita dicam) consonum quicqꝫ seruent. Et vt in grauibus cordis hic vocis modus est: vt non ad taciturnitatem grauitas vsqꝫ descendat: atqꝫ in acutis ille custoditur acuminis modus: ne nerui nimium tensi vocis tenuitate rumpantur: sed totum sibi sit consentaneũ atqꝫ conueniens. Ita etiam in mundi Musica peruidemus nihil ita esse nimium posse: vt alteruꝫ propria nimietate dissoluat. Uerum quicquid illud ẽ: aut suos affert fructus: aut alijs auxiliatur: vt afferant. Nam quod constringit hiems: ver laxat: torret estas maturat autumnus: temporaqꝫ vicissim vel ipsa suos afferunt fructus vel alijs vt afferant subministrant. De qb' posterius studiosius disputandũ est. Humanã vo musicã qsqꝫ in sese ipsum descendit: intelligit. Quid ẽ. n. qꝫ illam ĩcorporeã rõnis viuacitatem corpori misceat: nisi qͥdam coaptatio: ⁊ veluti grauium leuiumqꝫ vocũ qͥsi vnã cõsonantiam efficiens temperatio. Quid est autem aliud qꝫ ipsius inter se partes anĩe cõiũgat: que (vt Aristoteli placet) ex rationabili irrationabiliqꝫ coniuncta est. Quid vero qꝫ corporis elemẽta permisceat: aut partes sibimet rata coaptatione

contineat. Sed de hac quoqꝫ posterius dicam. Tertia est Musica que in quibusdam consistere dicitur instrumentis. Hec vero administratur aut intentione: vt neruis: aut spiritu vt tibijs: vel his que ad aquā mouentur aut percussione quadam vt in his: que in concaua quedam virga erea feriuntur: atqꝫ inde diuersi efficiuntur soni. De hac igitur instrumentorum Musica primum hoc opere disputandum videtur. Sed proemij satis est. Nunc de ipsis Musice elementis est differendum.

De vocibus ac de Musice elementis. Capitulum. iii.



Consonantia: que omnem musice modulationem regit: preter sonum fieri non potest. Sonus vero preter quendam pulsum percussionemqꝫ non redditur. Pulsus atqꝫ percussio nullo modo esse potest: nisi p̄cesserit motus. Si enim cuncta sint immobilia: non poterit alterum alteri concurrere: vt alterum impellatur ab altero. Sed cunctis stantibus motuqꝫ carentibus nullum fieri necesse sonum. Iccirco diffinitur sonus percussio aeris indissoluta vsqꝫ ad auditum. Motuum vero alij sunt velociores: alij tardiores: eorumdemqꝫ motuum alij sunt rariores: alij spissiores Nam si quis in continuum motum respiciat: ibi aut velocitatem aut tarditatem necesse est comprehendat. Sin vero quis moueat manū: aut frequenti eā mouebit motu: aut raro. Et si tardus quidem fuerit ac rarior motus: graues necesse est sonos effici ipsa tarditate: ⁊ raritate pellendi. Sin vero sint motus celeres ac spissi: acutos necesse est reddi sonos. Iccirco enim idem neruus si intendatur amplius: acutum sonat. Si remittatur graue. Quando enim tensior est: velociorem pulsum reddit: celeriusqꝫ reuertitur: ⁊ frequentius ac spissius aerem ferit. Qui vero laxior est solutos ac tardos pulsus effert: rarusqꝫ imbecillitate feriendi nec diutius tremit. Neqꝫ enim quotiens pellitur corda: vnus edi tantum putandus est sonus: aut vnam in his esse percussionem: sed totiens aer ferit: quotiens eum corda tremebunda percusserit. Sed quoniam iuncte sunt velocitates sonorum: nulla intercapedo auribus sentitur. Et vnus sonus sensum pellit vel grauis: vel acutus: quamuis vterqꝫ ex pluribus constet: grauis quidem ex tardioribus ⁊ rarioribus: acutus vero ex celeribus ac spissis. veluti si conū: quē turbonem vocant: quis diligenter exornet: eiqꝫ vnā virgulā coloris rubri vel alterius ducat: ⁊ eū qua potest celeritate conuertat: tunc totus conus rubro colore videtur infectus. Non quo totꝰ ita sit. Sed q̄ partes puras rubre virge velocitas comprehendat: ⁊ apparere non sinat. Sed de his posterius. Igitur quoniam acute voces spissioribus ⁊ velocioribus motibꝰ incitantur. Graues vero tardioribus ac raris. Liquet additione motuum ex grauitate acumen intendi. detractione vero motuum laxari ex acumine grauitatem. ex pluribus enim motibus acumen q̄ꝫ grauitas constat. In quibus autem pluralitas differentiam facit. eam necesse est in quadam numerositate consistere. omnis vero paucitas ad pluralitatem ita sese habet: vt numerus ad numerum comparatꝰ. Eorum vero que secundum numerum conferuntur: partim sibi sunt equalia: partim inequalia. Quocirca soni quoqꝫ partim sunt equales: partim vero sunt ineq̄litate distantes. Sed in his vocibꝰ. que nulla inequalitate discordant: nulla omnino consonantia est. ⁊ enī consonantia est dissimilium inter se vocum in vnum redacta concordia.

De speciebus inequalitatis. Capitulum. iiii.



Que vero sunt inequalia: quinqꝫ inter se modis inequalitatis momēta custodiunt. Aut enim alterum ab altero multiplicitate transcendit̄ aut singulis partibus: aut pluribus: aut multiplicitate ⁊ parte: aut multiplicitate ⁊ partibus. Et primum quidem inequalitatis genus multiplex appellatur. Est vero multiplex: vbi maior numerus minorem numerum habet in se totum vel bis: vel ter. vel quater: ac deinceps: nihilqꝫ deest: nihil exuberat: appellaturqꝫ vel duplum vel triplum vel quadruplum. atqꝫ ad hunc ordinem in infinita progreditur. Secundum vero inequalitatis genus est: quod appellatur superparticulare: idest cum maior numerus minorem numerum habet in se totū ⁊ vnam eius aliquam partem: eamqꝫ vel dimidiam: vt tres duorum: ⁊ vocatur sesqualtera proportio: vel tertiam: vt quatuor ad tres: ⁊ vocatur sesquitertia. Adhunc etiam modum in posterioribus numeris p̄s aliqua a maioribus super minores numeros continetur. Tertium vero genus inequalitatis est: quotiens maior numerus totum intra se minorem continet: ⁊ eius aliquantas insuper partes. ⁊ si duas quidem supra continet. vocabitur proportio superbipartiens: vt est quinqꝫ ad tres. Sin vero tres super se continet vocabitur supertripartiens: vt sunt septem ad quatuor. Et in ceteris quidem eadem similitudo esse potest. Quartum vero inequalitatis est genus: quod ex multiplici: ⁊ superparticulari coniūgitur: cum scꝫ maior numerus hꝫ in se minorem numerum vel bis: vel ter: vel quotienslibet atqꝫ eius vnam partem aliquā Et si eum bis habet: ⁊ eius dimidiā partē: vocabitur duplex sesq̄lter: vt sunt quīqꝫ ad duo. Sin v̄o bis minor ꝯtinebit̄: ⁊ eius tertia pars: vocabit̄ duplex sesquitertiꝰ: vt sūt septē ad tres. Sin vero tertio ꝯtinebitur: ⁊ eius dimida pars: vocabitur triplex sesqualter: vt sunt septem ad duo. Atqꝫ ad eundem modum in ceteris ⁊ multiplicitatis: ⁊ superparticularitatis vocabula variantur. Quintum est genus inequalitatis: quod appellatur multiplex superpartiens: quando maior numerus minorem numerum habet in se totum plusq̄ꝫ semel: ⁊ eius plusq̄ꝫ vnam aliquam partem. Et si bis maior numerus minorem numerum cōtinebit: duasqꝫ eius insuper partes: vocabitur duplex superbipartiēs: vt sunt tres ad octo. ⁊ rursus triplex superbipartiens: vt sunt tres ad vndecim. Ac de his iccirco nunc strictim ac breuiter explicamus: quoniam in libris: quos de Arithmetica institutione conscripsimus: diligentius enodauimus.

Que inequalitatis species consonantijs aptentur. Capitulum. v.



Ex his igitur inequalitatis generibꝰ postrema duo quoniam ex superioribꝰ mixta sūt relinquamus. De tribus vero prioribus speculatio facienda est. Optinere igitur maiorē ad consonantias potestatē videtur mutiplex: consequenter autē superparticularis. Superpartiens vero ab armonie concinentia separatur: vt quibusdam preter Ptolomeum videtur.

¶ Cur multiplicitas: et superparticularitas consonātijs deputentur.

Capitulum. vi.


Ea namqꝫ probantur comparationi consentanea que sunt natura simplicia Et quoniā grauitas et acumen in quantitate consistūt ea maxime videbuntur seruare naturam concinentie que discrete proprietatem quātitatis poterunt custodire. Nam cum sit alia quidem discreta quantitas: alia vero continua: ea que discreta est. in minimo quidem finita est: sed in infinitum per maiora procedit. Namqꝫ in ea minima vnitas ea demqꝫ finita est. In infinitum vero modus pluralitatis augetur: vt numerus qui cum a finita incipiat vnitate: crescendi non habet finē. Rursus que est continua: tota quidem finita est: sed per infinita minuitur Linea enim que continua est: infinita semper partitione diuiditur. Cum sit eius summa vel pedalis vel quecunqꝫ alia definita mensura. Quocirca numerus semper in infinita crescit: continua vero quantitas in infinita minuitur. Multiplicitas igitur quoniam crescendi finem non habet: numeri maxime seruat naturam Superparticularitas autem: quoniam in infinitum minorem minuit proprietatem seruat continue quantitatis. Minuit autem minorem: cum semper eum cōtinet. et eius vel dimidiam partem: vel tertiam: vel q̄rtam. vel quintam. Nam semper pars a maiore numero denominata ipsa decrescit. Nam cum tertia a tribus denominata sit: quarta vero a quatuor: cum quatuor tres superent: quarta potius q̄ tertia minutior inuenitur. Superpartiens vero iam quodāmodo a simplicitate discedit. Duas enim vel tres vel quatuor habet insuper partes: et a simplicitate discedens exuberat ad quandam partium pluralitatē. Rursus multiplicitas omnis in integritate se continet. Nam duplum bis habet totum minorem. Triplum item tertio continet totum minorem: atqꝫ ad eundem modum cetera. Superparticularitas vero nihil integrum seruat: sed vel dimidio superat: vel tertia: vel quarta: vel quinta. Sed tamen diuisionem singulis ac simplicibus partibus operatur. Superpartiens autem inequalitas nec seruat integrum: nec singulis adimit partes. Atqꝫ ideo secundum. Pythagoricos minime musicis consonātijs adhibetur. Ptolomeus tamen etiā hāc ꝓportionē īter consonātias ponit: vt posteri9 ostēdā.

¶ Que proportiones quibus consonātijs musicis aptētur. Capitulum. vii.


Illud tamen esse cognitum debet: quod omnes musice consonantie aut in dupliciꝫ aut in tripliciꝫ aut ī quadrupla: aut ī sesqualtera: aut in sesquitertia proportione cōsistant. Et vocabitur quidem que in numeris sesquitertia est: diatessaron. Que in numeris sesqualtera: Diapente appellatur in vocibus. Que in proportionibus dupla est: diapason in consonantijs. Tripla vero diapente: ac diapason. Quadrupla autem bisdiapason. Et nunc quidem vniuersaliter: atqꝫ indiscrete dictum sit. Posterius vero omnis ratio proportionū lucebit

¶ Quid sit sonus: quid interuallum: quid concinentia. Capitulum. viij.


Sonus igitur est vocis casus emmeles idest aptus melo in vnam intensionem. Sonum vero non generalem nunc volumus diffinire. Sed eum qui grece dicitur phthongus dictus a similitudine loquēdi φθέγγεσθαι. Interuallum vero est soni acuti grauisqꝫ distātia. Consonantia est acuti soni grauisqꝫ mixtura suauiter vniformiterqꝫ auribus accidens. Dissonātia vero est duorum sonorum sibimet permixtorum ad aurem veniens aspera: atqꝫ iniocunda percussio. Nam dum sibimet misceri: nolunt: et quodammodo īteger vterqꝫ nititur peruenire: cumqꝫ alter alteri officit: ad sensum vterqꝫ insuauiter transmittitur.


¶ Non omne iudicium dandum esse sensibus: sed amplius rationi esse credendum: in quo de sensuum fallacia. Capi. ix.

Sed de his ita proponimus: vt nō omne iudicium sensibus demus: quāquā a sensu aurium huiusce arti sumatur omne principiū Nam si nullus esset auditus: nulla omnino disputatio de vocibus extitisset. Sed principium quodammodo: et quasi admonitionis vicem tenet audit9 Postrema vero perfectio: agnitionisqꝫ vis in ratione consistit: que certis regulis sese tenens nullo vnq̄ errore prolabitur. Nam quid diutius dicendum est de errore sensuum: quando nec omnibus eadem sentiendi vis: nec eidem homini semper equalis est. Frustra autem vario iudicio quisq̄ committet: quod veraciter affectat inquirere. Iccirco Pythagorici medio quodam feruntur itinere. Nam nec omne iudiciū dedunt auribus: et quedam tamen ab eis nō nisi aurib9 explorantur. Ipsas et enī consonātias aure metiūtur. Quibus vero inter se distantijs consonantie differāt id iam non auribus: quarum sunt obtusa iudicia: sed regulis rationiqꝫ permittunt: vt quasi obediens quidam. famulusqꝫ sit sensus. Iudex vero atqꝫ imperās ratio. Nam licet omniū pene artium atqꝫ ipsius vite momenta sensuum occasione producta sint: nullum tamen in his iudicium certum: nulla: veri comprehensio: si arbitrium rationis abscedat. Ipse enim sensus eque maximis minimisqꝫ corrumpitur. Nam neqꝫ minima sentire propter ipsorum sensibilium paruitatem potest: et maioribus sepe confunditur. Ut in vocibus que si minime sint: difficilius captat audit9: si sint maxime: ipsius sonitus intentione surdescit.

¶ Quemadmodum Pythagoras proportiones consonantiarum inuestigauerit Capitulum. x.


Hec igitur maxime causa fuit: cur relicto aurium iudicio. Pythagoras ad regularum momenta migrauerit: qui nullis humanis auribus credens: que partim natura: partim etiam extrinsecus accidentibus permutantur: partim ipsis variantur etatibus: nullis etiam deditus instrumentis: penes que sepe multa varietas atqꝫ inconstantia nasceretur: dum nunc quidem si neruos velis aspicere: vel aer humidior pulsus obtunderet vel siccior excicaret: vel magnitudo corde grauiorem redderet sonum: vel acumen subtilior tenuaret: vel alio quodammodo statum prioris constantie mutaret: et cum idem esset in ceteris īstrumētis: oīa hec inconsulta mīmeqꝫ estimans fidei diu estuans ingrebat: qua nam rōne firmiter et constanter consonantiarū momēta ꝑdisceret. Cū īterea diuino quodā nutu ꝓteriēs fabroꝝ officinas pulsos malleos exaudiuit ex diuersis sonis vnam quodāmodo concinentiā personare. Ita igitur ad id quod diu inquirebat. attonitus accessit ad op9. Diuqꝫ considerans arbitratus est diuersitatē sonoꝝ ferientiū vires efficere. Atqꝫ vt id apertius colliqueret: mutarent inter se malleos impe

rauit. Sed sonorum proprietas non in hominum lacertis herebat: sed mutatos malleos comitabat. Ubi igitur id animaduertit: malleorum pondus examinat Et cum quinqꝫ essent forte mallei: dupli reperti sunt pondere: qui sibi secundum diapason consonantiam respondebant. Eundem etiam qui duplus esset alio sesquitertium alterius comprehendit ad quem scilicꝫ diatessaron sonabat. Ad alium vero quendam: qui eidem diapente consonantia iungebatur. eundem superioris duplum reperit esse sesqualterum. Duo vero hi: ad quos superior duplex sesquitertius ⁊ sesqualter esse probatus est. ad se inuicem sesquioctauaꝫ proportionem perpensi sunt custodire. Quintus vero est reiectus: qui cunctis erat inconsonans. Cum igitur ante Pythagoram consonantie musice partim diapason: partim diapente: partim diatessaron: que est consonantia minima: vocarentur. Primus Pythagoras hoc modo reperit: qua proportione sibimet hec sonorum corda iungeretur. Et vt sit clarius. quod dictum est. Sint verbi gratia malleorum quattuor pondera que subter scriptis numeris contineantur. 12. 9. 8. 6 Hi igitur mallei: qui. 12. ⁊. 6. ponderibus vergebāt: diapason in duplo concinentiam personabant. Malleus vero. 12. ponderum ad malleum. 9. Et malleus. 8. ponderum ad malleum. 6. ponderum secundū epitritam proportionem diatessaron consonantia iungebatur. Nouem vero ponderum ad. 6. ⁊. 12. ad. 8. diapente consonantiam permiscebant. Nouem vero ad 8. in sesquioctaua proportione resonabant tonum.



¶ Quibus modis varie a Pythagora proportiones consonantiarum perpense sint.

Capitulum. xi.

Hinc igitur domuꝫ reuersus varia examinatione perpendit. an in his proportionibus ratio symphoniarum tota consisteret. Nunc quidem equa pondera neruis aptans. Eorumqꝫ consonantias aure diiudicans. Nūc vero in longitudine calamorum duplicitatem medietatemqꝫ restituens: ceterasqꝫ proportiones aptans integerrimam fidem diuersa experientia capiebat. Sepe ⁊ pro mensurarum modo cyathos equoruꝫ ponderum acetabulis immitens. Sepe ipsa quoqꝫ acetabula diuersis formata ponderibus virga erea ferreaue percutiens nihil esse diuersum inuenisse letatus est. Hic etiam ductus longitudinem crassitudinemqꝫ cordarum vt examinaret aggressus est. Itaqꝫ inuenit regulam: de qua posterius loquemur: que ex re vocabulum sumpsit: non ꝙ regula sit linea: per quam magnitudines cordarum sonumqꝫ metitur: sed ꝙ regula quedam sit huiusmodi inspectio fixa firmaqꝫ: vt nullum inquirentem dubio fallat iudicio.

¶ De diuisione vocū: earumqꝫ explanatione.

Capitulum. xii.

Sed de his hactenus. Nunc vocum differētias colligamus. Omnis eniꝫ vox aut synechés est: que continua: aut diastematice que dicitur cum interuallo suspensa. ⁊ continua quidem est. qua loquentes: vel prosam orationem legentes verba percurrimus. Festinat enī tūc vox non herere in acutis ⁊ grauibus sonis: sedqꝫ velocissime verba percurrere expediendisqꝫ sensibus: exprimendisqꝫ sermonibus continue vocis impet⁹ opātur. Diastematice autem est ea: quam canendo suspēdimus: in qua non potius sermōibus: sed modulis inseruimus. Estqꝫ vox ipsa tardior: ⁊ per modulandas varietates quoddam faciens interuallum: nō taciturnitatis: sed suspense ac tarde potius cantilene. His (vt albinus autumat) additur tertia differentia: que medias voces possit includere: cum scꝫ heroum poemata legimus: neqꝫ continuo cursu: vt prosam: neqꝫ suspenso segniorīqꝫ modo vocis: vt canticum:

¶ Quod infinitatem vocum humana natura finierit.

Sed que continua vox est: ⁊ ea rursus qua decurrimus cantilenam: naturaliter quidem infinite sunt. Consideratione enim accepta nullus modus vel euoluendis sermonibus fit: vel acuminibus attollendis: grauitatibusqꝫ laxandis. Sed vtrisqꝫ natura humana fecit ꝓprium finem. Continue enim voci terminum humanus spiritus fecit: vltra quem nulla ratione valet excedere. tātū enim vnusqꝫ loquitur continue: quantum naturalis spiritus sinat. Rursus diastematice voci natura hominum terminum facit que acutam eorum vocem grauemqꝫ determinat. Tm̄ eniꝫ vnusquisqꝫ vel acumen valet extollere: vel deprimere grauitatem: quantū vocis eius naturaliter patit̄ mod⁹.

¶ Quis modus sit audiendi.

Capitulum. xiiii.

Nunc quis modus audiendi sit: disseramus Tale enim quiddam fieri consueuit in vocibus: quale cū paludibus vel quietis aqs iactum eminus mergitur saxuꝫ. Prius. n. in paruissimum orbem vndam colligit. deinde maioribus orbibus vndarum globos spargit atqꝫ eo vsqꝫ. dum fatigatus motus ab eliciendis fluctibus conquiescat. Semperqꝫ posterior. ⁊ maior vndula pulsu debiliore diffunditur. ꝙ si quid sit: quod crescentes vndas possit offendere: statim ille motus reuertitur: ⁊ quasi ad centrum. vnde profectus fuerat: eisdem vndulis rotundatur. Ita igitur cum aer pulsus fecerit sonum: pellit alium proximum: ⁊ quodam modo rotundum fluctum aeris ciet. Itaqꝫ diffundit̄ ⁊ omnium circunstantium simul ferit auditum. atqꝫ illi est obscurior vox: qui longius steterit quoniaꝫ ad eum debilior pulsi aeris vnda peruenit.


¶ De


De ordine theorematum. i. speculationum.
Capitulum. xv.


b His igitur ita ppositis dicendum videtur: quot generibus oĩs cantilena texatur: de quib' armonice inductiõis disciplĩa ɔsiderat. Sunt aũt hec Diatonicum: Cromaticũ enarmonicũ. De qbus ita demũ explicãdũ ẽ: si pri' de tetracordis disseram' & quẽadmodum auctus neruorum numer' ad id quo nunc pluralitas est: vsqȝ peruenerit. Id autem fiet. Si prius commemoremus: quibus proportiõib' symphonie musice misceantur.


De consonantijs proportionum: & tono: & semitonio
Capitulum. xvi.


Diapason consonantia est: que fit ĩ duplo vt hec est. 1. 2. Diapente vo que constat bis numeris. 2. 3. Diatessaron vero est: que ĩ hac proportione consistit. 3. 4. Tonus vero sesquioctaua proportione concluditur. Sed ĩ hoc nõdũ cõsonantia: vt. 8. 9. Diapason vero & diapente tripla comparatione colligitur hoc modo. 2. 4. 6. Bisdiapason quadrupla collatiõe perficitur. 2. 4. 8. Diatessaron vero ac diapente vnuȝ perficiunt diapason hoc modo. 2. 3. 4.

















¶ Nam si vox voci duplo sit acuta vel grauis: diapasō consonantia fiet. Si vox voci sesqualtera proportiōe sit vel sesquitertia: vel sesquioctaua acutior grauiorqȝ Diapente: vel diatessaron: vel tonum consonantiam reddet. Item si diapason. vt. 2. ꝛ. 4. ꝛ diapēte: vt. 4. ꝛ. 6. coniungantur: triplam: que est diapason ꝛ diapēte: efficiant simphoniam. ꝙ si bis diapason fiant: vt duo ad quatuor: ꝛ quatuor ad octo: quadrupla fiet cōsonantia: que est bisdiapason. ꝙ si sesqualtera: ꝛ sesqtertia. i. diapente: ꝛ diatessaron: vt duo ad tres: ꝛ tres ad quattuor coniungantur: Dupla. i. diapason nimirȝ nascitur concinentia. Quatuor enī ad tres sesquitertiam optinent proportionem. Tres vero ad binariū sesqualtera collatione iunguntur. ꝛ idem quaternarius ad binarium appositis dupla ei comparatione copulatur. Sed sesquitertia diatessaron. Sesqualtera proportio diapente consonantiam creat. Dupla vero diapason efficit symphoniam. Diatessaron igitur ac diapente vnam diapason concinentiam iungunt. Rursus tonus in equa diuidi non potest. cur autem: posterius liquebit. Nunc hoc tantum nosse sufficiat. ꝙ nūqȝ tonus in gemina equa diuiditur. Atqȝ vt id facillime comprobetur. Sit sesquioctaua proportio. 8. 9. Horum nullus naturaliter medius numerus incidet. Hos igitur binario multiplicemus: fiuntqȝ bis. 8. 16. bis. 9. 18. inter. 16. autem. ꝛ. 18. vnus numerꝰ naturaliter incidit qui est scilicet. 17. Qui disponantur in ordinem. 16. 17. 18. Igitur. 16 ac. 18. collati sesquioctauam retinent ꝓportionem: atqȝ iccirco tonum. Sed hanc proportionē. 17. numerus medius non in equalia partitur. Comparatus enim ad. 16. habet in se totum. 16. ꝛ eius sextamdecimam partem scilicet vnitatem. Si vero ad eum idest. 17. tertius idest. 18. numerus comparetur: habet eum totum: ꝛ eius decimam septimam partem. Non igitur iisdem partibus ꝛ minorem superat: ꝛ a maiore superatur. Est enim minor pars septia decima: maior sextadecima. Sed vtraqȝ semitonia nuncupātur. Non ꝙ omnino semitonia ex equo sint media: sed quod semum dici solet: quod ad integritatem vsqȝ non peruenit. Sed inter hec vnū maius semitonium nuncupatur. aliud minus.


¶ In quibus primis numeris semitonium constet. Capitulum. xvii.


Quod vero sit integrum semitonium: aut quibus primis numeris constet: nunc euidentius explicabo. Id enim quod de diuisione toni dictum est: non ad hoc pertinet: vt semitoniorum modos voluerimus ostendere Sed ad id potius ꝙ tonum in gemīa equa diceremꝰ non posse disiungi. Diatessaron: que est consonantia: vocum quidem est quatuor: interuallorum trium. Cōstat autem ex duobus tonis: ꝛ non integro semitonio Sit enim subiecta descriptio. 162. 216. 243. 256. Si igitur. 192. numerus. 256. comparetur: sesquitertia proportio fiet: ac diatessaron cōcinentiam resonabit. Sed si. 216. ad. 192. comparemus: sesquioctaua ꝓportio est. est enim eorum differentia. 24. que ē octaua pars de. 192. est igit̄ tonus. Rursus si. 243. ad. 216. cōparetur: erit altera sesquioctaua proportio. Nam eorum differentia. 27. pars. 216. probatur octaua. restat comparatio. 256. ad. 243. Quorum differentia ē 13. Qui octies facti medietatem. 243. non videntur īplere. Nō ē igitur semitoniū: sed minus a semitonio tunc enim integrum esse semitonium iure putaretur Si eorꝫ differentia: que est. 13. facta octies medietatē 243. numerorum potuisset equare. Estqȝ verum semitonium minus. 243. ad. 236. comparatio.



¶ Diatessaron a diapente tono distare. cap. xviii

Rursus diapente consonantia vocū quidē est quinqȝ interuallorum quatuor: triū tonorum: ꝛ minore semitonio. Ponatur idē numerus. 192. ꝛ eius sesqualter sumatur: qui ad eum diapente faciat consonantiā. Sit igitur numerus. 288. Igitur horum ꝛ superius deprehensorū. 192. ponāt̄ ī medio nūeri hi. 216. 243. 256. ꝛ sit hō mō formata descriptio. 192. 216. 243. 256 288.



¶ In superiore igitur descriptione. 192. ꝛ. 256. duos tonos ꝛ semitonium continere monstrati sūt. Restat igitur comparatio. 256. ad. 288. que est sesquioctaua idest

idest tonus eorumque differentia est. 32. que est octaua pars. 256. Itaque monstrata est diapente consonantia ex tribus tonis semitonioque constare. Sed dubium diatessaron consonantia a centum nonaginta duob⁹ numeris usque ad. 256. venerat. Nunc vero diapēte ab eisdem. 192. numeris usque ad. 288. distenditur. Superatur igitur diatessaron consonantia ad diapente ea proportione. que iter. 256. et. 288. numeros continetur. At est hic tonus. diatessaron igitur symphonia a dyapente tono transcenditur

¶ Diapason quinque tonis: et duobus semitonijs iungi. Capitulum. xix.




Diapason consonantia constat ex quinque tonis: et duobus semitonijs: que tamen vnum non impleant tonum. Quoniam enim mōstratum est diapason ex diapente et diatessaron consistere: diatessaron vero probata est ex duobus tonis et semitonio constare: diapente ex tribus tonis ac semitonio: simul iuncta efficiunt quinque tonos. Sed quoniam illa duo semitonia non erāt integre medietatis: eorum coniunctio ad plenum usque non peruenit. Sed medietatem quidem superat: ab integritate relinquitur. Estque diapason secundum hāc rationem ex quinque tonis et semitonijs duobus. Que sicut ad integrum tonum non aspirat: ita vltra integrum semitonium prodeunt. Sed que horum sit ratio: vel quemadmodum ipse consonantie musice reperiantur: postea liquidius explanabitur. Interea presēti disputationi sub mediocri intelligentia credulitatis adhibenda est. tunc vero firma omnis fides sumenda est: cum propria vnumquodque demonstratiōe claruerit. His igitur ita dispositis paulisper de citharе neruis: ac de eorum nominibus: quoque modo sunt additi differamus. Queque eorum causa sit nominum. his enim primum ad noticiam venieñtibus facile erit sciētia que sequuntur: amplecti.


¶ De additione cordarum: earumque nominibus. Capitulum. xx.




Simplicem fuisse principio musicam refert nichomach⁹ adeo: vt quatuor neruis tota constaret. Idque usque ad orpheum durauit: vt primus quidem neru⁹ et quartus diapasson consonantiam resonarent. Medij vero ad se inuicem atque ad extremos diapiente ac diatessaron: ac tonum. Nil vero in eis esset inconsonum. Ad imitationem scilicet Musice mundane: que ex quatuor constat elemētis. Cuius quadricordi Mercurius dicitur inuentor. Quintam vero cordam post chorebus athis fili⁹ adiūxit: qui fuit Lydorum rex. Hyagnis vero phrix sextū his apposuit neruum. Sed septimus neruus a terpādro lesbio adiunctus est secundum scilicet planetarum similitudinem. Inque his que grauissima quidem erat vocata est hypate quasi maior atque honorabilior. Unde Jouem etiam hypaton vocant. Consulem eodem quoque nuncupant nomine propter excellentiam dignitatis. Eaque saturno est attributa propter tarditatem motus: et grauitatem soni. Parhypate vero secunda quasi iuxta hypaten posita et collocata. Lichanos tertia iccirco: quoniam lichanos digitus dicitur: quem nos indicem vocamus. Grecus a lingendo lichanon appellat. Et quoniam in canendo ad eam cordam: que erat tertia ab hypate: index digitus: qui est lichanos inueniebatur: iccirco ipsa quoque lichanos appellata ē Quarta dicitur mese: quoniam inter septem semper est media. Quinta est paramese quasi iuxta mediam collocata. Septima autē dicit̄ nete: quasi neate idest inferior. Inter quam netem: et paramesen est sexta: q̄ vocatur parenete: quasi iuxta netem locata. Paramese vero quoniam tertia est a nete: eodem quoque vocabulo trite nuncupatur: vt sit descriptio hec.



¶ His octauam Samius Lichaon adiunxit: atque inter paramesen: que ēt trite dicitur: et paraneten neruum medium coaptauit: vt ipse tertius esset a nete. Et paramese quidem vocata est solum: que post mediā collocabat̄ trites vero nomē perdidit: posteaque inter eā atque paranetem tertius a nete locatus est neruus: qui digne trites nomē exciperet: vt sit octocordū secundū Lichaonis additionem hoc modo.




¶ In superioribus igitur duabus dispositionibus eptacordi: ⁊ octocordi. eptacordū qdē dr̄ synemenō: quod ē cōiūctū. Octocordū vero diezeugmenon quod est disiunctum. In eptacordo enim est vnum tetracordū hypate: parhypate: Lichanos: Mese. Aliud vero mese. paramese. Paranete. Nete: Dum mesen neruum secundo numeramus. Atq3 ideo duo tetracorda p̄ mesen coiūguntur. In octocordo vero qm̄ octo sunt corde: superiores quatuor idest hypate: Parhypate: Lichanos: Mese: vnū tetracordū explent. Ab hoc vero disiunctum atq3 integrum inchoat a paramese. progrediturq3 per triten: ⁊ paraneten ⁊ finitum ad neten. ⁊ est disiunctio: que vocatur diezeusis. Tonusq3 est distantia Meses: ⁊ Parameses. Hic igitur mea tantum quidem nomen obtinuit: Non enī est medis positione. qr̄ in octocordo due quidez semper media reperiuntur. Sed vna media nō potest īueniri. Prophrastus autem periotes ad grauiorem partem vnā addidit cordam: vt faceret totum enneacorduz. Que quoniam super hypaten est addita. hyperhypate est nuncupata. Que prius quidem dum nouem cordarū tantum esset cithara hyperhypate vocabatur. Nunc autem lichanos hypaton dicitur alijs superadditis. In quo ordine. atq3 instructione: quoniam ad indicē digitum venit. Lichanos appellata est. Sed hoc posterius apparebit. Nūc vō Enneacordi ordo sic se hz




¶ Estiachus colophonius decimam in grauiorem ptē coaptauit cordam. Thimotheus vero Milesius vndecimam. Que quoniam super hypaten. atq3 parhypaten sunt addite: hypate quidem hypaton vocate sunt quasi maxime magnarum: ⁊ grauissime grauiuz: aut excellentes excellentium. Sed vocata est prima inter vndecim hypate hypaton. Secunda vero parhypate hypaton: quoniam iuxta hypaten hypaton collocata est. Tertia que dudum in enneacordo hyphypate vocabatur. Lichanos hypaton est nuncupata. Quarta vero hypate antiquum tenuit nomē. Quinta parhypate. Sexta lichanos antiquum. s. hn̄s vocabulum. Septia mese. Octaua paramese. Nona trite. Decia paranete. Undecima nete. Est igitur vnum tetracordum hypate hypaton. parhypate hypaton. Lichanos hypaton: hypate. Aliud vero hypate: parhypate: Lichanos. Mese. Et hec quidem coniūcta sunt. Tertiū vero est paramese: trite paranete. Nete. Sz quoniaz inter superius tetracordum: quod est hypate hypatō parhypate hypaton: Lichanos hypaton: hypate meson: ⁊ inter infimū: quod est paramese: trite: paranete nete: fit positione medium tetracordum: quod ē hypate: parhypate


te:parhypate. Lichanos:mese totum hoc medium tetracordum mesō vocatum est q̃si mediarum: vocaturqꝫ cum additamēto hoc hypate meson. parhypate meson: lichanos mesō: mese. Quoniaꝫ vero iter hoc mesō tetracordū ⁊ inferius: quod est netarū: disiūctio est meses scꝫ ⁊ parameses: iferius omne tetracorduꝫ disiūctarū idest diezeugmenō vocatum est cum additamēto scilicꝫ hoc. Paramese diezeugmenon: trite diezeugmenō: panete diezeugmenō: nete diezeugmenon vt sit descriptio. hoc modo.




¶ Est igitᷣ hic iter paramesēꝫ ac mesen disiūctio atqꝫ ideo diezeugmenō tetracordū hoc vocatū ē. Qđ si paramese auferatur: ⁊ sit mese trite. paranete. nete: tunc coniūcta idest synemena erunt tria tetracorda: vocabiturqꝫ vltimum tetracordū synemenon hoc mō



¶ Sed quoniam in hac vel in superiore endecacordi dispositiōe mese: que propter mediā collocationeꝫ ita vocata est nete proxima accedit ⁊ longe ab hypatis vltimis distat: nec ꝑprium distantie retinet locuꝫ aliud vnuꝫ tetracordum adiūctum est super neten diezeugmenon: que quoniam superuadebāt acumine netas superi⁹ collocatas: omne illud tetracordū hyperboleon vocatum est. hoc modo.



¶Sed quoniam rursus mese non erat loco media: sed magis hypatis accedebat. Iccirco super hypatas hypaton addita est vna corda: que dicitur proslambanomenos. ab aliquibus autem prosmelodos dicitur. tono integro distans ab ea que est hypate hypaton. Et ipsa quidem idest proslambanomenos a mese octaua est resonans cum ea diapason symphoniam. Eadem qz ad lichanon hypaton resonat diatessaron ad quartam scilicet: q̄ licanos hypaton ad meson resonat diapente symphoniam ⁊ est ab ea quinta. Rursus mese a paramese distat tono: que eadem mese ad netē diezeugmenon quintam facit diapente consonantiam. Que nete diezeugmenon ad neten hyperboleō quartam facit diatessaron sonantiam. ⁊ proslambanomenos ad netem hyperboleon reddit bisdiapason consonantiam. hoc modo.




¶De generibus cantilenarum. Capitulum. xxi.

His igitur expeditis: dicendum est de generibus melorum. Sunt autem tria diatonuz chroma. Enarmonium ⁊ diatonicum quidem aliquanto durius ⁊ naturalius. Chroma vera est iam quasi ab illa naturali intentione descendens ⁊ in mollius decidens. Enarmoniū vero optime atqz apte coniunctum. Cum sint igitur quinqz tetracorda hypaton meson synemmenon. diezeugmenon. hyperboleon. In his omnibus secunduz diatonum cantilene procedit vox per semitonium. tonum ac tonum. In vno tetracordo. Rursus in alio per semitonium tonum ac tonum: ac deinceps. Ideoqz vocatur diatonicum quasi quod per tonum ac per tonuz progrediatur. Chroma autem quod dicitur color: q̄si iam ab huiusmodi intentione prima mutatio cantat̄ per semitonium ⁊ semitonium ⁊ tria semitonia. Tota enim diatessaron consonantia est duorum tonoruz ac semitonij: sed non pleni. Tractum est autem hoc vocabulum vt diceretur chroma a superficiebus: que cum permutantur in alium transeunt colorem. Enarmonium vero quod est magis coaptatum est. Quod cantatur in omnibus tetracordis per diesin ⁊ diesin ⁊ diatonum. Diesis autem est semitonij dimidium. vt

sit triū

Sit trium generum descriptio per omnia tetracorda discurrens. hoc modo.



¶De ordine chordarum nominibusq; In tribus generibus. Capitulum. xxii.

Nunc igitur ordo cordarum disponendus ẽ omnium que per tria genera variãtur vt inconstanti ordine disponuntur. ¶Prima ẽ igitur proslambanomenos que eadem dicitur prosmelodos. Secunda hypate hypaton. Tertia parhypate hypatõ. Quarta vero vniuersaliter quidem lichanos appellatur. Sed si in diatono genere aptetur: dicitur lichanos hypatõ diatonos. Si vero inchromate: dicitur diatonos chromatice. vel lichanos hypaton chromatice: Si autẽ ĩ enarmonio: dicitur lichanos hypaton enarmõias vel diatonos hypaton enarmonios. ¶Post hanc vocatur hypate meson. De hic parhypate meson. Atq; hic lichanos meson simpliciter. In diatonico quidem genere diatonos meson. In chromate lichanos meson chromatice vel diatonos meson chromatice. In enarmonio diatonos meson enarmonios. vel lichanos meson enarmonios has sequitur mese. ¶Post hanc sunt duo tetracorda partim synemmenon: partiz diezeugmenon: Et synemmenon est quod post mesen ponitur idest trite synemmenon. De hinc lichanos synemmenon. eadem indiatonico diatonos synemmenon. In chromate vero vel diatonos synemmenon chromatice: vel lichanos synemmenõ chromatice: In enarmonio vero vel diatonos synemmenon enarmonios: vel lichanos synemmenon enarmonios. ¶Post has nete synnemmenon. Si vero mese neruo non sit synemmenon tetracordum adiunctum. Sed sit diezeugmenõ est: post mesen paramese. De hinc trite diezeugmenon. Inde lichanos diezeugmenon. Que in diatono. Diatonos diezeugmenon. In chromate. tum diatonos diezeugmenon chromatice. tuz lichanos diezeugmenon chromatice. In enarmonio vero tũ diatonos diezeugmenon enarmonios. tum lichanos diezeugmenon enarmonios. Eadem vero dicitur ⁊ paranete cum additione vel diatoni vel chromatis vel enarmonij. Super has nete diezeugmenon: trite hyperboleon: paranete hyperboleon: paranete hyperboleon Et que est paranete hyperboleon: eadem in diatono diatonos hyperboleon. In chromate vero chromatice hyperboleon. In enarmonio vero enarmonios hyperboleon. haruz vltia ea est q̃ ẽ nete hyperboleõ. ⁊ sit descriptio eiusmodi vt trium generum contineat dispositionem. In quibus ⁊ similitudinem nominum ⁊ differentiam pernotabis. vt si nerui similes. in olbus cum eis qui sunt dissimiles colligantur fiant simul omnes octo ⁊ viginti. Hoc autem mõstrat subiecta descriptio.

Diatonicum	Chromaticum	Enarmonium
Proslambanomenos	Proslambanomenos	Proslambanomenos
Hypate hypaton	Hypate hypaton	Hypate hypaton
Parhypate hypaton	Parhypate hypaton	Parhypate hypatõ
Lichanos hypatõ diatonos	Lichãos hypatõ chromatice	Lichãos hypatõ enarmõios
Hypate meson	Hypate meson	Hypate meson
Parhypate meson	Parhypate meson	Parhypate meson
Lichanos mesõ diatonos	Lichanos meson chromatice	Lichãos mesõ enarmõios
Mese	Mese	Mese
Trite synemmenon	Trite synemmenon	Trite synemmenõ
Paranete synẽmenõ diat.	Paranete synẽmenõ chrõ.	Parãete synẽmeno enarm
Nete synemmenon	Nete synemmenon	Nete synemmenon
Paramese	Paramese	Paramese
Trite diezeugmenon	Trite diezeugmenon.	Trite diezeugmenon
Paranete diezeu. diatonos	Paranete diezeu. chroma	Paranete diezeu. enarmo.
Nete diezeugmenon.	Nete diezeugmenon	Nete diezeugmenon
Trite hyperboleon	Trite hyperboleon	Trite hyperboleon
Parãete hyp̃boleõ diato.	Paranete hyp̃boleõ chro.	Parãete hyp̃boleõ enar.
Nete hyperboleon	Nete hyperboleon	Nete hyperboleon.


¶ Que sint inter voces in singulis generibus proportiones

Capitulum. xxiii.

Hoc igitur mõ p̃ singula tetracorda in generum proprietates facta partitio est. vt oĩa quidem diatonici generis quinq; tetracorda duobus tonis ac semitonio partiremur Diciturq; in hoc genere tonus incompositus iccirco quoniam integer ponitur: nec aliquod ei aliud interuallum iungitur. Sed in singulis interuallis integri insunt. in chromate vero semitonio ac semitonio incompositoq; triemitonio posita diuisio ẽ Iccirco aũt incõpositũ hoc triemitoniũ appellamus: qm̃ in vno collocatũ est interuallo. potest autem appellari triemitoniũ in diatono genere semitoniũ ac ton⁹. Sʒ nõ est incompositum. duobus enĩ id pficit̃ ĩ teruallis. Et ĩ enarmonio genere idẽ ẽ. Constat autẽ ex diesi: ꝛ diesi ꝛ ditono ĩcomposito: qđ scilicet ꝓpter candẽ cãm incõpositũ nũcupamus: qm̃ in vno collocatũ est interuallo.

¶ Quid sit synaphe Capitulũ. xxiiii.

Sed in his ita dispositis constitutisq; tetracordis synaphe est. Quam coniunctionem dicere latina significatione possumus: quotiens duo tetracorda vnius medietas termini continuat atq; coniungit: vt in hoc tetracordo




¶ Hoc igitur est vnum tetracordũ hypate. parhypate. lichanos hypate meson. Aliud vo hypate meson. parhypate meson. lichanos meson. mese. In vtrisq;

igitur

igitur tetracordis hypate meson adnumerata est. Superiorisqꝫ tetracordi ea est acutissima. Posterioris vero grauissima. Estqꝫ ista coniunctio vna eadēqꝫ corda hypate meson: duo tetracorda coniungens vt eadem hypaton ac meson tetracordo in superiore descriptione adiunxit: Est igitur synaphe: que coniunctio dicitur: duorum tetracordorum vox media. Superioris quidē acutissima: posterioris vō grauissima.

Quid sit diezeusis. Capitulum. 25.

Diezeusis vero appellatur: que disiunctio dici potest. quotiens duo tetracorda toni medietate separantur. vt in his duobus tetracordis



Duo igitur tetracorda esse euidenter apparet quoniam quidem octo sunt corde. Sed diezeusis est. i. disiunctio īter mesen & pamesen: ꝗ īter se pleno differre tono. de quibus euidentius explicabitur: cum vnū quodqꝫ studiosius explanandum posterior tractatus assumpserit. Sed diligentius intuenti quinqꝫ nō amplius tetracorda reperiuntur hypaton. meson synemmenon. diezeugmenon. hyperboleon.

Quibus nominibus neruos appellauerit albinus. Capitulum. 26.



Albinus aūt earum nomina latina oratiōe ita interpretatus est: vt hypatas principales vocaret. Mesas medias. synemmenas coniunctas. diezeugmenas disiunctas. hyperboleas excellentes. Sed nobis in alieno opere non erit immorandum.

Qui nerui quibus sideribus comparentur. Capitulum. 27.



Illud tamen interi de superioribus tetracordis addendū videtur: ꝙ ab hypate meson vsqꝫ ad neten quasi quoddā ordinis disiunctionisqꝫ celestis exemplar est. Namqꝫ hypate meson saturno est attributa. parhypate vero iouiali circulo consimilis est. Lichanon meson marti tradidere. Sol meson obtinuit. triten synēmenon venus habet. paranetem synemmenon mercurius regit. nete autem lunaris circuli tenet exemplum. Sed marcus tullius contrarium ordinem facit. Nam in sexto libro de republica sic ait. Et natura fert vt extrēa ex altera parte grauiter: ex altera autem acute sonent. Quam ob causam summus ille stellifer cursus: cuius conuersio est cōcitatior: acuto & excitato mouetur sono Grauissimo autem hic lunaris atqꝫ infimus. nam terra nona immobilis manēs vna sede semper heret. hic igitur tullius terram quasi silentium ponit scilicet immobilem. post hanc sui proximus a silentio est: dat lune grauissimum sonum vt sit luna proslambanomenos. mercurius hypate hypatō venus parhypate hypaton. Sol lichanos hypaton. mars hypate meson. iuppiter perhypate meson. saturnus lichanos meson celum vltimum mese. Que vero sint harū immobiles: que vero in totum mobiles: que autē immobiles mobilesqꝫ consistant: cū de monocordi regularis diuisione tractauero erit locus aptior explicandi.

Que sit natura consonantiarum Capitulum. 28.



Consonantiam vero licet aurium quoqꝫ sēsus diiudicet: tamen ratio perpēdit. Quotiens enim duo nerui vno grauiore intenduntur: simulqꝫ pulsi reddunt permixtum quodammodo & suauem sonum. dueqꝫ voces quasi coniuncte in vnum coalescunt. tunc fit ea ꝗ dicitur consonantia. Cum vero simul pulsi sibi quisqꝫ ire cupit. nec permiscent ad aurem suauem atqꝫ vnū ex duobus compositū sonū: tūc est ꝗ dicit dissonātia.

Ubi consonantie reperiuntur Capitulum. 29.



In his autem comparationibus grauitatis atqꝫ acuminis has consonantias necesse est inueniri: que sibi commensurate sint. i. que notam possunt habere communem mensuram: vt in multiplicibus duplum. ꝙ est illa pars metitur: que inter duos est terminos differentia: vt inter duos: & quatuor binarius vtrosqꝫ metit: inter duos atqꝫ sex. que tripla est binari⁹ vtrosqꝫ metiatur: inter nouem atqꝫ octo eadem vnitas est: que vtrosqꝫ metiatur. Rursus insuperparticularib⁹ si sesqualtera sit proportio: vt quatuor ad sex: binarius est qui vtrosqꝫ metiatur. qui scꝫ vtrorumqꝫ est differentia. ꝙ si sexquitertia sit proportio: vt si octo senario cōparentur: idem binarius vtrosqꝫ metitur: id vero nō euenit in ceteris generibus inequalitatuꝫ: que supra retulimus. vt in superpartiente. Nam si quinariū ad ternarium comparemus: binarius qui eorum differentia est neutrum metitur. Naꝫ si semel ternario cōparatus: minor est: duplicatus excedit. Item bis quinario comparatus: minor est tertio vero supergreditur. Atqꝫ iccirco hoc primum inequalitatis genus a consonantie natura disiungitur. amplius ꝙ in his. ꝗ consonantias formant: multa similia sunt. in his vero minime: id probatur hoc modo. Namqꝫ duplū nihil ē aliud nisi bis simplū. Triplū nihil aliud nisi ter tio simplum. Quadruplū vero idē est ꝙ quarto simplum. Sesqualterum: bis medietas. Sesquitertium vero ter pars tertia. quod haud facile in ceteris incꝗlitatum generibus inuenitur.

Quemadmodum plato dicat fieri consonantias. Capitulum. 30.



Plato vero hoc modo fieri in aure consonantiam dicit. Necesse est inquit velociorem quidem esse acutiorem sonum. hic igitur cum grauem precesserit in aurem celer ingreditur. ostensa que extrema eiusdem corporis parte quasi pulsus iterato motu reuertitur Sed iam segnior: nec ita celeri vt primo impetu emissus cucurrit. Quocirca grauior quoqꝫ. Cum igitur iā grauior rediens nunc primum graui sono venienti similis occurrit: miscetur: ei vnamqꝫ (vt ait plato) con

sonantiam miscet.

Quid contra platonem nichomacus sentiat. Capitulum.xxxi.


Sed id nichomacus non arbitratur dictum veraciter. Neqꝫ enim similium esse consonantiam: sed dissimilium potius in vnum eandemqꝫ consonantiã venientium: grauius vero graui si misceatur: nullam facere consonantiam: quoniam hanc canendi concordiam similitudo non efficit: sed dissimilitudo. Que cum distet in singulis vocibus: copulatur in mixtis. Sed dehinc potius nichomacus fieri consonantiam putat. Non inquit vnus tñ pulsus est: qui simplicem modum vocis emittat. Sꝫ semel percussus neruus sepius aerem pellẽs multas efficit voces. Sed quia ea velocitas est percussionis: vt sonus sonum quodammodo comprehendat: distãtia non sentitur ꝛ quasi vna vox auribus venit. Si igitur percussiones grauium sonorum commensurabiles sit percussionibus acutorum sonorum: vt in his ꝓportionibus: quas supra retulimus. Non est dubium quin ipsa commensuratio sibimet misceatur: vnamqꝫ vocum efficiat consonantiã.

Que consonantia quam merito precedat. Capitulum.xxxii.

S Ed inter omnes quas retulimus consonãtias habendum iudicium est: vt in aure ita quoqꝫ in ratione quam harum meliorem oporteat arbitrari. Eodem namqꝫ modo auris afficitur sonis: vel oculus aspectu: quo animi iudiciũ numeris vel continua quantitate. Proposito eniꝫ nũero vel linea nihil est facilius quam eius duplum oculo vel animo contueri. Item post dupli iudicium sequitur dimidij: post dimidium tripli post triplum partis tertie. Que ideo quoniam facilior est dupli descriptio. optimam nichomacus putat diapason cõsonãtiam: post hanc diapente: que medium tenet. hinc diapente ac diapason. que triplum. Ceteraqꝫ secunduꝫ eundẽ modum formãqꝫ diiudicat. Nõ vero hoc ptolomeus eodẽ modo: cuius omnem sententiã posterius explicabo.

Quo sint mõ accipiẽda que dicta sũt. capi. xxxiii.


Omnia tñ que dehinc diligentius expediẽda sunt sũmatĩ nunc ac breuiter attẽtemus vt interĩ in superficie quadã hec animum lectoris assuefaciãt qui ad iteriorẽ sciãꝫ posteriore tractatione descendet. Nunc vero quod erat pythagoricis in morẽ: vt cum quid a magistro pythagora diceret: hinc nullus rationem petere audebat. Sed erat eis rõ docentis auctoritas: idqꝫ fiebat quã diu discentis animus firmiore doctrĩa roboratus ipse eãdẽ rerũ rõnem nullo ẽt docente reperiret: ita ẽt nunc lectoris fidei: que preponimus: cõmẽdamus: vt arbitretur diapason in dupla: diapente in sesqualtera. Diatessarõ in sesqtertia. Diapẽte ac diapasõ in triplici. bis diapason in quadrupla proportiõe consistere. Post vero ꝛ hoc rõ diligẽtius explicabit. ꝛ quibus modis aurium quoqꝫ iudicio consonantie musice colligantur: ceteraqꝫ oĩa: que superius dicta sunt ãplior tractatus edisseret. Et tonum sesqoctauã facere ꝓportiõeꝫ: eũqꝫ ĩ duo equa diuidi non posse. sicut nullã eiusdẽ generis proportiões. i. superparticularis: diatessaron etiã consonãtiã duobus tonis semitonio qꝫ consistere. semitonia vero eẽ duo maius ac minus. Diapente aũt tribus tonis ac minore semitonio contineri. Diapason vero qnqꝫ tonis ac duobus minoribus semitonijs expleri. neqꝫ ad sex tonos vllo modo puenire. hec oĩa posterius ꝛ numerorum rõne ꝛ aurium iudicio comprobabo atqꝫ hec hactenus.

Quid sit musicus. Capitulum .xxxiiii.


Nunc illud est intuendũ quod oĩs ars discꝫ etiã disciplina honorabiliorẽ naturaliter habeat rõnem quã artificiũ. quod manu atqꝫ ope artificis exercet. Multo. n. est maius atqꝫ altius scire quod quisqꝫ faciat: qꝫ ipsum illud efficere: qꝛ sciat ꝛ enim artificiũ corporale quasi seruiẽs famulat. Ratio vero qsi dña ĩpat: ꝛ nisi manus ꝑm id quod ratio sancit: efficiat frustra sit. Quãto igit pclarior ẽ scia musice in cognitiõe rõnis quã ĩ ope efficiendi atqꝫ actu tñ. s. qꝫtũ corpus mẽte supatur. Qd. s. rõnis exps seruitio degit: illa vo ĩpat atqꝫ ad rectũ deducit. qꝛ nisi pareat eius ĩpio: expers rationis opus titulabit. Unde sit vt speculatio rationis operandi actu nõ egeat. Manuũ vero opa nulla sint nisi rõne ducat. Jã vo quãta sit gloria meritũqꝫ rationis: hic intelligi potest. qꝛ ceteri (vt ita dicã) corporales artifices nõ ex disciplina sed ex ipsis potius istrumentis cepere vocabula. Nã citharedus ex cithara: vel tibicen ex tibia: ceteriqꝫ suorũ istrumẽtorum vocabulis nuncupaꝫ: is vo est musicus: qui ratione perpẽsa. Canẽdi sciẽtiã nõ seruitio operis. Sed ĩpio speculatiõis assumit. Quod. s. ĩ edificiorũ belloꝝũqꝫ opa videmus ꝛ in contraria scꝫ nũcupatione vocabuli. Eorum nãqꝫ noĩbus vel edificia inscribũtur vel ducũtur triũphi quorum ĩpio ac rõnem instituta sunt non quorum opere seruitioqꝫ pfecta. Tria igitur sunt genera: que circa artẽ musicã versaꝫ. Unũ genus est quod istrumẽtis agitur: aliud fingit Carmina. Tertiũ quod instrumentorum opus carmẽqꝫ diiudicat. Sed illud quidẽ qđ ĩ istrumentis positum est: ibiqꝫ totam opam consumit vt sunt citharedi: quiqꝫ organo ceterisqꝫ musice istrumentis artificium ꝓbãt: a musice sciẽtie intellectu seiũcti sunt. qñ famulantur (vt dictum est) nec quicqꝫ afferũt rõnis. Sed sunt totius speculationis expertes. Secũdũ vo musicam agentium genus est poetare. Quod non potius speculatione ac rõne quã naturali quodam istinctu fertur ad carmen. Atqꝫ iccirco hoc quoqꝫ genus a musica segregãdũ ẽ. Tertiũ est quod iudicandi peritiam sumit. vt rithmos: cantilenasqꝫ eorũ qꝫ Carmen possit perpendere. Quod. s. qñ totum in ratione ac speculatiõe positũ ẽ. hoc ꝓprie musice deputabit. Jsqꝫ musicus ẽ: cui adest facultas secũdũ speculationẽ rõneꝫ ve ꝓpositã ac musice cõueniẽtem de modis ac rithmis. Deqꝫ generibus cantilenarum: ac de pmixtionibus ac de omnibus. de quibus posterius explicandũ est: ac de poetarum carminibus iudicandi.

Eiusdem Boetij de Musica. liber secundus.

Proemium Capitulum. i.


Superius volumen cuncta digessit: qꝫ nunc diligentius explicanda esse proposui. itaqꝫ priusqꝫ ad ea veniam: que propriis rationibus perdocenda sunt: pauca premittam Quibus elucubratior animus auditoris ad ea que dicenda sunt accipienda perueniat.

Quid pythagoras esse philosophiam constituerit. Capitulum. ii.


Primus oĩum pythagoras sapiẽtie studiũ philosophiã nuncupauit. Quam. s. eius rei notitiã ac disciplinam ponebat: que ꝓprie vereqꝫ esse diceret. Esse aũt illa putabat: que

que nec intentione crescerent: nec diminutiõe decrescerent: nec vllis accidentibus mutarentur: Hec autez esse: formas: magnitudines: qualitates. habitudines ceteraq;: que per se speculata inmutabilia sunt: iuncta vero corporibus permutantur: ⁊ multimodis variationibus mutabilis rei cognatione vertuntur.

De differentiis q̃titatis: ⁊ que cui discipline sit deputata. Capitulum .iii.



Omnis vero quantitas secundum pythagoram vel cõtinua vel discreta est. Sed que continua est: magnitudo appellatur. Que discreta est multitudo. Quorum hec est diuersa ⁊ contraria pene proprietas. Multitudo enim a finita incboans q̃titate crescens in infinita progreditur. vt nullus crescendi finis occurrat. Estq; ad minimuz termiata interminabilis ad maiꝰ eiusq; principium vnitas est: qua minus est nihil. Crescit vero per numeros atq; in infinita protenditur: nec vllus numerus: quo m... crescat: terminuz facit. Sed magnitudo finitam rursus sue mensure recipit quantitatem: Sed in infinita decrescit. Naz si sit pedalis linea vel cuiuslibet alterius modi: põt in duo equa diuidi: eiusq; medietas in medietatẽ secari eiusq; rursus meditas in aliam medietatem: vt nũq; vllus secãdi magitudinẽ terminus fiat. ita magnitudo q̃tum ad maiorem moduz terminata est: fit vero cũ decrescere ceperit infinita. At contra numerus. quãtum ad minorem modum. finitus est: infinitus autem incipit esse cum crescit: cuz igitur hec ita sint infinita tamen quasi de rebus finitis philosophia pertractat: inq; rebus infinitis reperit aliquid terminatum: de quo iure possit acumen proprie speculationis adhibere. Magq; magnitudinis alia sũt imobilia: vt terra vt quadratum vel triangulum: vel circulus. alia sunt mobilia: vt sphera mundi: ⁊ quicquid in eo rata celeritate conuertitur. Discrete vero q̃titatis alia sunt per se: vt tres vel quatuor: vel ceteri numeri. Alia vo ad aliud. vt duplum triplum: Aliaq;: que ex comparatione nascuntur. Sed immobilis magnitudinis geometria speculationem tenet. Mobilis vo scientiã astronomia persequitur: per se vero discrete quantitatis arithmetica auctor est. ad aliquid vero relate musica probatur obtinere peritiam.


De relate pro quantitatis differentiis. Capitulum. iiii.




At de ea quidem q̃titate discreta que per se est in arithmetica sufficienter diximus: Relate vero ad aliquid q̃titatis simplicia quidem genera sunt tria. Unum quidem multiplex. Aliud vo superparticulare: Tertium superpartiens. Cum vero multiplex superparticulari suppartientiq; miscetur: fiunt alie due ex his. i. multiplex superparticularis: ⁊ multiplex superpartiens. horum igitur omnium talis est regula: si vnitatem cunctis in naturali numero volueris cõparare: ratus multiplicis ordo texetur. Duo enim ad vnũ duplus est. tres ad eundem triplꝰ. q̃tuor q̃druplus. ⁊ i ceteris eodem modo: vt subiecta descriptio docet.

i	i	i	i	i	i	i	i	i
ii	iii	iiii	v	vi	vii	viii	ix	x

Si vero superparticularem proportionem q̃ras naturalem sibi compara numerũ detracta. s. vnitate vt tres duobus sesqualter est: quatuor tribus: qui sesquitertius est: quinarius quaternario sesquiquartus est: ⁊ in ceteris eodẽ mõ qd mõstrat subiecta descriptio



Superpartientes autem tali modo reperies. dispo nas naturalẽ numeꝝ a ternario scilicet incboantẽ. Si vnũ igit̃ intermiseris: Superbipartientem effici pernotabis. q; si duo: supertripartientez: q; si tres: superquadripartientem. idemq; in ceteris.



Adhuc vero ordinẽ spectans ⁊ compositas ex multiplici ⁊ superparticulari: ⁊ ex multiplici ⁊ superpartienti proportiones lector diligens speculabitur: Sed de his tamen omnibus in arithmeticis expeditius dictum est.

Cur multiplicitas ceteris antecellat. Capitulum. v.

Sed in his illud est considerandum: q; multiplex inequalitatis genus. longe duobus reliquis videtur antiquius. Naturalis enĩ numeri dispositio. in multiplicibus vnitati que prima est: comparantur. Superparticularis vero non vnitatis comparatione perficicur. Sed ipsorum qui post vnitatem sunt dispositi numerorum: vt ternari ad binarium: quaternarii ad ternarium. Et in ceteris. adhunc modum Superpartientium vero longe retro formatio est: que nec continuis numeris cõparatur. Sed intermissis: necsemper equali intermissione. Sed nunc quidem vna nunc vero duabus nunc vero tribus. nunc vero quatuor: atq; ita in ĩfinita succrescit. Amplius multiplicitas ab vnitate incipit: superparticularitas a binario: superpartiens: proportio a ternario initiũ capit. Sz de his hactenꝰ. nũc q̃daz que q̃si axiomata greci vocant p̃mittere opor-

tebit: que tum demum quo spectare videantur intel ligemus: Cum de vnius cuiusqʒ rei tractabimus de monstratione.

¶ Qui sint quadrati numeri: deqʒ his speculatio. Capitulum. vi.

q Uadratus numerus est: qui gemina dimēsione in equa concreuerit. vt bis duo: ter tres: q̄ter quatuor quinquies quinqʒ: sexies sex. quorum est ista descriptio.

ii	iii	iiii	v	vi	vii	viii	ix	x
iiii	ix	xvi	xxv	xxxvi	xlviiii	lxiiii	lxxxi	c

¶ Superius igitur dispositus numerus naturalis latꝰ est quadratorum inferius descriptorū. Continui. n. naturaliter sunt quadrati: qui sese in subiecto ordine consecuntur vt. iiii. ix. xvi. ꝛ ceteri. Si igitur cōtinuū quadratū minorē a continuo quadrato maiore sustulero: quod relinquitur tantum erit quātum est: quod ab vtrorūqʒ quadratoꝝ lateribus iūgitur. vt si q̄tuor auferam a nouenario quinqʒ sunt reliqui: qui ex duobꝰ ꝛ tribus: qui sunt vtrorūqʒ quadratoꝝ latera: coniūguntur: Item si nouenariū aufero de eo qui sex decimis numeris ascriptus est. vii. sunt reliq: q. s. ex ternario quaternarioqʒ coniunctus est: q predictorū quadratorum latera sunt. Idemqʒ ī ceteris. Quod si non sint cōtinui quadrati. Sed vnꝰ inter eos transmissus sit: sit eius quod relinquitur medietas: id q̄d ex vtriusqʒ lateribus efficitur: vt si quaternarū de. xvi. quadrato auferamus. xii. relinquuntur. quorum. xii. medietas est is numerus qui ex vtrorumqʒ lateribus cōuenit. Sunt autem vtrorūqʒ latera. duo ꝛ quatuor: q̄ senarium iuncta perficiunt. Atqʒ in ceteris idem modus est. Sin v̄o duo itermittant᷑: tertia pars erit eiꝰ quod relinquitur id q̄d vtrorumqʒ latera coniungūt vt si quatuor de. xxv. auferam intermissis duobus q̄dratis: reliqui. xxi. sunt. Eorum vero latera sunt. ii. ꝛ. v. qui efficiunt. vii. q sunt pars tertia nūeri. xxi. Atqʒ hec regula est: vt si tres intermissi sint: pars q̄rta sit id quod ex vtrorūqʒ lateribus efficitur eius quod sub tracto minore a maiore relinqtur. Sin quatuor transmittantur: quinta: Atqʒ vno plus vocabulo numeri partes venient: quam sit intermissio numerorum.

¶ Omnem inequalitatem ex equalitate procedere eiusqʒ demonstratio. Capitulum. vii.

E St autem queadmodū vnitas pluralitatꝭ numeriqʒ principium: ita equalitas proportionū. tribus. n. preceptis (vt in arithmetica dictū est) multiplices ꝓportiones ex equalitate producimꝰ: ex cōuersis v̄o multiplicibꝰ supparticulares habitudines procreamus. Item ex conuersis supparticularibꝰ superpartientes comparationes efficimus ponantur enī tres vnitates vel tres binarii. vel tres ternarii. vel quotlibet equi termini ꝛ sit primus, primo equus in sequenti scilicet ordine constitutus. Secundꝰ vero primo ac secundo. tertiꝰ primo duobꝰ secundis ac tertio: ita enim numero ꝓgresso fit duplex multiplicitatis prima proportio vt descriptio monet.

i	i	i
i	ii	iiii

¶ Nam vnitas in secundo ordie cōstituta eq̄ est prime vnitati in supiore loco disposite. Item binarius equus vnitati prime ac secūde: Item quaternarius equꝰ est vnitati prime: ac duabꝰ vnitatibꝰ secundis atqʒ vnitati tertie. ꝛ est. i. ii. iiii. dupla proportio: q̄ si de his idem feceris tripla comparatio procreabitur: ac de tripla quadrupla: de quadrupla q̄ncupla: Ac deinceps talis currit habitudinū procreatio. Rursus iisdem tribus preceptis supparticulares fiunt. vt vno probamus exēplo. Conuertamus nūc ꝛ priorem maiorem numerū disponamus. iiii. ii. i. ponatur igitur primus primo equus idest. iiii. secundus primo ꝛ secūdo. idest. vi. tertius primo duobus secūdis ꝛ tertio idest. ix. Quibus dispositis sesqualtera notat᷑ esse ꝓportio

iiii	ii	i
iiii	vi	ix
Sesqualtera	Sesqualtera.	

¶ Atqʒ id si de triplis fiat: sesquitertia. Si de quadruplis sesquiquarta. consimilibusqʒ in alterutra pte vocabulis proportionalitas ex multiplicitate nascet᷑. ex superparticularitate vero conuersa ducit᷑ suppartiēs habitudo. Disponatur enim conuersim sesq̄ltera comparatio. ix. vi. iiii. Ponatur enim primus primo equꝰ i. ix. secundus primo ꝛ secundo. i. xv. Tertius primo duobus sc̄dis ac tertio. i. xxv. ac disponantur in ordinem hoc modo.

ix	vi	iiii
ix	xv	xxv
Superbipartiens	Supbipartiēs	

¶ Superbipartiens igitur ex cōuersis sesqualteris habitudo producta est. q̄ si quis ad hanc speculationē diligens scrutator accedat: ex sesquitertiis q̄uei sis supertripartientem producit. Ceterisqʒ similibus vocabulis adequatis cunctas ex supparticularitate suppartientis spēs procreari mirabit᷑: Ex non conuersis aūt supparticularibꝰ: sed ita vt ex multiplici procreati sunt: manētibus necesse est multiplices superparticulares creari Ex manentibus v̄o superpartientibus ita vt ex superparticularibus prodierunt: non alii nisi multiplices superpartientes procreabuntur. ac de his quidem hactenus. diligentius enim in arithmeticis libris de hac comparatiōe est disputatum.

¶ Regula quotlibet continuas proportiones superparticulares inueniendi. Capitulum. viii.

s Epe aūt accidit: vt tres vel quatuor vel quotlibet equas superparticularium proportiones de musica disputator inquirat. Sʒ ne id casu atqʒ inscitia facientes: error vllus difficultatꝭ īpediat hac regula quotlibet equas proportiones ex multiplicitate ducemus. vnusquisqʒ multiplex ab vnitate. s. computatus tot superparticulares habitudines ꝓcedit sue scilicet. in contrariam partem denoīationis quotꝰ ipse ab vnitate discesserit hoc modo: vt duplex sesq̄lteras antecedat. Triplex sesquitertias. Quadruplex sesquiquartas. ac deinceps in hunc modū. sit igit᷑ duplorum terminorum subiecta descriptio.

i	ii	iiii	viii	xvi.
	iii	vi	xii	xxiiii
		ix	xviii	xxxvi
			xxvii	liiii.
				lxxxi

¶ In superiore igitur descriptione binarius primꝰ multiplex vnum ad se ternariū hʒ: qui possit facere sesqualteram proportionē. Ternarius vero nō hʒ aliū qui eius possit eē sesqualter quoniā medietate deficit Rursus quaternarius secundus est duplex hic duos sesqualteros antecedit senarium ꝛ nouenarium: qui medietate caret. Atqʒ iccirco nullus ei habitudine sesqualtera comparatur. Et in ceteris idem est tripli vero eodem modo sesquitertios creant. sit enim similis

triplo

in triplo descriptio.

i	iii	ix	xxvii	lxxxi
iiii	xii	xxxvi	cviii	
xvi	xlviii	cxliiii		
lxiiii	cxcii			
cclvi				

In superiore igitur descriptione sesquitertias proportiones ita natas videmus: vt primus triplex vnũ sesquitertium antecedat. Secundus duos. terti⁹ tres semperq; pars tertia in vltimo numero naturali quodam fine claudatur. q̃ si quadruplum statueris eodẽ modo sesquiquartos inuenies. si quincuplum sesquiquintos. Ac deinceps singuli denominationis multiplicis tot superparticulares precedũt: quoto loco ipsi a se vnitate discesserint. vnam vero tantum quadrupli dispositionem ponemus vt in ea sicut inceteris lector acumẽ mentis diligens exerceat.

i	iiii	xvi	lxiiii	cclvi
v	xx	lxxx	cccxx	
xxv	c	cccc		
cxxv	d			
dcxxv				

Hec igitur speculatio ad hanc vtilitatez videtur inuenta. vt quotienscũq; .iiii. vel quinq; . vel quotlibet sesqualteros vel sesquitertios vel sesquioctauos vel quodlibet alias proportiones quis inuestigare voluerit: nullo errore labatur: vtq; nõ ei numero primo tales proportiones querat aptare: qui quanti sint propositi: tot precedere: ⁊ post se habere non possit. Sȝ disponat potius multiplices. videatq; quantos superparticulares requirit: eumq; multiplicẽ respiciat: qui eo loco ab vnitate recesserit. vt est in superioribus descriptionibus. si tres sesqualteros fortasse quesierit: non a quaternario ingrediatur inuestigationem. hic enim qm̃ secundus est: duplus duos tãtum precedit: tertiũq; ei aptare nõ poterit. Sȝ vt ab octonario medietates tẽptet apponere. hic. n. qm̃ terti⁹ ẽ: tres q̃s q̃rit sesq̃lteras ꝓportiões efficiet. ⁊ i ceterĩ. eodẽ mõ

Est etiam alia augendi proportiones via hoc modo Radices proportionum dicuntur in eisdem comparationibus minime proportionis. Disponatur enim numerus naturalis: vnitate multiplicatus.

ii	iii	iiii	v	vi	vii

Minime igitur proportiones sunt ut in sesqualtera. iii. ad. ii. in sesquitertia. iiii. ad. iii. in sesquiquarta. v. ad. iiii. ⁊ deinceps in infinitum ⁊ quecũq; se proportiones vnitate precesserint. Propositũ igit̃ sit duas sesqualteras proportiones continua comparatiõe ꝓducere sumo radicem sesqualteram: eamq; dispono. ii. ⁊ .iii. Multiplico igitur binarium per binariũ fiũt iiii. Item ternarius per binarium crescat: erunt. vi. Rursus ternarium in semet ipsũ ducemus. fiunt. ix. qui disponantur hoc modo.

ii	iii	iiii	vi	ix.

Inuenimus igitur duas propositas sesqualteras ꝓportiones. vi. ad. iiii. ⁊ .ix. ad. vi. Sit nunc propositum tres inuenire: Dispono eosdem numeros quos supra in exquirendis duobus sesqualteris habitudinibus proposueram: ipsasq; sesqualteras proportiões. Multiplico binario quaternarium. fiũt octo. Rursus senarium binario fiunt. xii. Rursus nouenarium binario fiunt. xviii. Rursus nouenariũ ternario: fiunt. xxvii. disponantur igitur hoc modo.

ii	iii		
iiii	vi	ix	
viii	xii	xviii	xxvii

Atq; hic modus erit in ceteris: vt si sesquitertias ꝓportiones velis extendere: ponas sesquitertiorum radices: que sunt quaternarius atq; ternari⁹ ad se inuicẽ

iii	iiii		
ix	xii	xvi	
xxvii	xxxvi	xlviii	lxiiii

Atq; ad hunc modum multiplices: q̃ si sesquiquartas sesquiquartorum dispones radices eadem multiplicatione sesquiquartos quotlibet extendes. Quãtũ autem nobis he considerationes prosint. Sequens ordo monstrabit.

De proportione numerorum qui ab alijs metiũtur. Capitulum. ix.

Si duos numeros eorum differentia integre fuerit permensa: in eadem sunt proportione numeri: quos sua differentia mensa est: in qua erunt proportione etiam hi numeri: secundum quos eos sua mensa est differentia. Sint enim numeri. l. lv. in ergo ad se inuicẽ sesquidecima habitudine comparantur ⁊ est eorum differentia quinarius: qui scilicet est pars decima numeri. l. hic igitur metietur quidem. l. numerum decies. vi. vero vndecies secundum igitur decem atq; xi. numeros. lv. ⁊ .l. propria differentia. i. quinarius permetit̃. ⁊ sunt. xi. ad. x. sesquidecima comparatione cõpositi. I eadem igitur sunt proportione numeri. quos propria differentia itegra permẽsa est: in q̃ sunt hi: quos eos propria differentia ẽ ꝑmẽsa: q̃ si q̃ differẽtia nũeroꝝ ita eos numeros quoꝝ est differẽtia metiat̃: vt eãdẽ mẽsuraȝ numeroꝝ pluralitas excedat. ideq; i vtrisq; sit excessus: ⁊ sic diminutioz differẽtie mẽsura: quã ẽ pluralitas numeroꝝ: maiorẽ obtinebũt proportionẽ ad se inuicez numeri: si eis illud qđ relinqtur post mẽsionem. retractum sit: quam fuerũt integri: cũ eos ꝓpria differẽtia metiebat̃. Sint enim numeri duo. liii. lviii. hos igitur quinarius qui est eorum differẽtia: metiat̃ metitur igitur. liii. quinarius decies. vsq; ad. l. Relinquit vero ternarium. Rursus. lviii. numeruȝ metitur idem vndecies vsq; ad. lv. atq; in eo iterum ternarium relinquit. Auferatur igitur ex vtrisq; ternarius fiunt. l. ⁊ .lv. qui disponatur hoc modo.

liii	lviii	l	lv

In hoc igitur manifestũ est maioris esse ꝓportiõis inter se. l. ⁊ .lv. quam. liii. ⁊ .lviii. In minoribus enĩ numeris maior semꝑ proportio reperit̃. q̃ paulo posterius demonstrabimus. Sin vo illa differẽtie permẽsio numerorũ multitudinẽ supuadat: eadẽq; vtrosq; numeri pluralitate pretereat. minores erũt ꝓportiões numeri superius mensi cũ additiõe ei⁹ sũme: q̃ vtrosq; metiens differentia superuadit: quã fuerũt an: cũ eos ꝓpa differentia metiebatur. Sint enim numeri. xlviii. ⁊ .liii. horum quinarius differentia est. Metiat̃ igitur. xlviii. numerũ quinarius decies fiunt. l. Superuadit igitur. l. numerus. xlviii. numerum binario. idẽ quinarius. liii. vndecies metiatur fiunt. lv. qui eisdem rursus duobus. liii. numeruȝ superuadit. addat̃ vtrisq; binarius ⁊ disponantur hoc modo.

xlviii	liii	l	lv

Minores igitur sunt proportiones. l. ad. lv. comparati cum additione. s. binarii quo differentia eos me-

tiens superuadit: quam .xlviii. ⁊ .liii. numeri quos eadem. que tamen in eis supercreuit: quinarii differentia permensa est. Maiores vero ⁊ minores proportiones hoc modo intelliguntur. Dimidia pars maior ē q̄ȝ tertia. Tertia pars est maior: quam quarta. Quarta pars maior est: quam quinta. ac deinceps eodē modo. Unde fit vt sesqualtera proportio maior sit sesquitertia. ⁊ sesquitertia sesquiquartam vincat. Atqȝ ideȝ in ceteris. hinc euenit vt in numeris maioribus mīor ⁊ in minoribus maior semper videatur proportio superparticularium numerorum. Quod apparet in numero naturali: disponatur enim numerus naturalis. i.ii.iii.iiii. Binarius igitur ad vnitatem duplus est. Ternarius ad binarium sesqualter est. Quaternari⁹ vero ad ternarium sesquitertius. Maiores vero sunt numeri tres. ⁊ iiii. Minores binarius ⁊ vnitas: in maioribus igitur minor: ⁊ in minobus maior proportio continetur: hinc apparet ꝙ si aliquibus numeris proportionem continentibus superparticularem: equa pluralitas addatur. maiorem esse proportionem ante eque pluralitatis augmentum: quam postea quaȝ eis pluralitas equa sit addita.

¶ Que ex multiplicibus ⁊ superparticularibus multiplicitates fiant.

Capitulum. x.

Illud etiam premittendum videtur. qđ paulo post demonstrabitur. Si multiplex interuallum binario fuerit multiplicatū. id etiā ꝙ ex illa multiplicatiōe nascetur: multiplex esse: ꝙ si id quod ex tali multiplicatione ꝓcreatum fit non fuerit multiplex: tūc illud non eē multiplex. quod binario fuerit multiplicatum. Item si superparticularis proportio binario multiplicetur: id ꝙ fit neqȝ superparticulare esse: neqȝ multiplex: ꝙ si id quod ex tali multiplicatione nascetur: neqȝ multiplex neqȝ superparticulare est: tunc illud quod binario multiplicatum est: vel superparticularis vel alterius generis est: non vero multiplicis.

¶ Qui supparticulares quos multiplices efficiant.

Capitulum. xi

His illud addenduȝ est duos primos supparticulares primam efficere multiplicem proportionem. vt si sesqualter ⁊ sesquiterti⁹ cōiungantur duplicem creant. Sint enim numeri. ii. iii. iiii. iii. ad. ii. sesqualter est. iiii. ad iii. sesquitertius quatuor ad duo duplus. Rursus primus multiplex primo additus superparticulari secundum multiplicem creat. Sint enim numeri. ii. iiii. vi. iiii. namqȝ ad. ii. duplex est. primus scȝ multiplex. vi. ad. iiii. sesqualter. qui est prim⁹ superparticularis. vi. ad duo triplus. qui secundus est multiplex. ꝙ si triplū sesquitertio addas: quadruplus efficitur. Atqȝ in hunc modum iunctis proportionibus multipliciuȝ ac supparticularium: in infinitum multiplices ꝓcreant̄.

De arithmetica geometrica armōica medietate. c. xii.

q Uoniam vero de ꝓportionibus que erāt interim tractanda prediximus: nunc de medietatibus est dicēdum. Proportio enim est duoruȝ terminorum ad se quedam comparatio: terminos āt voco numerorum summas: Proportionalitas est eq̄rum proportionum collectio. Proportionalitas vero in tribus terminis minima constat. Constat autē plerumqȝ in pluribus. vt in quatuor vel in sex terminis Cum enim primus ad secundum terminus eādem retinet proportionē: quam secundus ad tertium: dicit̄ hec proportionalitas. Estqȝ inter tres terminos medius. qui secundus est. has igitur proportiones medii termini coniungentis: trina partitio est. Aut enim eq̄ est differentia minoris termini ad medium: ⁊ medii ab maximum Sed non equa proportio vt in his numeris. i. ii. iii. inter vnum quippe ac duo ⁊ inter duo ⁊ tres tantum vnitas differentiam tenet. Non est āt equa proportio. Duo quippe ad vnum dupli sunt. ternarius ad duo sesqualter. Aut ē eq̄ proportio in vtrisqȝ: non vero equalibus differentiis constituta. vt in his numeris. i. ii. iiii. Nam duo ad vnuȝ ita sūt dupli quemadmodum quaternarius ad binarium. Sed inter quaternarium binariumqȝ binarius: inter binarium atqȝ vnitatem vnitas differentiaȝ facit. Est vero tertium medietatis genus quod neqȝ eisdem proportionibus neqȝ eisdem differentijs constat. Sed quemadmodum se habet maximus terminus ad minimum: ita se se habet maiorum terminorum differentia ad minorum differentiam terminorum vt in his numeris. iii. iiii. vi. Nam sex. ad. iii. duplus est. inter sex vero. ⁊ .iiii. binarius est. Inter. iiii. vero ac. iii. vnitas. Sed binarius cōparatus ad vnitatem: rursus duplus est: ergo vt est maximus termin⁹ in numeris ad minimum ita maiorum differentia ad minorum differentiam terminorum. Uocatur igitur illa medietas: in qua eque sunt differentie: arithmetica. Illa vero in qua eque proportiones: geometrica. Illa autem quam tertiam descripsimus armonica. Quarum hec subiciamus exempla.

Arithmetica			Geometrica			Armonica		
i	ii	iii	i	ii	iii	iii	iiii	vi
eque dr̄ie			eque ꝓportōes			diuerse dr̄ie: ⁊ ꝓpor.		

¶ Non v̄o ignoramus alias quoqȝ esse proportionum medietates: quas quidem in arithmetica diximus. sȝ ad presentem tractatum he sunt interim necessarie. Sed īter has tres medietates proportionalitas qdeȝ proprie. ⁊ maxime geometrica nuncupat̄ iccirco q̄m equis proportionibus tota contexitur. Sed tn̄ eodem vtemur promiscue vocabulo proportiōalitates etiā ceteras nuncupantes.

¶ De continuis medietatibus ⁊ disiunctis. ca. xiii.

Sed in his alia continua est proportionalitas. Alia disiuncta. Continua quidem vt superius disposuimus. Unus enim idemqȝ numerus medius: nunc quidem maiori. Supponitur: nunc quidem minori preponitur. Quotiens vero duo sunt medii tunc disiuncta proportionalitas nūcupatur: vt in geometrica hoc modo. i. ii. iii. vi. Nam vt est binarius ad vnitatem. ita senarius ad ternariū ⁊ vocatur hec disiuncta proportionalitas. vnde intelligi potest continuam quidem proportionalitatem. In trib⁹ ⁊ minimis terminis inueniri. Disiuncta v̄o in. iiii. pōt autem in. iiii. ⁊ in pluribus continua esse proportionalitas. siquidem hoc modo sit. i. ii. iiii. viii. xvi. Sed hic non erunt duo proportiones sed plures. semperqȝ vna minus: quā sint termini constituti.

¶ Cur ita appellate sint digeste superius medietates.

Capitulum. xiiii.

Icirco autem vna eorum medietas arithmetica nuncupatur: quod inter terminos Secundum numerum equa est differentia Geometrica vero secunda dicitur: quod similis est qualitas proportionis. Armonica

autem vocatur: quoniam ita coaptata est: vt in differentijs ac terminis equalitas proportionum consideretur Et de his quidem diligentius in arithmeticis disputatum est. nunc vero vt commemoremus: tantum ista percurrimus.

¶ Quemadmodum ab equalitate supradicte processerant medietates. Capitulum. xv.

Sed paulisper quemadmodum iste proportionalitates ab equalitate procreantur: dicendum est. Predictum est enim quod in numero valet vnitas. Idem in proportionibus equalitatem valere. Et sicut numeri caput est vnitas ita proportionum equalitatem esse principium. Quocirca hoc modo arithmetica medietas ab equalitate nascetur. positis enim tribus equis terminis. Hi duo modi sunt: quibus hec proportionalitas producatur Ponatur enim primus primo equus. Secundus primo et secundo. Tertius primo secundo ac tertio. Quod hoc monstratur exemplo. Sint vnitates tres Ponatur igitur primus primo equus idest vnus. Secundus primo ac secundo. idest duo. Tertius primo secundo ac tertio idest tres. eritque dispositio talis.

| i | i | i |
| i | ii | iii |

¶ Rursus tres sint binarii inequalitate constituti. ii. ii. ii. ponatur primus primo equus. idest. ii. Secundus primo et secundo idest. iiii. Tertius primo secundo ac tertio idest. vi. et erit dispositio hec.

| ii | ii | ii |
| ii | iiii | vi |

¶ Sed in his hoc speculandum est quod si vnitas fuerit ad equalitatis principium constituta: vnitas etiam erit in differentiis numerorum: ipsi vero numeri inter se nullum intermittunt. Si vero binarius teneat equalitatem: binarius est differentia et vnus inter terminus semper numerus intermittitur. Sin vero ternarius: idem differentia est inter terminos vero duo naturaliter constituti intermittuntur Ac deinceps ad hunc modum. Est etiam alia proportionalitatem arithmetica procreandi via. ponantur enim tres eq termini: constituaturque primus primo ac secundo equus Secundus primo ac duobus secundis. Tertius primo et duobus secundis ac tertio: vt si sint tres vnitates. Sit primo primo ac secundo equus idest. ii. Secundus vero primo ac duobus secundis idest. iii. Tertius autem primo duobus secundis ac tertio. Idest quatuor.

| i | i | i |
| ii | iii | iiii |

¶ Hic igitur terminorum differentiam vnitas tenet. inter binarium enim et vnitatem atque inter ternarium ac binarium. Unitas interest. Nullus vero naturalis numerus intermittitur. Post vnitatem enim mox binarius est: ac post binarium ternarius: naturaliter constitutus idem rursus in binario fiat. Sintque tres binarii. et sit primus primo ac secundo equus. i. quaternarius. Secundus vero primo et duobus secundis. idest senarius. Tertius autem primo duobus secundis ac tertio idest octonarius.

| ii | ii | ii |
| iiii | vi | viii. |

¶ Hic quoque binarius tenet differentiam terminorum vno inter eos naturaliter intermisso. Nam inter. iiii. et. vi. quinarius naturaliter intermittitur. inter. vi. atque. viii. Septenarius collocatur. Quod si ternarius equalitatis principium sit: fiet ternarius differentia verbi gratia. Sint termini tres ad regulas superiorum subtus.

| iii | iii | iii |
| vi | ix | xii |

¶ In his ergo ternarius est differentia et duo numeri intermissi idest vno minus quam sit differentia semper numeris intermissis. Atque idem et in quaternario. quinarioque perspicitur: Et que nos propter breuitatem tacemus. Isdem regulis ex semetipso diligens lector inueniet. Geometrica vero proportionalitas tunc quemadmodum inueniri ab equalitate possit ostendimus: quando quemadmodum ab equalitate omnis inequalitas profluit monstrabamus. Nisi tamen fastidium est nunc quoque breuiter repetendum est. Constitutis enim tribus equis terminis ponatur primus primo equus. Secundus primo ac secundo. Tertio primo duobus secundis ac tertio. Idemque fiat continue atque ita ex equalitate: geometrica proportionalitas principium sumat. Sed de harum proportionum proprietatibus quam diligentissime in arithmeticis diximus. quod si ad hec illis instructus lector accedat: nullo dubitationis errore turbabitur: Armonica vero medietas de qua nunc paulo latius tractandum est: hac ratione procreatur Constituatur enim si quidem duplices curamus effingere: tribus equis terminis positis primus primo ac duobus secundis equalis Secundus duobus primis et duobus secundis. Tertius semel primo: bis secundo: et ter tertio. Atque hoc modo sint vnitates. i. i. i. Constituatur igitur primus primo ac duobus secundis equalis. i. ternarius. Secundus vero duobus primis et duobus secundis. i. quaternarius. tertius vero primo ac duobus secundis et tribus tertiis. i. sex. Et si in binariis equalitas construatur: vel internariis eadem ratione medietatis apparet duplo a se terminis differentiis. distantibus vt subiecte descriptiones monent.

| i | i | i |
| iii | iiii | vi |

| ii | ii | ii |
| vi | viii | xii |

| iii | iii | iii |
| viiii | xii | xviii |

¶ Quod si facienda est in extremitatibus tripla proportio: tribus equis terminis constitutis. Primus quidem faciendus est ex primo ac secundo. Secundum vero ex primo ac duobus secundis. tertius autem ex primo duobus secundis ac tribus tertiis vt est subiecta descriptio.

| i | i | i |
| ii | iii | vi |


| ii | ii | ii |
| iiii | vi | xii |

| iii | iii | iii |
| vi | ix | xviii |

¶ Sed ingressi armonicam disputationem que de ea diligenter dici possunt tacite pretereunda esse non arbitror. Collocetur igitur armonica proportionalitas atque ea descriptione superiore ordine terminorum inter se differentie disponantur.

| Diffe | i | ii | rentie |
| iii | iiii | vi |

¶Uides ne igitur.vt.iiii.ad tres diatessarō consonātiam prodant.vi.ad.iiii.diapente concordent.vi.vero ad.iii.diapason misceant simphoniam:ipseq3 earum differentie rursus eandez statuant consonantiā Binarius enim ad vnitatem duplus est in diapason consonantia constitutus.q2 si se extremitates multiplicent:itemq3 medius sui multiplicitate succrescat: comparati numeri toni habitudinem concordiamq3 seruabunt.ter eniz sex efficiunt.xviii.quater.iiii.fiet xvi.Sed.xviii.numerus.xvi.numerum minoris parte octaua transcendit.Rursus minimus terminus si se ipse multiplicet efficiet.ix.Quod si maior termin⁹ sui multiplicatiōe ꝯcrescat efficiet.xxxvi.qui sibimet ꝯparati quadruplā.i.bis diapason ꝯcinentiam seruant.q2 si hoc diligentius īspiciamus:hec erit omnis rei differentiarum vel terminorum in se inuicez multiplicatio.Minimus enim terminus.si medio multiplicetur fient.xii.Item minimus terminus.si maximo multiplicetur fient.xviii.Medius vero terminus si maximi numerositate augeatur.fient.xxiiii.Rursus minimus terminus si se ipso concrescat:fient.ix.Eodem modo si medius fient.xvi.Sēarius vero qui maximus est si se ipm multiplicet.xxxvi.reddet.hec igit̄ in ordinem disponantur.xxxvi.xxiiii.xviii.xvi.xii.ix.sunt igitur diatessaron consonantiā resonātes.xxiiii.ad.xviii.ꝛ.xii.ad.ix.diapente vō xviii.ad.xii.ꝛ.xxiiii.ad.xvi.ꝛ.xxxvi.ad.xxiiii.Tripla autem que est diapēte ꝛ diapason.xxxvi.ad.xii.Quadrupla vero que est bis diapason.xxxvi.ad.ix.epogdous vero qui tonus ē xviii.ad.xvi.comparatione seruatur.



¶Quemadmodum inter duos terminos supradicte medietates vicissim collocentur.

Capitulum.xvi.



SOlent autem duo termini dari proponiq3 vt inter eos nunc quidē arithmeticam:nunc vero geometricam :nunc armonicam medietatem ponam⁹.de quibus in arithmeticis quoq3 dixim⁹ Id tamen ipsum nunc etiam breuiter explicemus.Si arithmetica medietas quare:datorū terminorū videnda differentia est.eademq3 diuidēda ac minori termino adiicienda.Sint enim decem.ꝛ.xl.altrinsecus termini constituti: horumq3 medietas secundum arithmeticam proportionalitatem queratur.differentiam prius vtrorumq3 respicio que est.xxx.hanc diuido fiunt.xv.hanc minori termino.idest decem appono:fiunt.xxv.Si igitur hic inter.x.ꝛ.xl.medius collocetur.fit arithmetica proportionalitas hoc modo.x.xxv.xl.Item īter eosdē terminos medietatem geometricam collocem⁹.Extremos propria numerositate multiplico.vt.x.in.xl.fiūt.cccc.horum tetragonale latus assumo:fiunt viginti.Uicies enim viginti fiunt.cccc.Hos igitur.xx.medios inter.x.ac.xl.si collocem:fit geometrica medietas subiecta descriptione formata.x.xx.xl.Si vero armonicam medietatem queramus:sibimet ipsis copulam⁹ extremos.vt.x.ꝛ.xl.fient.l.Earum differentiam que est.xxx.In minorem terminum multiplicem⁹.scilicet in.x.vt fiant decies.xxx.qui sunt.ccc.hos secundum.l.partimur fiunt.vi.Quos cuz minori termino addiderimus fient.xvi.hūc igitur nūerū si inter.x.ac.xl.medium collocemus:armonica proportionalitas expeditur.x.xvi.xl.

¶De consonantiarum modo secundum nichomacum.

Capitulum.xvii.

s SEd his hactenus.nunc illud addendum videtur quemadmodū pythagorici probant consonātias musicas in predictis proportiōibus inueniri.in qua re scilicet.eis ptholomeus nō videtur assensus : de quo paulopostertus dicemus.hec enim ponenda est maxime esse prima suauisq3 cōsonantia:cuius proprietatem sensus apertior comp̄hendit.Quale enim est vnumquodq3 p̄ semetipsum tale ꝛ deprehēdit̄ sensu.Si igit̄ cūctis notior ē ea cōsonātia:que in duplicitate ꝯsistit:nō est dubiū primā esse

esse omnium diapason consonantiam meritoqȝ excel lere: quoniam cognitioe precedat. Relique vero hūc necessario secundum pythagoricos ordinem tenent: quem dederit multiplicitatis augmenta: ei superpar ticularis habitudinis detrimenta. Monstratum qppe est: q multiplex inequalitas superparticulares pportiones meriti antiquitate transcendat. Quocirca naturalis numerus ab vnitate vsqȝ ad quaternariuȝ disponatur. i. ii. iii. iiii. Igitur vni binari⁹ cōparatus pportionē duplicē facit: ⁊ reddit diapasō cōsonantiam eam que est maxima ei simplicitate notissima. si vero vnitati ternarius comparetur: diapason ac diapente concordiam personabit. Quaternarius vero vnitati comparatus quadruplam tenet. bis scȝ diapason efficies symphonia q si ternarius binario comparetur diapente. Si vō que ternarius ternario diatessaron. consonātiam supplet. isqȝ est horuȝ ordo cunctis ad se inuicem comparatis: Nam comparatio que restat: Si quaternariū binario comparemus: cadet in duplicem proportionem: quam tenebat ad vnitatem binarius comparatus. itaqȝ maxime distant soni in bis diapason: cum a se quadrupla interualli dimensione discedūt. Minimū vero: cū acutior grauiorem tertia grauioris pte trāscendit. Ac stat deinceps continentiarum modus qui neqȝ vltra quadruplam possit extendi: neqȝ intra partem tertiam coartari: ⁊ secundum nichomacum quidem hic consonantiarum est ordo: vt sit prima diapason: secunda diapason ei diapente: tertia bis diapason. quarta diapente. quinta diatessaron.


¶De ordine consonantiaruȝ sententia eubolidis ⁊ hypasi. Capitulum. xviii.


Ed eubolides atqȝ hypasus alium consonātiarum ordinem ponunt aiunt enim multiplicitatis augmenta superparticularitatis diminutioni rato ordine respondere. Itaqȝ non posse esse duplum nisi dimidium: nec triplum preter tertiam partem. Quoniam igitur sit duplum: ex eo diapason consonantam reddi. Quoniam vero sit dimidiuȝ: ex eo quasi contraria diuisione sesqualteram. i. diapente effici proportioneȝ. Quibus mixtis scilicet diapason ac diapente triplicem pcreari. que vtramqȝ continet symphoniam. Sed rursus triplicis partem tertiam contraria diuisione partiri. Ex qua rursus diatessaron symphonia nascetur. Triplicem vero atqȝ sesquitertium iunctos quadruplam comparationem proportionis efficere. vnde fit vt ex diapason ⁊ diapente que est vna consonantia ⁊ diatessaron vna continentia coniūgatur: que in quadruplo consistens bis diapason nomen accepit. Secūdum hoc quoqȝ hic ordo est: Diapason. diapente diapason: ac diapente. diatessaron: bis diapason.


¶Sententia nichomaci que quibus consonātiis apponantur.

¶Capitulum. xix.

s Ed nichomacus non eandem eis esse arbitratur contrariam positioem. Sed potius vt vnitas in arithmeticis crementi erat diminutionisqȝ principium: ita etiam diapason symphoniam reliquarum esse principiuȝ. illas vero sibi contraria diuisione posse constitui. id vero facilius erit cognitu. si prius preuideatur in numeris: constituatur igitur vnitas: ducqȝ ab ea partes fluant vna multiplicis. alia diuisionis. Sitqȝ hec formula.



¶Et ad hunc modum ad infinita progressio est binarius enim vnitatis duplex est. Contraria vero ei⁹ pars eisdem dimidium vnitatis ostēdit. Tres triplus ⁊ cōtraria pars tertia. Quattuor quadruplus parsqȝ ⁊ contraria quarta. Atqȝ ita crescendi ⁊ decrescendi in simplici est vnitate principium. Idem igitur nūc ad consonantias conuertamus. Est igitur diapason que est dupla supremi loco principii. Que vero relique sunt: in contraria diuisione hoc modo. Sesqualter qdem triplo: sesquitertius vero quadruplo. Quod tali argumentatione probabitur. Idem enim primum ē sesqualter: qui primus triplus scilicet principalis vnitatis. Nam ternarius idem primus triplus est: si imitati. Idem primus sesqualter. Si binario comparet. Rursus idem ternarius eiusdem differentie quam ad binarium facit: cuius naturaliter posit⁹ probatur esse sesqualter: triplus est. Cum igitur iure sesqualter triplici opponatur. Diapente consonantia diapente ac diapason consonantie rationabiliter putatur opponi. Rursus quadruplus sesquitertij contrariam diuisionem tenet: Nam qui est primus quadruplus idem rursus primus sesquitertius inuenitur hoc modo. Quaternarius quippe primus est quadruplus si vnitati: primus sesquitertius: si ternario comparetur Rursus eius differentie quam inter se ac ternarium tenet: ipse fit quadruplus. Unde fit vt sesquitertia pportio: que est diatessaron: quadruple proportioni q est bis diapason in ɔtrariū diuidatur: Dupla vō quoniam nullam habet oppositā proportioneȝ nec vllius ipsa sesqualtera ē: aut extat numer⁹: cui possit binari⁹ qui prim⁹ est duplus: superparticulari proportiōe cōiungi: talē formā contrarie proportionis excedit. Atqȝ iccirco secūdū nichomacum diapason consonantiarum principium teneat hoc modo.



¶ Sed quamuis ita sese habeat: inquit tamen omnes melius multiplices proportiones consonantiarum precedere: super particulares sequi: sicut paulo ante descripsimus. Cum igitur consonantia sit duarum vocum rata permixtio sonus vero modulate vocis casus vna intentione productus: sitqꝫ idē minima particula modulationis: omnis vero sonus constet impulsu. Pulsus vero omnis ex motu fiat: tumqꝫ motuum aliqui sint equales: Alii vero inequales: inqualium vero alii sint multo inequales. alii vero minus. alii vero mediocriter inequales: Ex equalitate quidem nascitur sonorum equalitas. Ex inequalitate vero ea que secunduꝫ mediocritatem distantie inequales sūt: māifeste: primeqꝫ ac simpliciores eueniunt proportiones que sunt .s. multiplices aut superpticulares. dupli. tripli q̄drupli. sesqualteri atqꝫ sesquitertii consonantie. Ex his vero que in reliquis proportionibus: vel multimode vel non ita claris. vel longe omnino a se distantibus inequalitates fiunt: dissonantie existunt. Nulla auteꝫ sonorum concordia procreatur.

¶ Quid oporteat premitti vt diapason in multiplici genere demonstretur.

Capitulum. xx.


Hoc igitur ita distincto: demōstrabitur diapason consonantia que cunctarum optima est in multiplici inequalitatꝫ genere ꝛ in duplicitatis habitudine reperiri. Ac primum quidem illud demonstrandum quemadmodum in multiplicitatis genere diapason consonantia possit agnosci. Precurrenduꝫ est igitur ad breue qddam quo prius cognito facilior demonstratio fiat. ab omni superparticulari: si continuam ei superparticularem quis auferat proportionem que est scilicet minor id quod relinquitur minus est eius medietate que detracta est proportiōis vt in sesqualtera ac sesquitertia. Quoniam sesqualtera maior est: sesquitertiaꝫ de sesqualtera detrahamus. Relinquitur sesquioctaua proportio: que duplicata non efficit integram sesquitertiam proportionem sed ea distantia minor est q̄ in semitonio reperitur. q̄ si duplicata sesquioctaua comparatio non est integra sesquitertie: simplex sesquioctaua non est sesquitertie proportionis plena medietas. q̄ si sesquiquartum sesquitertio auferas id qđ relinquitur medietatem sesquiquarti non efficit. idēqꝫ in ceteris.

¶ Demonstratio per impossibile diapason in multiplici genere esse.

Capitulum. xxi.



Ac nunc ad diapason consonantiaꝫ redeamus: q̄ si ea non est in multiplici genere inequalitatis: cadet in superparticulare ineq̄litatis genus. Sit igitur superparticularis proportio diapason consonantia. Auferatur ab ea continua consonantia .i. diapente: relinquitur diatessaron. His igitur diatessaron minus est vno diapente ei ipsum diatessaron non implet diapente consonantie medietatem q̄ est impossibile Monstrabitur enim bisdiatessaron tono ac semitonio consonantiam diapente transcendere. Quocirca nec diapason quidem insuper particulari inequalitatis genere poni potest.



¶ Demonstratio per impossibile diapente diatessarō ei tonum insuper particulari esse.

¶ Capitulum. xxii.



Restat igitur vt diapente ac diatessaron ꝛ tonum hi super particulari ponenda esse monstremus. Nā ꝛ si id in prīa quoqꝫ pbatione ea qua diapason insuper particulari genere non esse ponendam mōstrauimꝰ id quoqꝫ quodam rationis modo pclaruit. Sigillatim de eo ac diligentius pertractemus: Nam si in superparticulari quis has habitudines ponēdas eē nō dixerit in multiplici genere fatebitur collocādas. Nā insuperpartienti vel ceteris mixtis cur poni non possint: superius (vt arbitror) explanatum est. ponātur igitur si fieri potest in multiplici genere. Et quoniam diatessaron consonantia minor est. diapēte maior diatessaron duplici. diapente vero triplici proportioni multiplicitatis ap tetur. Verisimile est enim vt est consonantia

nantia diatessaron consonantie diapente cōtinua. ita si diatessaron in duplici statuitur. diapente in continua duplicis poni .i. triplici. Tonus autem quoniam in habitudinibus musicis post diatessaron locatur: nimirum inea proportione ponatur: que est minor duplici. hec autem in multiplicitatis genere non potest inueniri. Restat igitur in superparticularis habitudinem cadat Sit igitur prima .i. sesqualtera toni ꝓportio. Nam si duplicem auferamus triplici: quod relinquitur sesqualter est. Quod si diatessaron quidem duplex est. diapente vero triplum: sublato diatessaron a diapente tonus reliquus fit: nullo modo dubitari potest: quin tonus in sesqualtera debeat proportione constitui. Sed due sesqualtere proportiones duplicem vincunt. Quemadmodum ex arithmeticis instructus sibi potest quisq; colligere. Duo igitur toni diatessaron superabunt: qꝫ est inconueniens. diatessaron enim duos tonos semitonii spatio transcendit. Non igitur fieri potest: vt non diapente ac diatessaron insuperparticulari inequalitatis genere collocecetur. qꝫ si quis tonum quoq; in multiplici genere eē perscribat quoniam quidem tonus minor quam diatessaron. Diatessaron vero minus est quā diapente diapente quidem ponatur in quadrupla. diatessaron in tripla. tonus in duplici: Sed diapente constat ex diatessaron ꝛ tono. Quadruplum igitur secundum hanc rationem constabit ex triplo ac duplo. quod fieri nequit. Rursus statuatur diatessaron quidē in triplici ei diapente in quadruplo. Si igitur auferamus triplum a quadruplo: sesquitertius relinquetur. Rursus si diatessaron diapente consonātie subtrahas: fit reliquus tonus: Tonus igitur secūdum hanc rationē in sesquitertia proportione constabit. Sed tres sesqtertii vno triplici minores fiūt. Tres igitur toni vnū diatessarō nulla ratione supplebunt. quod est falsissimum. Duo enim toni ac semitonium minus diatessaron consonantiam supplent. Ex his igitur demōstratur diatessaron consonantiam non esse multiplicem. Dico autem quoniam nec diapetente consonantia. in multiplici genere poterit collocari. Naꝫ si in eo statuatur: quoniam est ei minor continua idest diatessaron. non locabitur diapente: in multiplici minimo .i. duplici scilicet vt sit locus: quo diatessaron consonantia possit aptari. Sed. diatessaron cōsonantia multiplicis generis non est. Quo circa nec diapente. in maiore habitudine multiplicis quam est dupla que minima est aptari potest. Si igitur diapente in minima scꝫ dupla diatessarō vero que minor est in multiplici quidem aptari non potest. Non est enim minus quicq; duplici. Si igitur sesqualtera. Tonus vō sesquitertia. In continua enī proportione locabitur. Sed duo sesquitertii ampliores sunt vno sequaltero. Duo igitur toni vnam diatessaron consonantiam vincent: qꝫ nulla ratione continget. Ex his igitur aprobatur diapente ac diatessaron in multiplici genere collocari nō posse: quocirca in superparticulari genere inequalitatis iure ponentur.

¶ Demonstratio diapente ꝛ diatessarō in maximis superparticularibus collocari.

Capitulum. xxiii.



Illud quoq; addendum necessario est: quoniam si diapente ac ditessaron superparticulares proportiones tenent: in maximis superparticularibus proportionibus collocantur. Sunt autem maxime sesqualtera ꝛ sesquitertia. Hoc vero approbabitur hoc modo. Nam si in minoribus proportionibus quam sesqualtera vel sesquitertia. diapente ac diatessaron cōsonantie collocentur. non est dubium quin sicut alie proportiones superparticulares preter sesqualteram ꝛ sesquitertiam iuncte non efficiunt vnum duplum. ita diapente ac diatessaron vnum diapason nulla ratione concludunt. Quoniam enī diapason in duplici proportione esse monstratum est. duplex vero proportio ex sesqualtero sesquitertioq; componitur. Diapason vero ex diatessaron ac diapente copulatur: non ē dubium quin si totum diapason in duplici statuatur diapente ꝛ diatessaron in sesqualtera sesquitertiaq; proportione sint locande. Aliter enim non poterunt diapason iuncte perficere: que consonantia in duplici proportione consistit. Nisi in duabus proportionibus steterint sesqualtera. scilicet ac sesquitertia. Alie enī proportiones superparticulares hanc nulla ratione comungent.

¶ Diapente in sesqualtera diatessaron in sesquitertia esse tonum in sesquioctaua.

Capitulum. xxiiii.



Ico autem quoniam proprie diapente in sesqualtera. ꝛ diatessarō. in sesquitertia ꝓportione consistit. Quoniaꝫ enī inter vtrasq; proportiones sesqualteram scilicet ꝛ sesquitertiaꝫ Sesqualtera maior est ꝛ sesquitertia minor. quoniamq; in ꝯsonantiis diapente maior: diatessaron minor: apparet maioreꝫ proportionē maiori: ꝛ minorem minori esse consonantie aptanduꝫ Erit igitur quidem diapente in sesqualtera: diatessaron vero in proportione sesquitertia collocāda. Qꝫ si diatessaron a diapente consonantiam subtrahamus: reliquitur spatium: quod dicitur tonus. Sesquitertiū vero si proportioni sesqualtere minuam⁹: relinquit sesquioctaua ꝓportio. Quo fit vt tonus. in sesqoctaua debeat ratione constitui.

¶ Diapason ac diapente: In tripla proportiōe esse. bis diapason In quadrupla. Capitulum. xxv.

S Ed quoniam demonstratum est diapason qdē duplam diapēte vō sesqualteraꝫ. iunctas vero duplaꝫ ac sesqualteram: triplicē ꝓportionem procreare: ex his etiā apparet diapēte ac diapason in triplici ꝓportiōe cōstitui. Sed si qs triplici proportioni sesquitertiam habitudineꝫ iūgat: quadruplaꝫ facit. Igit̃ si diapente ac diapason. ꝯsonantijs diatessaron symphonia iūgatur: fit q̄druplū spatiū vocum: quod bis diapason supra esse monstrauimus.


¶ Diatessaron ac diapason non esse consonantiā: secūdum pythagoricos. Capitulum. xxvi.

S Ed in his illud diligens lector agnoscat. qꝫ consonantie consonantijs supposite alias q̄sdam consonantes efficere. Nā diapente ac diatessaron iuncte diapason (vt dicum est) creant. huic vero diapason rursus si diapēte symphonia iungatur fit consonātia q̄ ex vtrisq; vocabulis nūcupatur. diapasō. s. ac diapente. Cui si diatessarō addatur: fit bis diapason: que quadruplam proportioneꝫ tenet. Quid igit̃ si diatessarō ac diapason ꝯsonātias iungamus. vllam ne secundum pythagoricos efficiēt cōsonantiam. Minime. Mox enim in suppartiens inēq̄litatis gen⁹ cadit: nec seruat vel multiplicitatis ordinem: vel superparticularitatis simplicitatē. Age. n. statuātur numeri quibus id facilius approbemus. sit

enī ternarius: cuius sit senarius duplus. scilicet in diapason consistens proportione. huic aptetur sesquitertia quam diatessaron esse prediximus: vt octonarius Js. enim ad senarium diatessaron proportionem tenet: Qui octonarius ad ternarium comparatus habet eum bis. Sed ne sit multiplex habet etiam eius aliquas partes neqꝫ eas simplices. Duabus enim euꝫ superuenit vnitatibus: que sunt due tertie partes ternarii. quem primum terminum minimumqꝫ locam⁹ Sint igiṫ termini hi. iii. vi. viii. Illud quoqꝫ ꝙ iter duas sibi cōtinuas cōsonantias cadit: ꝛ. n. neqꝫ duplū est integrum vt diapason consonantiam prodat: neqꝫ triplum: vt diapason ac diapente efficiat simphoniam Cui si tonus addatur: mox triplum modum proportionis efficiet. Quoniam enim diapason ac diapēte sibi iūcte efficiūt triplū. Diatessarō vo ꝛ tōus diapēte ꝯsonātiā iūgūt. si diapasō ꝯsonātia addaṫ diatessarō: incōsonū fit: qm̄ inter duplicē ac triplicē nulla potest naturaliter proportio multiplicitatis intelligi. ꝙ si ei adiicio tonum: fit diapason diatessaron ꝛ tonus: quod nihil distabit vtrum diapason ac diapente sit: Diatessaron enim ꝛ tonus diapente constituunt. Sit enim diapason quidem. iii. ꝛ. vi. Diatessaron. vi. ꝛ. viii. Tonus. viii. ꝛ. ix. Diapente. vi. ꝛ. ix. Diapason ac diapente. iii. ac. ix. Erit igitur sic tripla ꝓportio. iii vi. viii. ix. Sed quāquam de his multa nichomacus: nos tamen qua potuimus breuitate partim ea ipsa que pythagorici affirmant promentes: partim ꝛ eisdem quedam consequētia argumentantes: probauimus: Si diatessaron consonantie diapason addatur consonantiam ex his coniungi non posse. quid vero sentiat de his ptolomeus: posterius apponam. Sed de his hactenus: Nunc de semitonis considerandū ē

¶ De semitonio in quibus minimis numeri constet. Capitulum. xxvii.

Videntur enim semitonia nuncupata nō ꝙ vere tonorum sint medietates. ꝫ quod sint non integri toni: huiusqꝫ spatii quod nūc quidem semitonium nuncupamus: Apud antiquiores autem limma vel diesis vocabatur: hic modus est. Cum enim ex sesquitertia proportione q̄ diatessaron est. due sesquioctaue habitudines. que toni sunt: auferuntur: relinquitur spatium quod semitonium nuncupatur. Queram⁹ igiṫ duos tonos continua dispositione descriptos Sꝫ quoniam hi (vt dictum est) in sesquioctaua proportione consistunt: duasqꝫ sesquioctauas proportiones continuas adhibere nō possumus. nisi multiplex ille: aquo hee deriuari possint: reperiatur. sit vnitas prima eiqꝫ octonarius octuplus primus. ab hoc igitur vnum sesquioctauum potero deriuare. Sed quia duos querim⁹ fient octies octo: atqꝫ ex eo. lxiiii. explicentur. Erit igitur secundus. octuplus. a quo possumus duas sesquioctauas ꝓportiones educere. Itaqꝫ octo que est octaua pars. lxiiii. vnitatum eisdem additi totam summā lxxii. perficiunt. his vero si sua octaua similiter opponatur: que est nouenarius lxxxi. reddunt. Eruntqꝫ hi duo toni continui principali dispositione conscripti. lxiiii. lxxii. lxxxi. Nunc igitur. lxiiii. vnitatuꝫ sesquitertium conquiramus. Sed quoniam. lxiiii. probantur tertiā partem non habere: si omnes hi numeri ternario multiplicētur. mox eis pars tertia cōtigit: ꝛ oēs in eadē ꝓportiōe durabunt: qua fuerūt anteqꝫ his ternari⁹ multiplicator accederet: fiāt igiṫ ter. lxiiii. cxcii. horū tertia. lxiiii. eisdē addita. cclvi. reddet. Erit igiṫ hec sesquitertia proportio diatessarō ꝯsonātiā tenēs Nūc igitur; duas sesquioctauas proportiōes ad. cxcii. duobus se numeris continētes rato ordie collocem⁹ fiant igitur ter. lxxii. i. ccxvi. Rursus ter. lxxxi. q sunt. ccxliii. Qui inter duos supraścriptos terminos collocētur hoc modo. cxcii. ccxvi. ccxliii. cclvi.



¶ In hac dispositione proportionum. Primus numerus ad postremum diatessarō consonantiam constituit. Idē vero primus ad secundum ꝛ secūdus ad tertiū geminos constituūt tonos. Constat igitur spaciū quod relinquitur ex. ccxliii. ad. cclvi. in quib⁹ minim⁹ semitonij forma consistit.

¶ Demonstrationes non esse. ccxliii. ad. cclvi. toni medietatem. Capitulum. xxviii.



Approbo igitur. ccxliii. ad. cclvi. distātiam non esse integram toni medij dimensionē Etenim ducentorum quadraginta trium ꝛ ducentorum. lvi. differentia tredecim tātum vnitatibus continetur. Qui tredecim minus quidem quam minoris octauam decimaꝫ: pl⁹ vero quam nonamdecimam obtinent partem. Si. n. octies decies tredecim ducaś efficies. ccxxxiiii. qui. ccxliii. nullo modo equabit. Si decies nouies multiplices: superuadent: cum oporteat omne semitoniuꝫ si sit in integꝛ tōi dimidiū teneat: inter sextamdecimā partem ac septimādecimā collocari. Quod posterius demonstrabiṫ. Nunc illud liquebit talē semitonij distantiā sibimet geminatam. vnū toni spatium nō posse cōplere. Age enī vt sese. cclvi. ad. ccxliii. hꝫ tales duas sibimet ꝯtinuas ꝓportiōes secūdū superi⁹ descriptā regulā disponamus. cc. enim. l. ꝛ. vi. insemet ipsos multiplicemus. ꝛ sit maximus terminus. lxv. dxxxvi. Item. ccxliii. propria numerositate cōcrescāt. ꝛ sit minimus terminus. lix: ccxliii. Rursus. cclvi. ad ducentorum xliii. multitudinem concrescāt. Erit igitur numerus. lxii. cciiii. hic igitur medius collocetur hoc modo.

| lxv. dxxxvi | lxii. ccviii | lix. xlix. |

¶ In eadē igitur sunt ꝓportione ducenti. lvi. ꝛ. ccxliii. In qua. lxv. d. xxxvi. ad. lxii. ccviii. Et item. lxii. ccviii. ad. lix. xlviiii. Sed maximus eoꝝ terminus qui ē. lxv. dxxxvi. ad minimum qui est. lviiii. xlviiii. Vnum integrum non efficit tonum. ꝙ si primi ad secundum proportio que est equa secūdi ad tertium proportioni: integri esse semitonii probaretur: duo dimidia iuncta vnuꝫ necessario efficerent tonum. Nunc āt cum non sit extremorum terminoruꝫ sesquioctaua proportio: manifestum est hec duo spacia proprie tonorum dimidia non videri. Quicquid enim cuiuscumqꝫ est dimidium id si duplicetur illud efficit: cuius dicitur esse dimidium. Si vero illud implere non possit geminata ꝑticula min⁹ est parte dimidia. Si vero supfluat ac superuadat: plus est parte dimidia. preterea ꝓbabuntur. lxv.

buntur.lxv.dxxxvi.non facere sesquioctauaз propor tionem. Si.lviiii.xlviiii.vnitatibus comparentur: si octaua pars.lix.xlviiii.eisdem secundum eas que in aritbmeticis dicte sunt regulas aggeratur. Que qm̄ in integris numeris non consistit: Jccirco eandē octauam partem relinquimus.lectorum diligentie computandam.liquet igitur eaз pportionez que in.cclvi ꝛ.ccxliii.est constituta:non esse integrum dimidium toni quocirca id quod vere semitonium nuncupatur pars toni minor est quam dimidia.

¶ De maiore parte toni in quibus minimis numeris constet. Capitulum.29.

Reliqua igitur pars q̄ maior est:apotome nuncupatur a grecis a nobis vero potest vocari decisio. Jd enī natura fert:vt quotiens aliquid secatur ita vt nō equis partibus diuidatur:quāto minor pars dimidio minor est:tanto maior pars eadē que auctior est dimidium vincat Quantum igitur semitoniuз min⁹ integro dimidio toni minus est:tāto appotome toni integrum superat dimidium ꝛ vincit. Et quoniā docuimus semitonium in.cclvi.ꝛ.ccxliii. pricipaliter stare:nunc ea que apotome dicitur: Jn qbus possit minimis constare numeris approbemus. Si igiť ccxliii. partem recipere octauam possent cum ad euз sesquioctauus numeris comparetuur:tunc:cclvi. habitudo ad sesquioctauam summam minimi numeri comparata:apotomē necessaria ratiões mōstraret. Nūc vero ei quoniam pars octaua deesse mōstratur:vtriqꝫ numeri octies fiant. Et ex.ccliii. quidē octies multiplicatis fit numer⁹. M.dcccexliiii. Quibus si ppria conferatur.octaua qui sunt.ccxliii.fient.ii. clxxxvii. Rursus.cclvi.per octonarium crescant. fient igitur. ii.xlviii. Atqꝫ hic supra scriptorum terminorū in medio collocetur.

semito.min⁹		apotōe
m.dcccexl4	ii.xlviii	ii.clxxxvii

Tonus

¶ Tertius igitur terminus ad primuз toni retinet proportionem. Secundus ad primum semitonii minoris Apotomes vero tertius ad secundum. Atqꝫ in hisdē primis apotomes videtur constare proportio:cum semitonii.in.256.ꝛ.243.nūeris spatiū cōtineatur. Jccirco autem.M.dcccexliiii.ꝛ.ū.xlviii.in eadem pportione sunt:qua.ccxliii.ad ducentos lvi.quoniā. cclvi. ꝛ ccxliii.octonario multiplicati sunt. Si eniз vnus numer⁹ duos quoslibet numeros multiplicet:qui ex ea multiplicatione nascuntur. Jn eadem erunt proportione:qua fuerunt hi numeri.quos prior numerus multiplicauit.

¶ Quibus proportionibus diapente diapason constet ꝛ quoniam diapason sex tonis non constet.

Capitulum.30.

Se quoniam de diatessaron consonantia latius diximus:breuius.ꝛ pene puris numeris de diapason ac diapente consonantiis disseramus. diapente enim constat ex tribus tonis ac semitonio. Jdest ex diatessaron ꝛ tono. Disponantur enī numeri quos superior descriptio ꝯprebēdit.cxcii.ccxvi.ccxliii. cclvi Jn hac igitur dispositione primus terminis ac secundum ꝛ secundus ad tertium tonorum retinet proportiones. Sed tertius ad quartum semitonii minoris: vt supra monstratum est. Si igitur.cclvi.octaua eisdem quorum octaua est apponatur:fient cclxxxviii. Quibus cxcii.comparati sesqualterum spatium proportionis efficiunt. Quocirca tres quidem toni sunt: si primus ad secundum secundus ad tertium: quint⁹ conferatur ad quartum. Semitonium vero minus tertii ad quartum terminum comparatio tenet. q2 si diatessaron quidē duoꝝ tonoꝝ est ac semitonii:minoris diapente vero trium tonoruз ac semtonii minoris:iuncte vero diatessaron ac diapente vnum diapason videntur: efficere.erunt quinqꝫ toni ꝛ duo spatia semitoniorum minora:que vnum tonum non videantur.implere. Non est igitur diapason consonantia constans sex tonis vt aristoxenus arbitratur. quod in numeris quoqꝫ dispositū euidētur apparet. Sex enim toni in ordinem disponantur.s.in sesquioctauis proportionibus constitutī.sex vero sesquioctaue proportiones a sexto octuplo procreantur. Disponantur igitur sexoctupli.hoc modo.

i	8	64	512	4.96	
31.768		262		144	

¶ Ad hoc igitur vltimo numero sex toni in sesquioctaua proportione constituti locentur hoc mō. Dispositis primum octuplis terminis:vt octaue terminoruз parte ipsorum terminoꝝ lateribus adiungantur. sit autem descriptio talis.

octupli	i	9	69	512
4.96	32.768		262.144	

sesquioctaui	Partes octaue
262.144	32.768
294.9 2.	36.864
331.776	41.472.
373.248.	46.657.
419.904	52.488
472.392	59.49
531.441	


¶ Huius igitur dispositionis hec ratio est. Continuus enim versus:qui limes dicitur:octuplos numeros tenet. A sexto vero octuplo sesquioctaue proportiones ducuntur. vbi vero octauas partes scripsimus: octaue sunt eorum numerorum partes:quibus adiacent. Que si eisdem quibus adiacent apponātur: posteriores numeros creant:vt in primo qui est. cclvii.cxliiii. huius octaua.32.768.hi sibimet si coniungātur: posteriorem efficiunt numerum qui est.294.912. Jdēqꝫ in ceteris inuenitur. Si igitur. vltimus numerus qui est.531.441.duplus est esset prioris numeri. qui est.262.144.recte diapason sex tonis constare videretur. Nunc autem si minimi numeri.i.prioris duplicem conquiramus minor erit eo numero qui est maximus ac supremus: Naз.262.144. numeri dupl⁹ est qui ad eum scз diapason consonantiā tenet.524.288.hic igitur minor est eo numero qui sextum retinet tonum eo scз qui est.531.441. Minor ē igiť diapason consonātia sex tonis: Atqꝫ id quo sex toni diapason consonantiam superuadunt: voco cōma.q2 cōstat in minimis numeris.524.288.ꝛ.531.441. sed de his quid aristoxenus sentiat. Qui auribus dedit oē

iudicium: alias commemorabo. Nunc voluminis serie fastidii vitator astringam.


¶ Eiusdē Boetii de Musica Liber tertius. Aduersus aristoxenum demonstratio superparticularem proportionem diuidi in eq̄ nō posse. atq3. ideo nec tonū Capitulum. primum.




Uperiore volumine demonstratum est diatessaron consonantiam ex duobus tonis copulari ac semitonio. diapente vero ex tribus tonis ac semitonio constare. Sed ea semitonia dimidium toni integrum non posse perficere: Si sigillatim cōsiderata tractentur. atq3 ideo diapason ad sex tonos nullo modo peruenire. Sed quoniam aristoxenus musicus iudicio aurium cuncta p̄mittens hec semitonia non arbitratur esse secundum pythagoricos cōtractiora dimidio: sed sicut semitonia dicuntur: ita esse dimidietates tonorum. De eisdem rursus paulisper est disputandum demonstrandumq3 prius nullam superparticularem habitudinē noto numero posse diuidi in integram medietatem. Inter duos enim numeros superparticularem proportionem continentes: siue illi sint principales: quorum est vnitas differentia: siue posteriores: null⁹ ita poterit medius numerus collocari. vt quā minimus proportionem tenet ad medium: eam medius teneat ad extremum scilicet vt in geometrica proportione: sed aut differētias equas facere potest: vt sit equalitas secundum arithmeticam medietatem. aut armonicam inter eosdem terminos medius numerus collocatus faciet medietatem: aut quamlibet aliā. quarum in arithmeticis fecimus mentionem. q̄ si id demonstrabitur: nec illud quidē stare poterit. sesquioctauam proportinem que tonus est in dimidia posse discerni. Quando quidem sesquioctaua omnis in superparticulari inequalitatis genere consistit. Id vero melius inductione mōstrabitur. Nā sip singulas p̄portiones consideratione deducta. s. superparticulares nulla prorsus occurrit: que interposito medio termino equis proportionibus diuidatur: non est dubiū quod superparticularis comparatio non possit in eq̄ partiri. q̄ si videtur auribus consonum aliquid canere: cum cuilibet voci duobus tonis ac semitonio integro distans vocula comparetur. id non esse consonū natura monstratur. Sed quoniam sensus omnis que minima sunt: comprehēdere nequeat: iccirco hāc differentiam que vltra consonum procedit: sensum aurium non posse distinguere: fore autem vt deprehendatur si frequentissime talis particula per eosdē crescat errores. Nam quod in minimo haud sane cernitur compositum coniunctumq3 cum iam magnum eē ceperit peruidetur. A q̄ igitur proportione est ordiendum: an compendiū dabimus questioni: si ab eo de quo queritur ordiamur: Id vō est tōus in duo equa possit partiri nec ne. Nunc igitur de tono est pertractandum: ⁊ quemadmodum non possit in duo equa diuidi demonstrandum est. Quam demonstrationē si quis ad reliquas superparticulares comparationes transferat similiter demonstrabitur superparticularem in equa noto atq3 integro numero separari non posse. Primi igitur tonum continentes numeri sunt 8. atq3. 9. Sed quoniam se isti ita naturaliter consequuntur. vt medius inter eos numerus non fit: eosdē binario quo. s. minimo possum multiplico. fiunt igit. 15. ac. 18. inter hos vero naturaliter numerus cadit qui est. 17. igitur. 18. ad. 16. tonus est. Sed. 10. ⁊. 8. ad. 10. ⁊. 7. comparatus habet eum totum: ⁊ eius septimamdecimam partem. Septimadecima vero p̄s minor est sextadecima naturaliter. Maior est igitur proportio que sub. 16. ac. 17 numeris continetur: quā ea que sub. 17. ac. 18. Qui disponantur hoc modo. ⁊ sit. 16. A. 17. c. 18. B. Medietas igitur integra toni ster. c. ac. B. nullo modo cadet. Minor est enī. c. b. p̄portio. c. a. proportione. Ad maiorem igitur partē medietas rata ponenda est. Sic vero medietas. d. Quoniam igitur. d. b. quidem proportio. quod est integrum dimidium toni maior est. c. b. proportiōe: q̄ est minor pars toni. a. c. autem proportio que est maior pars toni. a. d. proportione maior est q̄ est dimidium toni. est autem. a. c. proportio sesquisextadecia. c. b. autem sesquiseptimadecima. non est dubium q̄n integra medietas inter sesquisextādecimam. ac sesq̄ septimamdecimam cadat. Sed hoc in integro numero nullo modo poterit inueniri.



¶ Quoniam vero ad.16. numerũ.17. numerus comparatus super sesquisextamdecimam optinet proportionem. si eiusdem.17. numeri sextamdecimam requiramus: erit vnitas. atq; vnitatis pars.16. hanc si eidem.17. numero coniungamus: fiunt.18.⁊ pars sextadecima. Si igitur.18.⁊ pars: sextadecima: 16. numero comparetur: recte toni mensurã videatur excedere. Cum ad eum solus.18. numerus sesquioctauam custodiat proportionē; Unde fit vt quoniam supersesquisextadecima proportio tonum bis aucta transcendit: non sit integrum toni dimidium. Quicquid enim bis ductum transcendit aliquid: id vltra dimidium illius esse videbitur: quod transcendit. Quocirca super sesquisextadecima. non erit toni dimidium. Ac p hoc nec alia vlla maior sesquisextadecima proportione: toni poterit esse dimidium: cum ipsa sesquisextadecima integro toni dimidio. sit maior. Sed quoniam sesquisextamdecimam proportionē; continua sequitur sesquiseptimadecima: videamus an ea tonum bis multiplicata impleat.17. igitur numeri sesquiseptimamdecimam partem tenet terminus.18. In eadem igit̃ proportione si ad.18. numerum alium comparemus erit.68.⁊ septimadecima pars. q; si ad.17. terminu; in sesquioctaua proportione positum numerum comparemus: fient.19.⁊ pars octaua. Maior vͦ est pars octaua parte septimadecima. Maior igitur est pportio numerorum.17. ac.19.⁊ octaua. quam ea que in.17. ac.19.⁊ parte septimadecima continetur. que sũt .s. bis sesquiseptimedecime proportiones. Due igitur sesquiseptimedecime vnum tonum non videntur implere. Non est igitur sesquiseptimadecima toni dimidium: quoniam que duplicata non implet integrum: non continet dimidium. Semper enim dimidiu; duplicatum ei cuius est dimidium coequatur.






Ex sesquitertia proportione sublatis duobus tõis toni dimidiũ non relinqui. Capitulum. ii.


Iam vo si eos numeros disponam⁹ q de sesquitertia proportione duob⁹ tõis retract꞉ reliquũtur: in his ꝯsiderare possum⁹: vtrũ ea proportio que post duos tonos reliquit: integri loco semitonii cẽseat: q si ita reptũ sit: illud quoqꝫ ẽ cõprobatũ diatessarõ cõsonantiam duob⁹ tõis atqꝫ integro semitonio copulari. Erat igitur superius terminus primus. 190. duo. Ad hũc sesquitertiã ꝓportionẽ tenebãt. 256. Sed ad primũ terminũ 216. faciunt tonũ. Ad. 216. rursus. 243. toni obtinent locũ. ẽ igit relinquit ex tota diatessaron ꝓportione ea. s. habitudo que in. 243. ⁊ 256. vnitatibus constat. hec igitur si probatur integri toni esse dimidium dubitari nõ põt diatessarõ ex duob⁹ tõis semitonioqꝫ cõstare. Qm̃ igitur demonstratum est toni dimidiũ iter sesqsextãdecimã ⁊ sesqseptimãdecimam ꝓportionẽ locari: ab hac comparatione etiam hec proportio metienda est. Ne enim longius progrediamur: sumo ex. 253. octauamdecimam partem: ea fit. 13. ⁊ semis. hanc si eisdem apposuero fiunt. 256. ⁊ semis. Apparet igitur minorem proportionẽ. 256. ad. 243. sesquioctauadecima habitudine. q si dimidius tonus maior quidez est in sesquisextadecima minor vero. in sesquiseptimadecima proportiõe. Sesquioctauadecima vero minor est sesquiseptimadecia habitudine: ducentorum vero. 56. ad ducentos. 43. cõparatio: que scꝫ relinquitur ex diatessarõ duobus retractis tonis. minor est sesquioctauadecima. Non est dubium qn hec duorũ numerorum propositio semitonio longissime diminutior sit.

Aduersum aristoxenum demonstrationes diatessaron consonantiam ex duobus tonis ⁊ semitonio non constare. nec diapason sex tonis. Capitulum. iii.

Quod si (vt ait aristoxenus) diatessaron cõsonantia ex duobus tonis semitonioqꝫ coniungitur: due diatessaron consonantie necessario quinqꝫ tonos efficiunt: ⁊ diapente ac diatessaron iuncte sicut vnum diapasõ iungunt. ita sex tonis continua proportione coequantur. Et quoniam paulo ante sex disposuimus tonos: quorũ minimus erat numerus. 262. 144. ad hunc vero vltimus in sexto collocabatur tono numerus. 531. 441. quintum vero retinebat tonum. 472. ⁊. 392. disponantur hoc modo.



Nũc igitur de minoribus numeris. i. quinqꝫ tonis loquamur. Si ergo diatessarõ duob⁹ tõis ac semitõio bis vo diatessarõ quiqꝫ ꝯsisteret tõis: cũ ex. 262. 144 diatessaron intenderẽ. Cũqꝫ de. 472. 392. aliud diatessarõ remitterẽ. Idẽ iter vtrãqꝫ itẽtionẽ remissionẽ ue numerus inueniretur. Id autẽ fit hoc mõ a numero q est. 262. 144. diatessarõ intẽdo. i. sesqtertiũ qui fit i. 349. 525. ⁊ triente. Rursus. de. 472. 392 numer꞉ remitto sesquitertiã. ꝓportionẽ: q fit i. 354. 294. has igit ꝓportiões dispõam⁹ hoc mõ. ⁊ sit primus qdem nũerus. a. scds vo. b. terti⁹. c. quartus. D.




Qm̃ igitur a terminus ab. d. termino quiqꝫ remot⁹ ẽ tonis qnqꝫ diatessarõ in duobus tõis ac semitonio iũgit. vt aristoxenus arbitrat. vnũqꝫ diatessarõ. inter. a. atqꝫ. b. aliud vo inter. c. atqꝫ. d. positũ ẽ. b. ⁊. c. terminos nõ oꝫ eẽ diuersos: ꝫ vnos atqꝫ eosdẽ: vt integre quiqꝫ tõi ex duab⁹ diatessarõ ꝯsonãtiis ꝯstare videãtur: Nũc vo qm̃ est differẽtia. 4. 768. ⁊ bisse arguit diatessarõ minie tõis duob⁹ ac sẽitõio ꝯiũgi

Diapason consonantiam. 6. tonis cõmate excedi. ⁊ qui sit minimus numerus cõmatis. Ca. iiii.

Sed hãc si qrim⁹ in integris nũeris differentiaꝫ collocare: qm̃ in ea pte q̃ ẽ bisse ps tertia si addat. plenã efficit vnitatẽ q̃ ps tertia eiusdem bisse dimidiũ ẽ: si totius differẽtie dimidiũ eidẽ adiecero qd est. 2. 384. ⁊ triens fit ois sũma. 7. c. 53. Que dudũ cõmat꞉ ꝓportionẽ tenebat. Cõma. n. est quo sex tõi supant diapasõ ꝯsonãtiã: qd i primis. 7. 157. vnitatib⁹ ꝯtinet. Igit vt differẽtie dimidiũ ꝓ priũ adiecim⁹. vt i. 7. 153. excresceret: ita ẽt cũct꞉. a. b. c. d. terminis medietates ꝓpas adiũgam⁹: ⁊ eadeꝫ erit in oib⁹ q̃ supra ꝓportio: fietqꝫ eadẽ iter quiqꝫ tonos ac bis diatessaron differentia que est inter sex tonos ac diapasõ cõsonãtiã dria. s. 7. 153. vnitates. Vñ colligit: quiqꝫ tonos bis diatessarõ: ⁊ sex tonos vnuꝫ diapason

diapason tm̃ cõmate superare. Qđ in primis.7.153.vnitatib⁹ inuenit, id āt patefaciet Subiecta descriptio



Quemadmodum philolaus tonum diuidat. Ca.v.

Philolaus vō pytagoricus alio mō tonum diuidere tentauit. Statuens.s.primordiū toni ab eo numero: qui prim⁹ cubū a p̄mo ipari: (ꝙ maxime apud pythagoricos honorabile fuit:) efficeret. Nā cū ternarius nūerus.prim⁹ sit ipar tres tertio.9.atq3 id ter si duxerī.27.necessario exurgēt.q ad.24.numerꝫ tono distat.eādē ternarii differētiā seruans. Ternarius. n. 24.sūme octaua pars est: Que eisdē addita primū a ternario cubū.20.ac.7.reddit. Ex hoc igit̄ philola⁹ duas efficit ꝑtes.vnā q̄ dimidio sit maior: eāq3 apotomē vocat. Reliquā que dimidio sit minor: eāq3 rursus diesiz dicit.quā posteri semitonio min⁹appellauere: harꝫ vō differētiā coma. ac ꝑmū diesiz. in.13.vnitatib⁹ꝯstare arbitrat̄: eo ꝙ hoc iter.256.ꝛ.243. ꝑuisa sit differentia: Quodq3 idē numer⁹.i.13.ex nouenario ternario.atq3 vnitate ꝯsistat.q̄ vnitas pūcti obtineat locū. Ternari vō p̄me iparis liee. Nouenari⁹ ꝑmi iparis quadrati. Ex his igit̄ causis cū.13.diesiz ponat qđ.semitoniū nuncupat̄ reliquam.27.nūeri partem.que.14.vnitatib⁹ cōtinet̄: apotome eē cōstituit Sꝫ qm̄ inter.13.ꝛ.14.vnitas differētiā facit: vnitatē loco cōmatꝫ cēset eē ponēdā.totum vō tonum in.27. vnitatibus locat.eo ꝙ inter.216.ac.243.qui inter se distant tono.27.fit differentia.

Tonū ex duob⁹ semitoniis ac cōmote ꝯstare.ca.6.

e X quib⁹ facile apparet tonū duobus semitoniis minoribus ꝛ cōmate constare. Nāz si tot⁹ tonus ex apotome constat ac semitonio semitoniū vero ab apotome differt cōmate nihil est aliud apotome nisi semitoniū min⁹ ꝛ cōma. Si igitur duo semitōia mīora de tono qs auferat: cōma fit reliquū

Demonstratio tonum duobus semitoniis cōmate distare. Capitulum. 7.

Idem vō hoc quoq3 probabitur mō. Nā si diapason quinq3 tonis ac duob⁹ minorib⁹ semitoniis continet̄. superātq3 sex toni diapasō cōsonantiā vno cōmate.nō est dubiū quin tonis quinis ab vtroq3 spacio sublatꝫ fiant reliq̄ ex diapason quidē duo semitonia minora: de sex vero tonis tonus. Atq3 hic tonus hec duo semitonia: q̄ relinquuntur.vincit cōmate. Qđ si duobus eisdem semitonis cōma reponatur.equabunt tonum cōstat igit̄: vnuz tonū duob⁹ semitoniis mīorib⁹ ꝛ cōmati ꝙ in.7.153.primis vnitatibus inuenit̄: equari.


De minoribus semitonii interuallis. Cap.8.

Philolaus igitur hec atq3 his mīora spatia talibus diffinitionibus includit. Diesis inquit est spatium: quo maior est sesquitertia proportio duobus tonis. Cōma vero ē spaciuz quo maior est sesquioctaua proportio duabus diesibus.i.duobus semitoniis.minorib⁹. Schisma est dimidium cōmatis. Diaschisma vero dimidium dieseos.i.semitonii minoris. Ex quib⁹ illud colligitur: quoniam tonus quidem diuiditur principaliter in semitonium minus atq3 apotomen: diuiditur etiam in duo semitonia ꝛ cōma. Quo fit vt diuidatur in quattuor diachismata ꝛ comma.integrū vō dimidium toni quod est semitonium: constat ex duobus diachismatibus: ꝙ est vnum semitoniū minus ꝛ schismate ꝙ est dimidium cōmatis. Quoniā cū tot⁹ tonus ex duobus semitonijs minoribus ꝛ cōmate coniunctus est: si quis id ītegre diuidere velit: faciet vnū semitonium minus cōmatisq3 dimidium. Sed vnum semitoniū minus diuidit̄ in duo diaschismata. Dimidiuz vero cōmatis vnū schisma est. Recte igit̄ dictum est integre dimidiuz tonū in duo diaschismata


atq3 vnum schisma posse partiri. Quo fit vt integrũ semitoniũ minore semitonio vno schisinate differre videatur: apotome autem a minore semitonio duobus schisinatibus differt. Differt eniʒ. cõmate. Sed duo schisinata vnum perficiunt cõma.

¶ De toni partibus sumendis per consonantias. Capitulum .9.


Sed de his quidem hactenus. Nũc vo illud videtur esse dicendum: quemadmodũ per consonãtias musicas imperata possimus spacia nũc extẽdere: nunc vero remittere: id autẽ linealiter fiat: lineaq3 quas describimus vocis accipiuntur loco. Sz tam sese rõ ipa demonstret. Sit propositũ tõi spaciũ per cõsonãtiã sumere: in acutũ. f. atq3 grauẽ. Sit sonus. b. ab hoc intendo aliũ sonũ q diapente spacio ab eo q est. B. distet ad eũ q est. c. ab hoc remitto diatessaron ɔsonantiam ad id qđ est. d. ⁊ quoniam inter diapente ac diatessaron ton⁹ differentiã facit. d. B. spatium tonus repertus est.



¶ Ad grauiorem vero partem ita modulabimur tonũ ab eo q est. b. diatessarõ intendo ad. f. ⁊ ab. f. diapente remitto ad. k. Erit. k. b. tonus. Animaduertet igitur diligens lector ad. d. b. quidem ad acutam partem effectum tonum: ad. k. b. autem ad grauem.




¶ Sit propositum minorem toni partem per consonãtiam sumere in acutam partem atq3 grauem. Minor vero toni pars est spacium: quo duos tonos diatessaron consonantia transcendit. Sit enim sonus. a. intendo. ab a. diatessaron ad. b. rursus intendo ab. b. diatessaron ad. c. ab remitto diapente ad. d. Tonus est igitur. b. d. Rursus ab. d. intendo diatessaron ad. e. Remitto iterum ab. diapente ad. f. Tonus est igitur d. f. Duo igitur sunt toni. b. d. d. f. Et erat. b. a. integrum diatessaron: Erit igitur. f. a. minor tõi pars. q semitonium nuncupatur.




¶ Ad


¶ Ad graviorē vo ptē hoc mō. Sit son⁹.a.itēdo duos tonos p ꝯsonantiā ad.g. diatessarō vo ab.g. remitto ad.k. erit igr̄.k.a. mior semitōij ps: q̄ oportebat efficē




¶ Si ergo a tribus terminis diatessarō auferam⁹ apotome fit reliqua. Sint enim tres toni.a.b.b.c.c.d. ab his auferatur.a.e. diatessaron. Erit igitur e.c. semitonium minus apotome igitur est.e.d.




¶ Hanc igitur apotomē si sit cōmodum sic sumemus. ac primum quidem ad acutum intendo tres tonos ab a. eos qui sunt ad.B. ⁊ ab eo q̄ est.b.ad.c. diatessaron cōsonantiam remitto ⁊ fit.c.a. apotome reliqua.




¶ Q̄ő si idē spaciū ad gravē sonū velim⁹ efficere fit h mō. sit son⁹.a. itēdo semitōiū min⁹ id q̄ő ē.a.d. r remitto ab.d. tonum qui est.d.e. erit igitur.e.a. ea q̄z requirimus apotome.



¶ Sit propositum in acutam partem sumere coma. fit sonus.a. intendo apotomen.a.b. remitto semitonium minus.b.c. ⁊ quoniam semitonium apotome minus est commate. Coma erit.c.a.




¶ Rursus ad gravem partem hoc modo. intendo ab.a. sono semitonium minus id quod est.a.d. ab.d. vero remitto apotomen. id quod est.d.e. Erit igitur comma.e.a.



Regula semitonij sumendi Capitu.io.


portet vero hꝫ as omnes consonantias rite esse aīo atqꝫ auribus notas. frustra enī hec ratione ⁊ scientia colliguntur: nisi fuerit vsu atqꝫ exercitatiōe notissima. Ut vero id quod institutione musice adorsi sum⁹ non mox auribus: q̄ iam prouectorum in musica est. Sed ratione interī censeatur. Unum dabimus exemplum inueniendi spatii: quod videtur esse paulo difficilius. scilicet semitonij minoris: vt in vtramqꝫ partē acutam. scꝫ atqꝫ grauem: rato possit ordine reperiri

Sit diatessaron. a. b. oportet igitur circa. a. b. consonaꝫ minus semitonium ad grauiorem partem acutioremqꝫ deducere. intendo igitur. b. c. diatessarō. Remitto rursus diapente. c. d. Erit igitur tonus. B. d. diatessaron enim consonantia a diapente consonātia tono superatur. ⁊. c. b. spatium ab. c. d. spatio. b. d. spatio trāscenditur. Rursus intendo diatessaron. d. e. remitto autem diapente. e. f. Tonus est igitur. d. f. Sꝫ d. b. tonus erat. Semitonium igitur minus est. a. f. quod subtractis duobus tonis. f. d. d. b. ab. a. b. diatessaron spatio relinquitur. Rursus remitto diatessarō a. g. intendo diapente. g. b. Erit igitur. a. b. tonus. sꝫ erat. a. f. semitonium. Erit igitur. f. b. apotome. Rursus remitto diatessaron. b. k. intendo diapēte. k. l. tonus igitur est. b. l. Sed erat tonus. B. d. Erit igitur l. d. apotome. Rursus intendo diatessaron. f. m. Semitonium igitur est. b. m. Rēitto diatessaron. l. n. semitonium igitur. est. n. a: Per consonantiam igitur sumpta sunt circa. a. b. duo semitonia. b. m. quidem ad acutum. N. a. vero ad grauem partem. totumqꝫ. M. N. minus est quam diapente. Constat enī ex qnqꝫ semitonijs: ⁊ apotome geminata. ex duobus igitꝰ tonis ⁊ tribus semitonijs minoribus. ⁊ quoniam duo semitonia vnum tonum implere nequeunt. Sed relīquitur coma totum. M. N. spatium minus est spatio diapente consonantie vno commate. Quod facillime diligens lector intelligat.




Sed quoniam paululum de commatis ratione prediximus: non est diffugiendum ⁊ in quali ꝓportione idem ipsum comma contineatur ostendere. Est enim comma quod vltimum comprehendere possit audit⁹ dicendumqꝫ est semitonium minus ac semitoniū maius quantis sigillatim commatibus constare videātur. ipse quoqꝫ tonus quantis rursus commatibus cōiungitur. Ac primum hinc conueniens summatur initium.

Demonstrati

¶ Demonstratio archite superparticularem in equa diuidi non posse: eiusq; reprehensio. Capi. xi.


Uperparticularis proportio scīdi in eq̄ medio proportionaliter interposito numero non potest. Id vero posterius firmiter demonstrabit. Quam eni demōstrationem ponit architas: nimium fluxa est. hec vero huiusmodi est. Sit inquit superparticularis proportio. a. b. Sumo in eadem proportione minimos. c. e. Quoniam igitur sunt minimi in eadem proportione. c. e. & sunt superparticulares. e. numerus. c. numerum parte vna sua eiusq; transcendit. Sit autem hec d. dico q̄m. d. non erit numerus. Sed vnitas. Si enī est numerus. d. & pars eius qui est: e. metietur. d. numerus. e. numerum. Quocirca. & e. numerum metietur. Quo fit vt. c. quoq; metiatur. vtrumq; igit. c. & e. numeros metietur. d. numerus. Quod est impossibile. Qui enim sunt minimi in eadem proportione q̄buslibet alijs numeris: hi primi ad se inuicem sunt: & solam differentiam retinent vnitatem. vnitas igit ē. d. igitur. e. numerus. c. numerum vnitate transcendit Quocirca nullus incide medius numerus: qui eā proportionem equaliter scīdat. Quo fit vt nec inter eos qui eandem bis proportionem tenent: medius possit numerus collocari: qui eandem proportionem equaliter scindat.



¶ Et secundū archite quidē rōnē icirco ī supparticulari null⁹ medi⁹ termin⁹ cadit: q̄ eq̄liter diuidat proportionē q̄m mīmi ī eadē ꝓportiōe sola differunt vnitate. Quasi vo nō ēt multiplici ꝓportione mīmi eandē vnitatis dīāz sortiant. Cū plures videam⁹ eē multiplices ꝑter eos q ī radicib⁹ collocati sūt iter quos medius terminus scindens eq̄lr eādē ꝓportionē possit aptari. Sed hec qui arithmeticos nostros diligenter īspexerit: facillius itelliget. Addēdū vo ē id ita eueníre: vt architas putat: ī sola supparticulari proportione. Non aūt vniuersaliter est dicendum. Nunc autez ad sequentia conuertamur.


¶ In q̄ numeroꝝ ꝓportiōe sit ꝯma. & q̄m ī ea q̄ maior sit q̄z. lxxv. ad. lxxiiii. minoꝛ q̄z. lxxiiii. ad. lxxiii. cap. xii.

Rimū igit dico q̄m hi nūeri q̄ cōma ꝯtinēt maiorē iter se retinet ꝓportionē. quā. lxxv. ad. lxxiiii. minorē q̄z. lxxiiii. ad. lxxiii. id sᷓo ita dmōstrabit. ac pⁱo qdē illud remīscēdū ē: q sex toni diapason cōmate transcendunt Sit igit. a. qdē. cclxii. cxliiii. B. autem diapason ad eū contineat consonantiam in duplici scꝫ cōstitutaz. dxxiiii. cclxxxviii. c. vero sex tonis ab a' numero discedat. & sit. dxxxi. cccclxi. Que oīa ex secundi voluminis tonoꝝ dispositione sūt collegēda. iter. b. igit atq;. c. cōmatis ꝓportio ꝯtinet. Aufero igit. b. numerū de nūero. c. & reliquitur. d. in. vii. cliii vnitatib⁹ collocat⁹. Qui nūerus mīoꝛ est quā sit septuagesima tertia ps. b. nūeri: maioꝛ vero est quā eiusdē septuagesima q̄rta sit. Nā si eundē. D. numerū qui est in. vii. cliii. septuagies ter multiplicē: fiet mihi. e. nūerus ī. dxxii. clxix. vnitatibus ꝯstitutus. Si eū septuagies quater multiplicē: fit numer⁹. f. dxxix. cccxxii. Quoꝝ qdē. e. q per septuagitatres auctus ē: minoꝛ ē. b. nūero. f. aūt q p. lxxiiii. maioꝛ ē. b. nūero. Recte igit dictū est d. eius qd est. b. mīorem qdē eē quā septuagesimam tertiam ꝑtem maiorē vo q̄z septuagesimā quartam. Quocirca &. c. nūerus. b. nūerū mīore qdē ꝑte eius qd ē. b. eūdē. b. supat: q̄z septuagesima tertia: maiore q̄z septuagesima q̄rta. Ei⁹ igit q est. c. ꝓportio ad id qd ē. b. maioꝛ qdē ē: quā. lxxv. ad. lxxiiii. minoꝛ vo vo quā. lxxiiii. ad. lxxiii. Nā ī prioꝛe vnitas septuagesima quarta est mīoris: ī posterioꝛe vero eadez vnitas septuagesima tertia.




¶ Idē aliᷓ explicādū. illo pri⁹ ꝓsūpto q si cui ꝓportiōi ꝓpa nūeroꝝ dīa eq̄lr augeat: mīoꝛ īter eos q post additiōez fūt ꝓportio ꝯtinebit q̄z īter poꝛes: q afi additiōez illā q̄dā ꝓportiōe distabāt. Ut sex & q̄tuoꝛ si vtrisq; binari⁹ q̄ ē dīa sua apponat: fiet. viii. & vi. & īter. vi. & iiii. sesq̄ltera: īter. viii. & vi. sesq̄tertia ꝓportio continetur: minoꝛ vero est proportio sesquitertia sesqualtera proportione. hoc igitur ita predicto disponantur superioꝛes numeri q ꝓportionez commatis ꝯtinebāt. i. dxxxi. cccclxi. & sit. a. Sit ēt. b. dxxiiii. cclxxxviii. hoꝝ differētia sit. c. vii. cliii. c. igit numerus maiorē nūerū eo q est. a. septuagies quinqes metiat. Si igit. c. numerum septuagies q̄nqes m̄ltiplicē fiet: mihi. d. qui est. dxxxvi. cccclxxv. Igit. d. numerus eū qui est. a. numero eo qui est. e. ātecedit idest. v. xxxiiii Rursus. c. nūerus euz qui est. b. metiatur septuagies q̄ter multipliceturq;: fiet igitur numerus. f. dxxix. cccxxii. Qui. f. eo qui est. b. maioꝛ est eodem. e. numero q ē. vxxxiiii. Ergo. d. nūerus eum qui est a transcēdit. e

numero.b.autem numerus ab eo qui est.f. vincitur eodem.e.numero. Si igitur a numero eundem.e.apponamus fiet.d. Si vero.b.numero eundem.e.apponamus fiet.f. Sed.d.nūerus septuagies quīquies auctus est per.c.scʒ multiplicatum.f.autem septuagies q̄ter multiplicato. c.creuit obtinent igitur inter se ꝓportionem datqꝫ.f.quaʒ habent.lxxv.ad.lxxiiii. Sed d.atqꝫ.f.sunt a atqꝫ.b.vno eis addito.e.maioreʒ igitur necessarie est proportionem contineri inter.a.atqꝫ.b.quam inter.d.atqꝫ.f. Namqꝫ.a.atqꝫ.b.numeri vno.e.addito effecti sunt.d.atqꝫ.f. Minor igitur proportio est inter.d.atqꝫ.f.quam inter.a.atqꝫ.p. Sed inter.d.atqꝫ.f.eadem proportio est que inter.lxxv.z.lxxiiii.inter.a.igitur atqꝫ.b.maior proportio est quā inter.lxxv.z.lxxiiii. Ac.a.atqꝫ.b.cōma continent. Maior igitur proportio est ꝯmatis.q̄ꝫ.lxxv.ad.lxxiiii.




Cum igit̄ ostendim⁹ cōmatis proportionem maioreʒ eē q̄ꝫ eā q̄ꝫ.lxxv.continent ad.lxxiiii.cōparat.. Nunc ostendendū ē:queadmodū minorē inter se ꝓportionē cōtineāt numeri spatiū cōmatis cōtinētes q̄ꝫ.lxxiii.ad.lxxiii.comparati. Id vero monstrabitur hoc modo. Reminiscendū pri⁹:quid secundo volumine diximus:cum de mensura differentie loquebamur. Si enim ex qualibet proportione differentiam eorū nūerorū:q eā cōtinēt:auferamus:hi qui relinqūtur maiorē obtinebūt proportioneʒ:his nūeris:qui erāt ante differentie diminutionē. Sint enī.8.z.6. Ab his propriam aufero differentiam idest.ii.fiunt.vi.z.4. Sed in superioribus sesquitertia:in hac sesqualtera proportio ꝯtinet̄. Maior vō est sesqualtera ꝓportio sesquitertia proportione. Sint igitur ijdē.a.atqꝫ.b. Qui sunt superius descripti:quoꝝ est differentia.c. Multiplico differentiā.c.numeri septuagies q̄ter fit nūerus.f.scʒ.dxix.cccxxii. Qui.a.numero comparatus vincitur numero.g.scʒ.ii.cxix. Rursus idem.c.multiplicetur septuagies ter efficiet numerum.k.i.dxxii.clxix. Qui comparatus.b.numero vincitur codē.g.i.ii.cxix. Sublato igit̄.g.de nūeris.a.atqꝫ.b. effecti sunt.f.atqꝫ.k. Minorem igitur proportionem retinebit.a.atqꝫ.b.q̄ꝫ.f.atqꝫ.k. Sed.f.atqꝫ.k.eam retinēt proportionem quā.lxxiiii.ad.lxxiii.hi eniʒ multiplicato.c.effecti sunt. Minor est igit̄ proportio.a.atqꝫ.b.nūeroꝝ cōma ꝯtinētiū q̄ꝫ.lxxiiii.ad.lxxiii. Sʒ paulo ante monstratum est eādē cōmatis ꝓportione maioreʒ esseq̄ꝫ.lxxv.ad.lxxiiii. Mōstrati sunt. igit̄ nūeri Qui cōma continent maiorem quidem inter se habere proportionē quā.lxxvi.ad.lxxiiii. Minorem vero q̄ꝫ.lxxiiii.ad.lxxiii.quod oportebat ostendere.




¶ Quod semitonium minus maius quidem sit q̄z.20.ad.19.minus q̄z.19.ad.18.

Capitulum.13.

Quod si ad semitonium minus talis speculatio conuertatur: eius quoqꝫ proportionem facillime reperiemus. Que constat inter.256.ꝛ.243. Sit igitur.256.a:243.B. horum differentia.13.c. Dico q̄m.a.ad.b. minorem retinet proportionē: q̄z.19.5.ad.18.5. metiatur enim.C.19.semis id quod est.a.fiūt.253.5.qđ fit.d.qui scꝫ comparatus ad.a.eodē a duobus semisqꝫ transcenditur Sitqꝫ hec differentia.f.scꝫ duo.ꝛ.3. rursus eadem.f.differentia.b.numerum metiatur octies decies semis:fient.204.5.quod fit.e.igitur.e. Comparatus ad.b.eodem.e.transcendit.i.duobus ꝛ semis.d.igitur ab eo quod est a ꝛ rursus.e.ab eo qđ est.b.eadem.f.differentia sunt minores. Subtracto igitur.f.ab eo quod est a atqꝫ.b.facti sunt.d.atqꝫ.e. Maiorem igitur proportionem tenent inter se.d.atqꝫ e.quam a atqꝫ.b. Sed d atqꝫ e eandem retinent proportionē inter se: q̄z.19.5.ad.18.5. A igit̄ ad.b.minorem retinet proportionem quam.19.5.ad.18.5.qđ oportebat ostendere.




¶ Videtur tamen eadem proportio.256.ad.243.maior esse ab ea quam continent.20.ꝛ.19. Sint enim.a.b.c. Idem qui superius descripti sunt. Metiatur igit̄ c.differentia.a.terminum vigies:fient.260. Qui sūt d.qui comparati ad id quod est.a eundem quaternario transcendunt hic sit.f. Rursus idem.c.metiatur b.decies nouies fient.247.hic sit.e.qui comparati ad.b.eodem.f.transcendunt. Adiecto igitur.f.bis q sunt.a.atqꝫ.b.facti sunt.d.atqꝫ e. Maior igitur ē proportio eorum qui sunt.a.atqꝫ.b.q̄z eorum qui sunt.d.atqꝫ.e. Sed.d.atqꝫ.e.vigies atqꝫ decies nouies multiplicatus.c.numerus efficit. Maior igitur est proportio eorum qui sunt.a.atqꝫ.b.qui.s.semitonium continent:quam ea que est.20.ad.19. Demonstratum igit̄ est semitonium minus maiorem quidem habere proportionē quā.20.ad.19.minorē vo quam.19.5.ad.18.5. Nunc idem minus semitonium commati comparemus quod est vltimum. Auditui subiacens:vltimaqꝫ proportio.



¶ Semitonium minus maius quidem esse tribus commatibus: minus vero quatuor. Capitulum. xiiii


Situr demonstrandum proponimus semitonium minus maius quidem esse cōmatibus tribus minus vero quatuor. Quod hic facillime possis agnoscere. Sint tres numeri ita dispositi: vt inter se proportionem cōtineant diapason: ⁊ eam hue dicitur sex tonorum. sint enim. a. cclxii. cxliiii. intendantur igitur ad. b. quidem quinqꝫ toni continui. ⁊ sit. b. cccclxxii. cccxcii. ad. c. autem diapason consonantia referatur ⁊ sit. c. dxxiiii. cclxxxviii. Ad. d. autem sextoni intendantur: sitqꝫ. dxxxi ccccxli. bis ita dispositis ⁊ constitutis manifestum est inter. c. atqꝫ. d. cōma constitui. eorūqꝫ differentiaȝ esse. vii. cliii. Id autem sit. k. remittātur igitur duo toni ab eo quod est. B. ad id quod ē. e. Et sit. e. ccclxxiii. ccxlviii. Rursus ab eo quod est. e. intendo diatessarō ad id quod est. f. ccccxcvii. dclxiiii. quoniam igitur inter. e. atqꝫ. b. duo sunt toni. inter. e. atqꝫ. f. diatessarō inter. b. igiť. atqꝫ. f. minus semitoniuȝ reperitur. sublatis enim a diatessaron consonātia duobus tonis fit reliquum semitonium minus: quod in primis numeris constare predixi. cclvi. ccxliii. Quos eodem numeros si milies nonageties q̃dragies quaterqꝫ multiplices. b. atqꝫ. f. numeros explicabis. Quos necessarie ē eandem proportonem superius dictis numeris continere. qui vno atqꝫ eodem numero idest. M. ccccxliiii. pariter multiplicati creuere. Item ab eo quod est. f. itendo diatessaron. s. ad. g. ⁊ sit. g. dclxiii. dlii. Rursus ab eodem. g. remitto ad. p. duos tonos. ⁊ sit. p. dxxiiii cclxxxviii. Quod. p. necessarie est: vt eundem sonum quem. c. numerus exhibeat. Ad equalitatem namqꝫ eius tali ratione progressus est. Et eniȝ ea que est. a. c. diapason consonantia que constat quinqꝫ tonis ac duobus semitonijs mioribus. ab. vi. tonis cōmate superatur. Ab eodem igitur. a. termino numerus. p. quinqꝫ tonis ac semitoniis duobus recessit hoc modo. ab eo quod est. a. vsqꝫ ad id quod est. b. quinqꝫ nimirum colliguntur toni. ab eo autem quod est. b. vsqꝫ ad id quod est. f. minus esse semitonium pernotatur. f. vero atqꝫ. p. idem rursus semitonium minus includunt. a. igiť vsqꝫ ad. p. quinqꝫ tonos ac duo semitonia: minora produxit: iure igitur. p. atqꝫ. c. eisdem nūeris cōscribuntur. Sed quoniam inter. f. atqꝫ. c. semitonium minus est. videamus hec que sit eorum differentia: vt eam cōmati comparemus. Est autem eoruȝ differentia. xxvi. dcxxiiii. ⁊ sit hec. m. Igitur. k. cōmatis differentia est. M. autem semitonij minoris. Si igitur. k. numerum tertio auxerimus: fiet numerus. xxi. cccclviiii. Et sit hic. l. Si vero quater eundem numerum k. multiplicare voluerimus fiēt. xxviii. dcxii. ⁊ sit hoc M. igitur. M. maior quidem est. ab. l. Ideȝ autē. M. minor est ab. M. Sed. n. quater aucto cōmate succreuit. l. autem tertio. M. vero semitonij minoris obtinet differentiam. Iure igitur dictū est minus semitonium minus quidem esse q̃ꝫ quatuor commata. mai⁹ vero q̃ꝫ tria.



¶ Apotome maiorem esse q̃ꝫ. iiii. cōmata minorem q̃ꝫ v. tonum maiorem q̃ꝫ. viii. minorem q̃ꝫ. viiii. Capitulum. 15.

Adem hac ratione ⁊ semitonium maius quod apotomen maius supradici retulim⁹: quot comatum sit possumus inuenire hoc modo Sit. a. cclxii. cxliiii. Quinqꝫ vō ab eo distās tonis sit: b. cccclxxii. cccxcii. Sex vō distās tonis ab eo qd ē. a. sit. d. s. dxxxi. ccccxli. Iter. b. igiť atqꝫ. d. ton⁹ ē. b vō ab eo qd ē. c. distat p sēitōiū min⁹ ⁊ sit. c. ccccxcvii dclxiiii. Reliqť g⁹ iter. c. atqꝫ. d. apotōe portio. nā cū sit ton⁹. b. d. ex eo si auferas. b. c. sēitonū min⁹. c. d. reliqť mai⁹. qd apotomē eē sup̄ retulim⁹. Iter. d. igr̄ atqꝫ. i. ē dr̄ia. 33. 777. hic āt sit. e. ħ erat cōmatꝫ dr̄ia. 7 cliii.


diiii. hic sit. f. Si igit. f. id. q̄ e cōma quīqes multiplicē fiet: mihi. xxxv. dcclxv. & sit hoc. H. Si vo idē. f. q̄ter multiplicē fit: lx. nūer⁹. q̄ e. xxviii. dcxii. H. igit ab eo qd ē. e. mai⁹ ē. lx. min⁹. Sz. g. quīquies auctū ē cōma. lx. vo q̄ter ē aūt apotomes dīa. e. iure igit dcm̄ ē apotomē miorē qdē eē quā quīqz cōmata. maiorē vo q̄z q̄tuor. ex hoc igit ɔprobat tonū maiorē qdē eē q̄z sūt octo cōmata minorē vo quā nouē. Nā si min⁹ semitoniū mai⁹ qdē ē quā tria cōmata min⁹ vo quā q̄tuor apotome āt maior qdē ē quā q̄tuor ɔmata mior vo quā quīqz: iūctū sēitoniū min⁹ semitonio maiori: qd ē apotome erit oē mai⁹ qdē octo ɔmatib⁹ min⁹ vo q̄z nouē. sz apotōe atqz semitoniū min⁹ vnū efficiūt tonū. ton⁹ igit maior q dē ē. viiii. ɔmatib⁹ mior vo. ix.




Superius dictorum per numeros demonstratio.

Capitulum. xvi.


Ed quāquā per hanc rationē demonstratū sit: queadmodum tonus cōmatibus compa retur: non est tamen quasi segnibus delassādū: quo minus per se hanc cōtra cōmata cōparationem retinere tonus ipse monstret. Sit igit. a. quidem. cclxii. cxliiii. b. autem quinqz distans tonis. cccclxxii. cccxcii. C. vo diapason ad id q̄ est. a. continens symphoniā. s. i nūeris. dxxiiii. cclxxxviii. d. autē ab eo q̄ est. a. sextonos totos differens. dxxxi. ccccxli. d. igit ab eo quod est. c. distat cōmate sex toni. s. ab. diapasō consonantia. id autem sit. e. vii. cliii. d. autē ab eo qd est. b. tono integerrimo distat. vi. s. toni quinqz tōis. id aūt sit. f. dlxxxx. xlix. Si igitur. e. nouies auxero: fiet mihi. b. lxiiii. ccclxxvii. Sin vo octies: fiet. lvii. ccxxiiii Id sit. G. Sed. b. quidem. f. numero comparatus superat. G. vero superatur. & est. f. toni differētia. b. autem nouies multiplicatū cōma. g. vero octies demonstratus est igitur tonus minor quidem. viiii. eē cōmatibus: octo cōmatibus maior.



¶ Ita his premissis licet maius semitonium minore semitonio cōmate distare monstratum sit: tamen idem quoqꝫ per se ⁊ per subiectos numeros tali ratione ꝓbabit̄. sit. a. numerus. cccclxcvii. dclxiiii. ab eo vero semitonium minus distans sit. b. numerus: qui iam supra quoqꝫ descriptus est. dxxiiii. cclxxxviii. apotome vero distet ab eo quod est. a. Is numerus: qui colligitur vnitatibus. dxxxi. ccxli. ⁊ sit hoc. c. Quoniam igitur. a. b. minus semitonium. a. c. maius: differētia ei⁹ quod est. c. ab eo quod est. b. perquirenda est. Ea est. vij. dliii. id sit. d. Sed hic numerus dudum cōma mōstrabat. inter maius igitur semitonium ac minus cōma differentiā facit.



¶ Rursus demōstrādū propono tonum duob⁹ semitonijs minoribus solo cōmate esse maiorem. Sit. a. numerus. cccclxxii. cccxcii. Ab hoc intēdatur ton⁹. dxxxi. ccccxli ⁊ sit hoc. d. ab eo vero quod est. a. intendat̄ semitoniū. Min⁹ quod est. b. ac sit. b. cccclxcvii. dclxiiii. Itē ab eo quod est. b. semitoniū aliud intendat̄ min⁹ qd̄ est. c. ⁊ sit. c. dxxiiii. cclxxxviii. Quoniam igit̄. a. d. tonus est. a. c. vero duo continent minora semitonia videamus que sit differētia inter. c. atqꝫ. d. numeros constituta. Est autē. e. s. vnitatū. vii. dliii. Demōstratum est igitur tonum duobus semitonis minorib⁹ cōmate eē maiorē. Sed qm̄ oīa iam que ꝓbāda promisimus: propria rōne monstrata sunt: nūc qd̄ superest musice institutioni: regularis monochordi faciēda ē partitio. Quam rem qm̄ longior tractat⁹ extēdit: im posterioris ꝯmētarij disputatōēꝫ cēsuim⁹ trāsferēdā



¶ Eiusdem Boetij de Musica liber quartus.

Uocum differentias ī quātitate consistere
Capitulum. i.



Et si omnia que demonstranda erunt superioris libri tractatione digessimus non penitet tamen rursus eadem memorie recolligenda prestare cum quadam diuersitate tractatus vt his rursus ad memoriam redeuntibus ad regule diuisionem: quo tota tendit intētio: veniamus. Si foret rerum omnium quies: null⁹ auditum sonus feriret. Id autem fieret quoniam cessantibus motibus cunctis nulle inter se res pulsuꝫ cierent. vt igitur sit vox: pulsu est opus. Sed vt sit puls⁹ motus necessarie est antecedat. Ut ergo sit vox: motum esse necesse est. Sed omnis mot⁹ habet in se tū velocitatem: tum etiam tarditatem. Si igitur sit tardus in pellendo motus: grauior redditur sonus. Naꝫ vt t rditas proxima stationi est: ita grauitas contigu a taciturnita ti. Uelox vero motus acutam voculam prestat. Preterea: que grauis est: intensione crescit ad medium. Que vero acuta: remissiōe decrescit ad medium. Unde fit vt omnis sonus quasi ex quibusdam partibus compositus esse videatur. Omnis autem partium coniunctio proportiōe committitur. sonorum igitur coniunctio proportionibus constituta est. Proportiones autem principaliter ī numeris cōsiderantur: proportio vero simplex numerorum vel ī multiplicibus vel in superparticularibus vel in superpartientibus inuenitur. Secundum vero multiplices proportiones vel superparticulares consone vel dissone voces exaudiuntur. Consone quidem sunt: que simul pulse suauem permixtumqꝫ inter se coniungunt sonum. Dissone vero que simul pulse: non reddūt suauem neqꝫ permixtum sonum. his igitur ita predictis de proportionibus pauca dicamus.


¶ Diuerse de interuallis speculationes.

Capitulum. ii.




Si interuallum multiplex binario multiplicetur: id quod fit ex hac multiplicatione: īteruallum multiplex est. sit multiplex interuallum. b. c. ⁊. b. multiplex eius qꝫ ē. c. ⁊ fiat vt est. c. ad. b. ita. b. ad. d. Quoniam igitur b. multiplex est eius quod est. c. metitur. c. terminus id quod est. b. vel bis vel tertio vel deinceps. ⁊ est. vt c. ad. b. ita. b. ad. d. Metitur igitur. b. terminus id qd̄ est. d. Quocirca quia. c. terminus id quod est. b. metitur: metitur etiam. d. Multiplex est igitur. d. eius qd̄ est. c. ⁊ est. c. d. Interuallum effectum ex cōposito bis copulatoqꝫ sibimet ⁊ per binarium multiplicato. b. c. interuallo. ī numeris quoqꝫ idem probatur. sit enim. b. ad. c. duplum vt binarius ad vnitatem ⁊ fiat. vt. c. ad. b. ita. b. ad. d. Erit igitur. d. quaternarius. Multiplex est. b. ad. c. idest binarius ad vnitatē. Multiplex est igitur. d. quaternarius ad. c. vnitatem. Est autem quadruplus quaternarius vnitatis ⁊ binario multiplicata medietas quod est interuallum. b. c.


Multiplex




℃Si interuallum binario multiplicatū multiplex effecerit interuallum: ipsum quoqꝫ multiplex erit. Sit interuallū.b.c.⁊ fiat vt.c.ad.b.ita.b.ad.d.⁊.d.sit ad.c. multiplex. Dico: qz.b.ei⁹ qd est.c.multiplex est. Qm̄ enim.d.eius quod est.c.multiplex est: metietur.c.id quod est.d.metietur ⁊.b. Ostensum vo est qm̄ si sint termini proportionaliter constituti: cum primus fuerit vltimo comparatus: si primus vltimū fuerit mensus: metiet̄ ⁊ mediū.c.igitur metitur id quod ē.b. Multiplex est igitur.b.ei⁹ qͥ ē.c. Id rursus ex nūeris fit.c.vnitas.d.vo ex duplicata ꝓportione.b.c.sit q̈ternarius: ⁊ ē multiplex eius qd est.c. Est enim q̄drupl⁹ Qm̄ igitur hic quadrupl⁹ ex duplicata.b.c.ꝓportiōe generatur.b.c.proportio dimidiū ei⁹ erit.igit̄.b.c.proportio dupla est. Sed duplum multiplex est. Erit igitur.b.c.proportio multiplex.




℃Superparticularis interualli medi⁹ numerus neqꝫ vnus neqꝫ plures proportionaliter interueniēt.sit.n. b.c.proportio superparticularis ⁊ in eadem ꝓportiōe minimi sint.d.f.⁊.g. Qm̄.d.f.⁊.g.minimi sūt in eadē proportione: sunt eiusdem proportionis primi. Quocirca eos vnitas metietur. Auferatur igit̄.g.ab.d.f. ⁊ relinquat̄.d. hic est igit̄ vtrorūqꝫ mēsura cōmunis hec igitur erit vnitas. Quocirca null⁹ inter.f.d.atqꝫ g.incidet nūerus: q sit ab.f.d.quidē minor maior vo ab.G. Sola enī hinterest vnitas quanti vo in supparticularibus proportionib⁹ proportiōaliter inter eiusdem propo:tionis minimos intercident: tot ēt inter ceteros eiusdē ꝓportionis incident. Sꝫ null⁹ inter.f.d.atqꝫ.g.minimos eiusdē ꝓportionis iteruenire pōt Nullus igit̄ inter.b.atqꝫ.c.proportionaliter cadet.⁊ i numeris sit quelibet superparticularis proportio: vt sesqualtera.hi vo sunt.10.⁊.15.in eadē vo proportione minimi.2.⁊.3.aufero de.3.binariū fit reliqua vnitas: eadē vtrosqꝫ metit̄. Nullus erit igitur inter binarium ternarūqꝫ numer⁹: qui sit binario maiori minor vero ternario. Alioquin vnitas diuidetur quod est inconueniens. Quare nec inter.10.quidem atqꝫ.15.quisquam inuenietur numerus: qui talem ad.10. obtineat proportionem qualem ad eum tenent.15.




℃Si interuallum nō multiplex binario multiplicet̄ id quod fit ex hac multiplicatione nec multiplex est nec superparticulare. Sit enim interuallū nō multiplex b.c.⁊ fiat vt.c.ad.b.sic.b.ad.d. Dico qm̄.d.eius qͥ ē.c.neqꝫ multiplex est neqꝫ superparticularis. Sit enī si fieri potest primum.d.eius quod est.c.multiplex.⁊ qm̄ cognitum est. Si interuallum binario multiplicatum sit.⁊ multiplex interuallū creatū.id qd multiplicatum est bis interuallum esse multiplex. Erit igitur.b.c.multiplex.sed non est positū. Non igitur erit.d.eius qd est.c.multiplex nec vo.superparticulare. Nā superparticularis proportionis medius proportinaliter terminus nullus interuenit.inter.d.vo.⁊.c.est ꝓportionaliter terminus constitut⁹.idest.b. Nā vt.c.ad.b.ita.b.ad.d. impossibile igitur erit.d.eius qd est.c.vel multiplicem esse vel superparticularem: quod oportebat ostendere: Et in numeris sit non multiplex interuallum.6.ad.4.fiatqꝫ vt sunt.4.ad.6.ita sex ad alium quemlibet numerum.hic erit igitur nouenarius. Qui quaternarii neqꝫ multiplex neqꝫ superparticularis est.




Si interuallum binario multiplicetur: atq3 id quod ex ea multiplicatione creabitur multiplex nõ sit: ipm quoq3 non erit multiplex. Sit enim interuallum. b. c. fiatq3 vt. c. ad. b. ita. b. ad. d. & non fit. d. eius quod e. c. multiplex. Dico quoniam nec. b. eius quod est. c. erit multiplex. Si enim est: & d. eius quod est. c. est multiplex. At non est. Non erit igitur. b. eius quod e. c. multiplex



Duplex interuallum ex duobus maximis superparticularibus coniungitur sesqualtero & sesquitertio. Sit enim. a. quidem eius quod est. b. sesqualter. b. vero eius quod est. c. sesquitertius. Dico quoniaz. a. eius quod est. c. duplex est. Quoniam igitur sesqualter est. a. eius quod est. b. igitur. a. habet in se totuz. b. eiusq3 dimidium. Duo igitur. a. equi sunt tribus. b. Rursus quoniam. b. eius. quod est. c. sesquitertius est. b. igitur habet. c. & eius tertiam partem. Tres igitur. b. equi sunt ad quatuor. c. Tres autem. b. equi erant duobus. a. Duo igitur. a. equi sunt ad quatuor. c. vo' igitur. a. equus est duobus. c. Duplex erit igitur. a. eius qui est. c. & in numeris. Sit enim sesqualter. 12. ad. 8. Sesquitertius vero. 8. ad. 6. Ergo. 12. ad. 6. Duplices sunt.




Ex duplici interuallo atq3 sesqualtero triplex nascitur interuallum. Sit enim. a. eius quod est. b. duplex b. autem eius quod est. c. sesqualter. Dico quoniam a. eius quod est. c. triplex est. Nam quoniam. a. eius quod est. b. duplex est. a. igitur equus est duobs. b. Rursus quoniam. b. eius quod est. c. sesqualter est. b. igitur habet in se totum. c. & eius dimidiam partem. Duo igitur. b. equi sunt tribus. c. Sed duo. b. equi erant vni. a. & vnus igitur. a. equus est tribus. c. igitur. a. vno. c. triplex est. Et in numeris sit duplex quidem senarius ternario: sesqualter vero ternarius. binario. Senarius igitur. triplex est binario.




Si sesqualtero interuallo sesquitertiũ demptũ fuerit interuallum: erit quod relinquitur sexquioctauuz

Sit

Sit ens:a quidē eius qđ est.b.sesqlter. At vo.c.ei⁹ qđ est.b.sesquitertius. Dico qm̄.a.ei⁹ quod est.c. sesquioctauus est. Qm̄ enim.a.ei⁹ qđ est.b.sesqualter ē.a. igit̄ h3.b.⁊ eius dimidiā partē. Octo igit̄.a.equi sūt ad duodecim.b. Rursus qm̄.c.ei⁹ qđ ē.b.sesqtertius est.c.igitur h3 in se.b.⁊ tertiā eius partē. Nouē igit̄ c.equi sunt ad duodeci3.b. Duodeci āt.b.eq erāt ad octo.a. Et octo igit̄ a eq sunt ad nouē.c. Igit̄.a.equ⁹ est ei qđ est.c.⁊ octaue ei⁹ pti. A.igit̄ ei⁹ qđ ē.c. sesqoctauus est. Et in numeris sesqualterū quidē interualū sit nouenari⁹ ad senariū sesqtertiū vo octōari3 ad senariu3. Nouē igitur ad octo sesqoctaua pportio ē



¶ Sex proportiones sesquioctaue maiores sunt vno duplici interuallo. Sit enim quidem numerus.a.huius autem sit sesquioctauus.b.huius sesquioctauus.c.⁊ huius sesquioctauus.d.⁊ huius sesquioctauus.f. eiusq3 sesquioctauus.g.atq3 huius sesquioctauus.k. Id autem fiat secundum descriptu3 in Arithmetica modū.⁊ sint nūeri.a.b.c.d.f.g.k.⁊ sit.a.262.144 huius autem sesquioctauus qui est.b.294.912. huius autem sesquioctauus qui est.c.331.776. huius autem sesquioctauus qui est.d.373.248. huius autem sesquioctauus.qui est.f.419.904.huius aute3 sesquioctauus qui est.g.472.392.huius autem sesquioctau⁹ qui est.k.531.441. Et sūt.531.441. q̄ est k.plusq3 duplices ad ducenta.60.duo milia.c.44. quod est.a. Sex igitur sesquioctaue proportiōes. Ampliores sunt vno duplici interuallo.



¶ Musicarum per grecas ac latinas litteras notarum nuncupatio.

Capitulum. 3.




Restat quoniam sumus neruum secundum predictas consonantias per regulam diuisuri: quoniamque necessarios sonos tribus generibus cantilene exhibebit ista partitio: musicas interim notas apponere: vt cum diuisam lineam iisdem notulis signauerimus: quod vnicuique sit nomen: facillime possit agnosci. Ueteres enim musici propter compendium scriptionis: ne integra semper nomina necessarie esset apponere: excogitauere notulas quasdam: quibus neruorum vocabula notarentur: easque per genera modosque diuisere Simul etiam hac breuitate captantes: vt si quando melos aliquod musicus voluisset ascribere super versum Rithmica metri compositione distentum: has sonorum notulas ascriberet. ita miro modo reperientes: vt non tantum carminum verba: que litteris explicarentur. Sed melos quoque ipsum: quod his notulis signaretur. in memoriam posteritatemque duraret. Sed ex his omnibus modis vnum interim lidium eiusque notulas per tria genera disponamus: in reliquis modis idem facere in tempus aliud differentes. Sane si quando dispositionem notarum litterarum grecarum nuncupatione descripsero: lector nulla nouitate turbetur. Grecis .n. litteris nunc in quamlibet partem imminutis: nunc etiam inflexis: tota hec notarum descriptio. constituta est. Nos vero cauemus aliquid ab antiquitatis auctoritate transuertere. Erunt igitur priores ac superiores notule dictionis. i. verborum: secunde vero atque inferiores percussionis proslambanomenos qui adquisitus dici potest. z. non integrum et tau iacens. ┬. Hypate hypaton que est principalis principalium. ↿ . conuersum. et. r. rectum. ↿. parhypate hypaton. idest sub principalis principalium. β. non integrum. et. ┬ supinum ↿β. hypaton enarmonios: que est principalium enarmonios. A. supinum. et r. conuersum retro habens virgulam. ↿Ʒ. hypaton cromatice que est principalium extenta. A. supinum. habens lineam et. r. conuersum duas habens lineas. ↿Ʒ. hypatõ diatonos que est principalium extenta. φ. grecum digamon. φf. hypate meson que est princ ipalis mediarum. c. et. c. Ʃ. parhypate mesõ que est sub principalis mediarum. q. et. c. supinum. ύ. Meson enarmonios que est mediarum enarmonios. π. grecum. et. c. conuersum. πɔ. mesõ croatica. que est mediarum cromatica. π. grecum habens virgulam. et. c. conuersum per medium habens virgulam π́ɔ- meson diatonos que est mediarum extenta. ω. grecum. et. N. grecum diductum. N. Mese que est media. i. et. λ. iacens. λ. Trite synēmenon que est tertia coniunctarum. ϐ. λ. supinum. ύ. Synēmenon enarmanios que est cõiũctarum enarmonios. ŭ. grecum. et. λ. iacens conuersum per medium habens virgulã. λŭ. Synēmenon cromatice: que est coniunctarum cromatica. ŭ. grecum habens virgulam et. A. conuersum habens virgulas. λŭ. Synēmenon diatonos que est coniunctarum extẽta. c. et. N. Nete synēmenon que est vltima coniunctarum. ω. quadratum supinum. et. z. paramese que est sub media. π́: et. π. grecum iacens. ⥲. Trite diezeugmenõ: que tertia diuisarum est. ε. quadratum. et. п. grecum supinum. ω. diezeugmenon enarmõios: que est diuisarum enarmõios. Δ. et. π. grecum iacẽs conuersum. ⫦ diezeugmenõ cromatice que est diuisarum cromatica. Δ. habens virgulam et. π. grecum iacens conuersum habẽs lineam angularem. ⫦Δ. diezeugmenon diatonos que est diuisarum diatonos. ώ. quadratum et supinum. et. z. ⥲. Nete diezeugmenon que est vltima diuisarum. φ. iacens. et. N. inuersum. diductum. N ϴ. Trite hyperboleõ que est tertia excellentium. γ. deorsum respiciens dextrum et semi. α. sinistrum sursum respiciens. ύλ. hypboleõ enarmonios que est excellentium enarmonios. τ̃. supinum et semi. A dextrum supinum. ν⊥. hyperboleon cromatice que est excellentium cromatica. τ̃. supinum habens lineã et semi. A. dextrum supinum habens retro lineã. ύτ̃. hyperboleon diatonos que est excellentium extẽta. ω. grecum habens acutã et. π́. diductum habens acutã. π́ω. Nete hyperboleon. i. habens acutam. et. λ. iacẽs habens acutam. r-Є

z Ƕ	Proslambanomenos	ω N	Lichãos meson diatonos	λ ╕	Parañ. diezeug. enarm
7 r	Hypate hypaton	ι λ	Mese	λ ╕	Parane. diezeug. chrõa.
β L	Parhypate hypaton	ϐ γ	Trite synēmenon	ω z	Parañ. diezeug. diatonos
Ʒ ↿	Lichãos hypatõ enarm	ŭ λ	paranete synē. enarm.	ϴ N	Nete diezeugmenon
Ʒ ↿	Lichãos hypatõ chrõa.	ŭ λ	Paranete synē. chroma.	ν̃ ν	Trite hyperboleon
φ f	Lichãos hypatõ diato.	r N	Paranete synē. diatonos	τ̃ ν	Parañ. hypbo. enarm.
c L	Hypate meson	ώ z	Nete synēmenon	⊥ ν	Parañ. hypboleõ chõa.
ρ υ	Parhypate meson	z ╒	Paramese	ω π	Parane. hypbo. diatono
π ɔ	Lichanos mesõ enarm.	E ш	Trite diezeugmenõ	r Ʌ	Nete hiperboleon
π́ ɔ	Lichãos meson chroma.				


Monocordi regularis ptitio i gñe diatonico. ca. 4



Ed iã tempus est ad regularis monocordi diuisionẽ venire. De q̃ re illud est predicendum: qd siue in mensura nerui: siue in numeris. atq3 in eoꝝ ꝓportione statuatur describenda diuisio. maius spatiũ corde: ꝛ maior numeri multitudo sonos grauiores efficiet: At si fuerit nerui lõgitudo ꝯtractior: ꝛ in nũeris non eq̃ multa pluralitas acutiores voces edi necessarie est. Atq3 ex hac ꝯparatiõe quantũ vnaqueq3 fuerit vel longior vel pluriũ numeroꝝ. Aliaq3 vel cõtractior vel paucioribus signata numeris: tanto vel grauior vel acutior inuenit. nec lectorẽ res illa cõturbet: qd intẽdentes sepe spatia proportionũ numero maiore signauimus: remittẽtes vo minore: cũ itẽsio acumen faciat. remissio grauitatẽ. Illic. n. tantũ ꝓportionũ spatia signabam⁹. Nihil de grauitatis aut acuminis ꝓprietate laborãtes. atq3 iõ ꝛ i acumẽ maiorib⁹ numeris intendim⁹: ꝛ minorib⁹ in grauitatẽ sepe remisimus hic vo vbi cordaꝝ spacia sonosq3 metiemur: nã turã rerũ sequi necesse est: maioriq3 longitudini cordarum ex qua grauitas existit: ampliores minori vo ex q̃ vocis acumen nascit dare breuiores. Sit corda intensa. a. b. huic equa sit regula que ꝓpositis partitionibus diuidatur vt ea regula corde apposita: eedẽ diuisiones in nerui longitudine signẽtur: q3 ah assignaueramus in regul . Nos vo nũc ita diuidim⁹: q̃si ipsã cordã ꝛ nõ regulã partiamur. Diuidat igit. a. b. in quatuor partes p tria puncta que sũt. c. d. e. Erũt igitur tota quidẽ. a. b. dupla ab his que sũt. d. b. a. d. sigillatim vo. a. d. d. b. duo. e. sunt ab his que sũt. a. c. c. d. d. e. e. b. Erit igitur. a. b. quidem grauissima idest proslambanomenos. d. b. autẽ mese. Est enĩ dimidia totius. ꝛ sicut. a. b. ab ea que ẽ. b. d. Dupla est spatio ita. b. d. ab ea que est. a. b. dupla est acumine. Nã vt superius dictum est spatii ꝛ acuminis semper ordo conuersus est Nã tanto est corda maior in acumine: quãto fuerit minor in spacio. quocirca erit ꝛ. e. b. Nete hyperboleon quoniam. e. b. eius que est. d. b. dimidia quidem in q̃titate dupla vero in acumine. Rursus q̃m eadẽ. e. b. ei⁹ que est. a. b. quarta pars est. in spatio: quadrupla erit ab eadem in acumine. Erit igitur (vt dictum est) nete hyperboleõ dupla in acumine ab ea que est mese. Mese autem dupla in acumine ab ea que est proslambanomenos. Nete vero hyperboleon quadrupla in acumine ab ea que est proslambanomenos: consonabit igitu proslambanomenos ad mesen diapason. mese ad netẽ hyperboleõ diapason ꝓslambanomenos ad ad netẽ hypboleõ bis diapasõ Rursus q̃m eque partes sunt. ãc. c̃. d. d. ẽ. ẽb. Est autẽ . ã. b. quatuor earũdem partium. c. b. autẽ triũ. a. b. sesquitertia est ab ea que est. c. b. Rursus q2 triũ est equalium partium. c. b. sed. d. b. duarum: erit igit. c. b. sesqualtera eius que ẽ. d. b. Rursus q̃m. c. b. ẽ triũ partium equaliũ q̃lis est vna. e. b. tripla igit est. c. ab ea q̃ ẽ. e. b. erit igit. c. b. lichanos hypatõ diatonos: cõsonabitq3 ꝓslambanomenos qdẽ ad lichanõ hypatõ diatonon diatessarõ ꝯsonantiã. Eadẽ vo lichãos hypatõ diatonos ꝯsonabit ad mesen ꝯsonãtiã diapẽte Eadẽq3 lichãos diatonos ꝯsonabit ad netẽ hyperboleon. diapasõ ꝛ diapẽte. Rursus sit de tota. ãb. nonã ptẽ auferã eã q̃ ẽ. a. f. erũt ptes octo. f. b. Erit igit. f. b. hypate hypatõ. ad q̃ sesqoctauã ꝯficat ꝓportionez. a. b. idest proslãbanomenos. In musica vo tonũ.




¶ Superior descriptio iferiora signa que continet: eius sunt descriptionis: vbi cordis notulas apposuimus: qm eaꝝ nomina longum fuit ascribere. Item si. a. b. tribus icisionibus partiamur: erit ps tertia. a. g. Due igitur eiusdem erunt. S. b. Consonabit igitur. a. b. ꝓ slambanomenos. ad. g. b. q est hypate meson diapente consonantiam in proportione sesqualtera cōstitutā. c. b. aūt ad. g. b. erit sesquioctaua: ⁊ continebit tonū idq; ordine cadit. Nā lichanos hypatō diatonos idest c. b. ad eam que est hypate meson. i. g. b. cōtiet tonū Rursus. a. b. quidē proslambanomenos ad. c. b. lichanon hypaton diatonon habet consonātiā diatessarō a. b. autē proslambanomenos ad. g. b. hypatē mesō habet consonantiā diapente. Itē. c. b. ad. d. b. i. lichanos hypaton diatonos ad mesen hʒ consonantiā diapente. g. b. autem ad. d. b. idest hypate meson ad mesen habet consonantiam diatessaron Lichanos. autem hypaton idest. c. b. ad hypaten meson comparata idest. g. b. distabit tono. Si autem eius que est. c. b. quartaʒ partē sumpsero: erit. c. k. Igitur. c. b. ad. k. b. obtinet sesqtertiam proportionem. k. b. autē ab ea que est. d. b. sesqoctaua proportione distabit. Erit igitur. k. b. quidē diatonos meson. ⁊ erit. c. b. i. lichanos hypatō diatonos ad. k. b. i. diatonon meson. diatessaron consonantiam cōtinens. Rursus si eius q e d. b. nonam partem sumpsero. erit mihi. d. l. Igitur. l. b. erit paramese. Si autem eius que est. d. b. quartam partem sumpsero: erit. d. m. Igitur. m. b. erit nete sinēmenon. Si. autem eius que est. d. b. tertiam partem sumpsero: erit. d. n. Igitur. n. b. erit nete diezeugmenon. Sit autē. k. b. in duas partes eqs fuerit diuisa: erit. k. x. Eritq;. x. b. paranete hyperboleon.




¶ Monocordi netarum hypboleon per tria genera ꝑtitio. Capitulum. XV.


Hunc igitur diatonici generis descriptio facta est in eo. s. mō q ē simplicior ac princeps: quē lidium nuncupamus De qbus modis nunc disserendum non est. vt vo per tria genera currat mixta descriptio: ⁊ oibus ꝓpria numeroꝝ pluralitas apponatur ad conseruandas. s. ꝓportiones: veltonoꝝ atq; dieseō excogitatus ē numerus. q hec oīa posset explere. vt maximus qdem ad ꝓslambanomenon describatur: q sit. 9. 216. Minimus vo. 2. 304. Reliquoruʒ vo sonorum proportiones in horum medietate terētur. sane ab inferiore ꝓcedimus oiumq; noia cordarum non solum noibus verum etiā oppositis lrīs demonstramus. Sed ita vt qm trium generum est facienda partitio. neruorumq; modus lrarum excedit numerum: vbi defecerint lre. easdem rursus geminamus hoc mō: vt qn. ad. z. fuerit vsq; peruentum: ita describamus reliquos neruos. bis. a. i. aa. ⁊ bis. b. i. bb. ⁊ bis. c. i. cc. Sit igitur primus quidem numerus maximusq;: qui ꝓslambanomenon obtineat locuʒ. 9. 216. Sitq; totius corde modus. ab eo qd est. a. vsq; ad id quod est. ll. hanc. i. ꝓslambanomenon. 9. 216. diuido dimidiam ad. o. vt sit tota. a. dupla ab ea que est. o. item. o. sit dupla ab ea que est. ll. Erit igitur. a. quidem proslambanomenos. o. autē mese. ll. nete hyperboleon. habebit igitur. a. quidem. 9. 216. o. vo. horum dimidium. i. 4. 608. vt mese ad proslābanomenon diapason consonantia conueniat. Ea vo que est. ll. dimidiū meses: vt sit ꝓslambanomenos ab ea que est nete hyperboleon: quadrupla. ⁊ bis diapason ad eam consonetur symphoniam: sitq;. ll. ii. ccc. iiii.


Bisdiapason



Si igitur ex.ii.ccciiii.octauam abstulero partem.i.cclxxxvii.eisdemq; adiecero:fient mihi.ii.dxcii.eritq; n.n.ii.dxcii.que sit paranete hypboleon ad netē hypboleon obtinens distantiā tonū.Rursus eius q̄ est.n.n.ii.dxcii.aufero octauā q̄ cccxxiiii.eāq; eis quorū est octaua subiūgo.erunt.ii.dcccxvi.fietq; mihi .f.f.trite hypboleon diatonos in diatonico.s.genere ii.dcccxvi.tonum qdem distans ab ea que ē paranete hypboleon.diatonū vo ab ea q̄ ē nete hypboleō.eadē vo.f.f.erit in chrōatico gn̄e trite hypbo.croatica enarmonio vo parāete hypb.enarmōios.qd facilius agnoscetur:cur eueniat cum trium generū tria prima tetracorda a nete hypboleō inchoantia descripserimus.Qm̄ vo.si a sesquitertia ꝓportione duas sesquioctauas abstulero relinquit̄ mihi semitonium minus:sumo tertiam eius que est.l.l.i.netē hyperboleon sunt.dcclxviii.Hos eisdē adicio.fient mihi.iii.lxxii.Quorum est.d.d.nete diezeugmenon continēs ad tritem hyperboleon semitonium minus.Nā qm̄ nete diezeugmenon ad netē hyperboleon diatessaron continet consonantiam:trite autem hyperboleō diatonos ab ea ditonum distat.relinquitur spatium quod est inter netē diezeugmenon & tritem hyperboleon semitonii minoris.Quoniam igitur tetracordum hyperboleon diatonici generis expleuim⁹.nūc chromatici & enarmonii tetracorda supplenda sunt hoc modo.Quoniam enim paranete hyperboleō ad netē hyperboleon in diatonico quidem genere tono distat.in chromatico vo tribus semitoniis:i enarmonio vero duobus tonis:si distantiam paranetes hyperboleon & netes hyperboleō diatonici generis sumpserimus eiusq; dimidium paranete hyperboleon que est diatonici generis apponamus:habebimus numerum tribus semitoniis ab hyperboleon nete distantem.& erit hec in cromatico genere paranete hyperboleō.Aufero igitur.de.ii.dxcii.idest de paranete hyperboleon diatonici generis.ii.ccciiii.idest nete hyperboleon:relinquuntur mihi.cclxxxviii.hos diuido erunt.cxliiii.eosdem adiiciam.ii.dxcii.i.parāete hypboleon diatōici gn̄is & erūt mihi.ii.dccxxxvi.hec erit paranete hyperbo.cromatica rursus qm̄ trite hyperboleon vel diatonica vel chrōatica duos tonos distat a nete hyperboleon:& in enarmonio gn̄e paranete hyperboleon duobus tonis distat ab ea q̄ est nete hyperboleon:eadem erit in enarmonico gn̄e paranete hyperboleon:q̄ ē in diatonico vel chromatico trite hyperboleō.Sz qm̄ trite hypboleō diatōici gn̄is & chromatici ad nete diezeugmenō min⁹ seitoniū ꝓuāt:cōstat āt tetracordū enarmonii gn̄is ex duob⁹ integris tōis:& diesi:ac diesi:q̄ sūt dimidia spatia seitonii mīoris:distātiā eā q̄ ē iter netē diezeugmenō & panetē hyp.enarmoniū sumo.Sz qm̄ nete diezeugmenō.e.iii.lxxii.panete.āt hypbo.enarmonios.ii.dcccxvi.hoꝝ distantia erit.clvi.horū sumo dimidiam ptē:q̄ sūt.lxxviii.Hos adicio.ii.dcccxvi..fient ii.dcccxciiii.hec erit.ee.trite hypboleō enarmonios descriptum est igitur secūdū tria genera tetracordum q̄ ē hypboleon:cui⁹ formā subter adiecimus.








Ratio superius digeste descriptionis. Ca. 6.

Tria igitur tetracorda tali nobis ratiōe descripta sunt. Tetracordum enim omne diatessaron retinet consonantiam. Igitur nete hyperboleon & nete diezeugmenon in tribus generibus idest vel in diatono vel in cromate vel in enarmonio diatessaron continent symphoniam. Diatessaron autem consonantia constat duobus tonis & semitonio minore. Id hoc modo per tria genera in supradictis tetracordis diuisum est In diatonico enim genere primum paranete hyperboleō idest. ii. dxcii. ad netē hypbolēō. idest. ii. ccciiii. obtinet distantiam tonum: quod tali notula inscripsimus. T. Rursus trite hyperboleon diatonici generis que est. ii. dcccxvi. ad paraneten hyperboleon diatonici generis que est. ii. dxcii. rursus. obtinet differentiam quā simili nota insignauimus. T. Nete autem diezeugmenon ad tritem hyperboleon. idest. iii. lxxii ad. ii. dcccxvi. semitonium refert quod tali notula signauimus. T. hoc est totum spacium nete diezeugmenon & nete hyperboleon duorum tonorum ac semitonii. Sed idem duo toni ac semitonium in cromatico genere hac ratione diuisi sunt. Secundum enim genus quod est cromaticū hoc modo descriptū ē. paranete enim cromatice hypboleon q̄ est. ii. dcccxxvi. ad netē hyperboleon que est. ii. ccciiii. comparata cōtinet spatium paranetes hyperboleon diatōici generis ad netē hyperboleon. qd est vnus ton9. idest duo semitonia. maius ac minus. & diuisum rursus spacium paranetes hyperboleō diatonici & netes hyperboleō (Ita enim factum est) qui est dimidius tonus: sed non integre: quia (vt supra vberrime monstratū est) nō pt tonus in duo equa partiri. Consignabimus igit hoc spatium trium semitoniorum. i. toni ac semitōii hoc modo. ttt. Rursus paranete hyperboleon crōatica ad triten hyperboleō retinet partē toni. i. semitoniū quod reliquū fuit ex duobus tonis qui continētur inter triten hyperboleon diatonicā & netē hyperboleō Subtractis vero quatuor semitoniis: reliquum ex toto tetracordo spatiū semitonii est: quod cōtinet inter netē diezeugmenon & tritē hypboleō. Cōstat igit & hoc tetracordum ex duobus tonis ac semitonio: diuisum in


vno spatio quidem trib⁹ semitonijs. In duob⁹ autez spatijs duobus semitonijs. Tria vo spacia neruis q̄tuor continētur. In enarmonio vero genere suma ē id pernoscendi facilitas. ab ea enim que est nete hipboleō. i. ii. ccciiii. paranete hiperboleō enarmonios idest. ii. dcccxvi. duos tonos itegros distat. quos hoc modo notabimus. T. T. Relinquitur igitur ex totius tetracordi duobus tonis ac semitonio vnum quidem semitonium quod continetur iter netē diezeugmenon ⁊ paranetē hiperboleō enarmoniō. Quod. l. diuisimus in duas dieses trite hipboleō enarmoniō Media interiecta spatiūq̧ dieseos hoc modo signauimus. d. ita igitur nobis hiperboleon tetracordū descriptuz est. Quo peracto ad diezeugmenō tetracordum veniamus. Nec immorandum est eisdē commemorationibus in ceteris. Cum ab hac descriptione ēt in alijs sumi possit exemplum.


Monochordi netarum diezeugmenon per tria genera partitio. Capitulum. 7.

Netes igitur diezeugmenon q̄ ē. iii. lxxii. si dimidiū sūmā. erūt. M. dxxxvi. Qui eisdē additi fiunt. iiii. dcviii. que est mese: quam o. littera designauimus. q̧ si eiusdem netes diezeugmenon. i. dd. scz. iii. lxxii. auferam tertiā partem: erūt. M. xxiiii. Qui eisdem cōiūcti faciēt. iiii. xcvi. que vocabitur paramese. x. littera subnotata. Nete igitur diezeugmenon. idest. iii. lxxii. ad mesen idest. iiii. dcviii. quoniam in sesqualtera cōparatione consistit: diapente cōsonabit symphoniam. Eadem vero nete diezeugmenō idest. iii. lxxii. ad paramesen idest. iiii. xcvi. que ad eā i sesquitertia proportione composita est: diatessaron retinet consonantiam. Si igitur ab ea que est nete diezeugmenō iii. lxxii. auferā octauam partez idest. ccclxxxiiii. eisq̧ adiiciaz: fient. iii. cccclvi. eritq̧ hec parāete diezeugmenon. diatonos. cc. litteris pernotata ad netem diezeugmenon obtinens tonū. Ab hac vero si octauam auferam partem. i. de. iii. cccclvi. Que est. ccccxxxii. eosq̧ eidem adiungā: erūt. iii. dcccclxxxviii. Eritq̧ ea y. trite diezeugmenon diatonos. Sed quoniam nete diezeugmenon ad paramesen sesquitertiam obtinebat ꝓportionem: trite autem diezeugmenō diatonos a nete diezeugmenon duos tonos abest: cōtinebitur inter tritē diezeugmenon ⁊ paramesen semitonium minus. Diatonicum igitur genus. In hoc quoq̧ tetracordo ac pentacordo ita expletum est. vt tetracordi quidē eius quod est netes diezeugmenon ad paramesen: diatessaron consonantia fit. Pentacordi vero eius quod est netes diezeugmenon ad mesen: diapente fit consonantia.



¶ Enarmonium vero atq; cromaticum genus hac ratione texemus. Sumo distantiam netes & paranetes diezeugmenon diatonici. idest. iii. lxxii. & iii. ccccLvi. & eorum differentia. ccclxxxiiii. hãc diuido. erunt. cxcii hanc si sumã & ei que est paranete diezeugmenõ diatonos. adiũgam. i. iii. ccccLvi. fient. iii. dcxlviii: hec erit paranete diezeugmenon chromatica. b. b. geminatis litteris annotata distans nete diezeugmenon tono & semitonio. i. tribus semitonijs continens ad tritem diezeugmenon dudum quidem diatonicam. Nũc vero cromaticam idest. iii. dccclxxxviii. Semitonium reliquum ab eo. tono. quod diuisum est inter paranetẽ diatonon diezeugmenon & tritẽ diatonõ diezeugmenon: & fit aliud reliquum ex tetracordo semitonium. Inter triten diezeugmenon cromaticam & paramesen: quod. s. ex diatessaron consonantia reliquitur: ea que est. inter neten diezeugmenon & paramesen subtractis duob' tonis: quos nete diezeugmenõ & trite diezeugmenon cromatica continebant. Que autem in diatonico genere trite diezeugmenon diatonica est. In cromatico autem trite diezeugmenon cromatica ea in enarmõio genere paranete diezeugmenõ enarmonios dicitur. integros enim duos tonos distat ab ea que est. nete diezeugmenon & notatur. a. a. Et iter neten diezeugmenon & paraneten enarmonion diezeugmenon nulla inter est corda. atq; ideo paranetes vocabulo nuncupatur. Semitonium vero quod est inter paraneten. enarmonion diezeugmenõ & paramesen idest inter. a. a. & x. hac rõne ptimur vt fiant due dieses. Sumo differentiã paranetes enarmonij diezeugmenon & parameses idest. iii. dccclxxxviii. & iiii. xcvi. ea est. ccvii. hanc diuido. fient. c. iiii. hos appono iii. dccclxxxviii. fiẽt. iii. dcccxcii. Ea erit trite diezeugmenon enarmonios. z. littera pernotata. Huius igit tetracordi per tria genera descriptionem subter adieci superiusq; dispositum hiperboleon tetracordũ aggregaui. vti esset vtrorumq; vna descriptio: & paulatim iuncta dispositionis totius forma consurgeret.





Monocordi netarum synēmenon per tria ganera ꝑtitio Capitulum .8.


Uo quidē tetracorda que sibimet quidē cōiuncta sunt: a mese vo disiuncta: triũ generum superior descriptio quemadmodũ locaret̃ oñdit. Nũc ad aliud tetracordũ veniēdũ ē: q synēmenon vocatur: quod iũctũ ē ei que est mese. Qm̃ enim iter neten diezeugmenō ⁊ mesen diapēte consonãtiã esse prediximus: ē autē diapente consonantia trium tonoꝝ ac semitonij. tres Tres vero sunt toni in hoc pentacordo: quoꝝ vnꝰ q dem netes diezeugmenō ad paranetem diezeugmenon diatonon. Alter vero paranetes diezeugmenon diatonon ad tritem diezeugmenon diatonon. Tertius autē ꝑameses ad mesen: reliquũq; semitoniũ trites diezeugmenō diatoni ad paramesen: qm̃q; netes diezeugmenon ⁊ parameses tetracordũ ab ea q̄ est mese. eo tono disiunctũ: q est iter ꝑamesen ac mesen. Si ex eo pentacordo: quod est a nete diezeugmenon ad mesen: vnũ abstulerimus tonũ eũ. s. qui conti netur iter neten diezeugmenō ⁊ paraneten diezeugmenon diatonon: poterimus aliud tetracordũ ad mesen iungere: vt fiat synēmenon: quod est cōiũctũ hoc mō. Nã qm̃ paranetes diezeugmenō diatoni: q̄ ē. c. c. numerꝰ ē. iii. ccccl vi. horũ tertia eisdē addita faciet mesen. hic ergo numerus in diezeugmenon tetracordo. c. c. litteris ãnotatus tono distabat a nete diezeumenon in genere diatonico: ⁊ parãete diezeugmenō diatonos vocabat̃. in sinēmenō aũt tetracordo. i. coniũctarũ sit nete sinēmenon in tribus generibus cōstituta. y. littera pernotata: ⁊ ab ea octaua pars auferatur que ē. ccccxxxii. eisq; apponatur: fiēt. iii. dccclxxxviii. que est paranete sinēmenon ⁊. T. littera pernotata. huiꝰ ꝑs sumatur octaua ea q̄ est. ccccl xxxvi. hec summa si eisdē: quorum octaua ē: aggreget̃: fiēt. iiii. ccclxxiiii. que est trite sinēmenon diatonos. i. e. Sed tm̃ nete sinēmenō ad mesen idest. iii. ccccl vi. ad. iiii. dcviii. sesqtertiã obtinet ꝓportionē. que est diatessarō: trite autem synēmenō ad neten sinēmenon idest iiii. ccclxxiiii. ad. iii. ccccl vi. duoꝝ tonoꝝ obtinet ꝓportionē: relinquit̃ trites synēmenon diatoni ad mesen proportio semitonij ⁊ coniũctũ est hoc tetracordũ cũ mese: atq; iō sinēmenō q̄si cōtinuũ ⁊ cōiũctũ vocat̃. Et diatonici quidē hoc mō est facta ꝓportio. Cromatici vero talis diuisio ē. Sumo netes synēmenō ⁊ paranetes synēmenon diatonici idest. iii. ccccl vi. ⁊. iii. dccclxxxviii. differentiã. ea est. ccccxxxii. hanc diuido vt semitoniũ fiat. fiunt. ccxvi. hãc adijcio ad. iii. dccclxxxviii. vt tria semitonia fiãt: erũt. iiii. ciiii. que ē parãete sinēmenon cromatica. cui littera. s. super apposita ē. Ab hac igit̃ idest parãete synēmenō cromatica ad triten synēmenon prius quidem diatonicã. nũc vero cromaticã semitoniũ est A qua trite synēmenon cromatica vsq; mesen aliud semitoniũ repit̃. Sed quoniã a nete synēmenon vsq; ad triten synēmenon diatonicã vel cromaticã duo toni sũt: q̄ est in diatonico vel cromatico generibꝰ trite synēmenō diatonos vel crōatica: eadē in genere enarmonio ꝑanete synēmenon enarmonios ē hũs sũmã. iiii. ccclxxiiii. q̄ sit. R. A qua vsq; ad meson semitoniũ est. hoc ꝑtior ĩ duas dieses hoc modo. Sumo differētiã parãetes synēmenon enarmōij ⁊ meses idest. iiii. ccclxxiiii. ⁊. iiii. dcviii. facit. cc. xxxiiii. hanc diuido. fient. cxvii. hanc adijcio paranete synēmenon enarmonios. i. iiii. ccclxxii i fient. iiii. ccccxci. que. p. littera pernotatur. ⁊ sit ea trite synēmenon enarmonios. Eritq; semitonium quod ꝯtinetur iter paraneten synēmenon enarmonion: ⁊ mesen idest inter. iiii. ccclxxiii. ⁊. iiii. dcviii. diuisũ ꝑ tritē sinēmenō enarmoniō. eã. s. q̄ ē. iiii. ccccxci. Quocirca huius quoq; tetracordi expedita ratio ē. Nũc aũt faciēda ē descriptio iũcta tñ cũ ceteris tetracordis. i. hiꝑboleon ac diezeugmenon. vt paulatim fiat descriptionis rata progressio.

diatonicū | Chroma. | Enarmoniū

diatonicū
3456 Nete sinēmenō
3888 parāete synem.
4374 Trite synēmeñ
4608 Mese

Chroma.
3456 nete synēmenō
4104 parāete syne.
4374 Trite sinēmenō
4608 Mese

Enarmoniū
3456 Nete sinēmenō
4374 parāete sinēme.
4491 trite sinēme.
4608 Mese

D E T Y

diatonicū | chromaticū. | enarmoniū

diatonicū
2304 Nete hiperboleon
2592 parāete hiperb.
2916 trite hiperbo.
3072 nete diezeug.
3456 parāete diez
3888 trite diezeug
4096 paramese
4608 Mese

chromaticū.
2304 Nete hiperbo.
2736 paranete hiperbo.
2916 Trite hiperbo.
3072 nete diezeug.
3648 parāete diez.
3888 trite die.
4096 Paramese
4608 Mese

enarmoniū
2304 Nete hiperboleō
2916 paranete hiperbo.
2994 Trite hiperbo.
3072 nete die.
3888 paranete diezeu.
3992 trite diezeugme.
4096 pame.
4608 Mese

T Y CC DD ff MM ZZ b b ee n n AA Z

Monochordi meson per tria genera partitio. Capitulum. 9.



Ex his igitur que predicta sunt: in ceteris nõ arbitror diutius laborandum. Ad horũ enĩ exemplar etiam reliqua tetracorda meson atqꝫ hypaton texenda sunt. Ac primum quidem diatonici generis meson tetracordon hoc ordine describemus. Meses enim que est. iiii. dcviii. sumo tertiam partem. ea est. i. dxxxvi hanc eidẽ copulo. fient. vi. cxliiii. ea sit. H. hypate meson diatessaron ad mesen continens consonantiam. hec duobus tonis ac semitonio ita diuiditur. Sumo enim meses idest. iiii. dcviii. octauam partem: que est. dlxxvi. hanc eidem adiungo. fient. v. clxxxiiii. ea est lichanos meson diatonos idest. M. Cuius interim pars sumitur octaua ea est. dcxlviii. hanc eidem adiungo. fient. v. dcccxxxii. Ea sit. i. parhypate meson diatonos tonũ obtinens ad lichanon meson diatonõ: duobus autẽ tonis distans a mese. Relinquitur igitur semitoniũ inter hypaten meson diatonon et parhipaton meson diatonõ cõstitutũ. i. ĩter. vi. cxliiii. et. v. dcccxxxii. Idẽ vero tetracordum meses atqꝫ hipates meson in cromatico genere tali ratione partimur. Sũo meses differentiam ad licanon meson diatonon. i. iiii. dcviii. ad. v. clxxxiiii. Ea est. dlxxvi. hanc dimidiam partior. fiẽt cclxxxviii. eadem adiicio numero maiori. i. v. clxxxiiii. fient. v. cccclxxii. que sit. N. lichanos meson cromatice Relinquuntur igitur duo semitonia vnuẽ inter lichanon mesen. cromaticen et parhypatẽ meson cromaticen. i. ĩter. v. cccclxxii. et. v. 832. et aliud inter parhipaten meson cromaticen et hypaton meson. idest ĩter v. 832. et. vi. 144. Enarmonium vero genus hoc modo diuidimus quoniam ea que erat parhipate meson diatonos. vel ea que erat parhipate meson cromatice duos tonos distabat a mese obtinens numerum. v. dcccxxxiii. ea in enarmonio genere erit lichãos meson enarmonios. L. littera ꝑnotata duos nihilominus ad mesen obtinens tonos. Reliquum igitur semitonium quod est inter lichanos mesõ enarmonion et hypate meson. idest inter. v. dcccxxxii. et. vi. cxliiii. in duas dieses hoc modo diuidimus. Aufero differentiam. v. dcccxxxii. ad. vi. cxliiii. ea est. cccxii. hãc dimidiam partior fient. clvi. hanc ad. v. dcccxxxii. iungo. fient. v. dcccclxxxviii. et hec sit. K. parhipate meson enarmonios Due vero sunt diesis inter lichanon meson enarmonion et parhypate meson enarmonion idest. inter. v. dcccxxxiii. et. v. dcccclxxxviii. et inter parhypaten meson enarmonion et hypaten meson idest inter. v. dcccclxxxviii. et. vi. cxliiii. Diuisum est igitur meson tetracordon. Quod ita in descriptione ponatur: vt superius descriptis tetracordis aggregetur.

Diatonicum		Chromaticum		Enarmonium	
Nete sinemenon	3456	Nete synemenon	3456	Nete sinemenon	3456
Paranete synemenon	3888	Aparanete syneme.	4104	Paranete synem.	4374
Trite synemenon	4374	Trite sinemenon	4374	Trite sinemen.	4491
Mese	4608	Mese	4608	Mese	4608
Lichanos meson	5184	Lichanos meson	5472	Lichanos meson	2832
Parhipate meson	5832	Parhipate meson	5832	Parhipate meson	5988
Hypate meson	6144	Hypate meson	6144	Hypate meson	6144

Diatonicum		Chromaticum		Enarmonium	
Nete hyperboleon	2304	Nete hyperboleon	2304	Nete hyperboleon	2304
Paranete hypbo.	2592	Paranete hypbo.	2736	Paranete hypbo.	2916
Trite hypboleon	2916	Trite hyperbo.	2916	Trite hypboleon	2994
Nete diezeug.	3072	Nete diezeug.	3072	Nete diezeugme.	3072
Paranete diezeu.	3456	Paranete diezeu.	3648	Paranete diezeu.	3888
Trite diezeugme	3888	Trite diezeug.	3888	Trite diezeugme.	2992
Paramese	4096	Paranete	4096	Pame.	4096


Adverte perspicue lector ultimam figure maioris lineam cum ea minoris figure linea adequari debere que O. literam .n. summitate continet, sed quoniam aliter imprimi non poterat: sic posita est.

Monochordi


Musica

¶ Monocordi hypatō p tria genera partitio: ⁊ toti⁹ dispositio descriptionis. Capitulum. io.

Archytas vero cuncta in ratione constituens non modo sensum aurium in primis consonantijs obseruare neglexit: verum etiam maxime in tetracordorum diuisione rationem secutus est. Sed ita. vt neque eam quam querebat efficaciter expediret: neque sensui proposita ab eo ratio consentiret. Ille enim tria esse genera arbitratur: enarmonium. diatonicum. cromaticum. In quibus eosdem grauissimos statuit atque acutissimos sonos in omnibus quidem generibus grauissimos sonos facien. ii. xvi. acutissimos vero. M. dxii. inter hos in tribus generibus neruum grauissimo proximum collocat eum. s. qui sit. i. dcccclxiiii. vt ad eum. ii. xvi. sesquiuicesimam septimam obtineant proportionem. Post hec vero infra acutum neruum. Tertium vero a grauissimo eum collocat in enarmonio genere: qui sit. i. dcccxc. ad quem. i. dcccclxiiii. sesquitricesima quinta proportione iungantur. Idemque. i. dcccxc. ad acutissimum. i. M. dxii. In sesquiquarta proportione sit constitutus. Item in diatonico genere tertium quidem a grauissimo neruo: secundum vero ab acutissimo eam ponit: qui sit. i. dcci. ad quos. i. dcccclxiiii. sesquiseptima proportione coniuncti sunt. Ipsi autem. i. dcci. ad acutissimum. i. dxii. sesquioctaua. in cromatico vero genere tertium a grauissimo: et secundum ab acutissimo enim ponit: qui ad. i. dcci. qui est tertius a grauissimo in diatonico genere: eam obtineat proportionem. quam obtinet. cclvi. ad. ccxliii. hic autem est. i. dcccxcii. qui est secundus ab acutissimo appositus: habetque proportionem. Secundus ab acutissimo in diatonico genere. i. i. dcci. ad secundum ab acutissimo in chromatico genere idest. i. dcccxcii. eam quam habent. ccxliii. ad. cclvi. eorumque tetracordorum secundum archite sententiam diuisorum formam monstrat subiecta descriptio.


Enarmonium



Diatonicum



Chromaticum



¶ Quemadmodum ptolomeus et aristoxeni et archite tetracordorum diuisiones reprehendat. Cap. 17.

Sed vtrasque tetracordorum diuisiones ptolomeus ita reprehendit. Architam quidem primo: quoniam secundus ab acutissimo neruus in cromatico genere idest. i. dcccxcii. ita est collocatus: vt nec ad acutissimum. i. dxii. nec ad proximum grauiori. i. dcccclxiiii. vllam superparticularem efficiat proportionem. cum architas tantam supparticularibus comparationibus habuit dignitatem: vt eas etiam in consonantiarum ratione susceperit. Dehinc quod primam a grauissimo proportionem in cromatico quidem maiorem sensus deprehendat: quam fecit architas. hic namque in cromatico genere. i. dcccclxiiii. ad. ii. xvi. distare fecit sesquiuicesimam septimam proportionem: cum secundum consuetam cromatici generis modulationem sesquiuicesima prima esse debuerit. Item enarmonium genus ea proportio: quam primam a grauissimo secundum archite retinet diuisionem talis est: vt longe minor esse debat: quam in ceteris generibus inuenitur. hic autem equam eam ceteris generibus statuit: dum primas a graui proportiones in tribus generibus sesquiuicesimas septimas ponit. Aristoxenum vero culpat: quoniam in cromate molli et cromate hemiolio tales posuerit primas secundasque a graui neruo proportiones: que a se a minimo et quantum sensus non possit internoscere: distarent. Est quippe proportio prima in cromatis mollis prima diuisione secundum aristoxenum octo. at in cromate hemiolio nouem. Sed octo ad nouem vnitatis differentia distant. Est autem tenus totus. xxiiii. vnitatibus secundum positionem: quorum vnitas. xxiiii. est. Prime igitur a graui inter se proportiones cromatis mollis: et cromatis hemiolii. xxiiii. parte toni distant. quod propter breuitatem differentie nullo modo sentit auditus. Idem etiam aristoxenum reprehendit. cur diatonici generis duas tantum fecerit diuisiones. vt in molle incitatumque diuideret: cum possint alie quoque diatonici generis species inueniri.

¶ Quemadmodum ptolomeus tetracordorum diuisionem fieri dicat oportere. Capi. 18.

Ptolomeus tetracorda diuersa ratione partitur illud in principio statuens: vt inter duos altrinsecus sonos tales vocule aptentur: que se superparticularibus proportionibus excedant inequalibus: tamen: quoniam superparticularis proportio non potest in equa diuidi. Dehinc vt omnis comparatio: que fit ad eum neruum qui est grauissimus in tribus: minor sit ceteris: que acutis vocibus coniunguntur. Sed in his: ea que spissa nominamus talia esse debent: vt due proportiones: que grauitati sunt proxime: minores sint ea proportione: que relinquuntur ad acutum: in non spissis vero ut in diatonicis generibus nusquam vna.

¶ Nicolaus

Nicolaus Judecus Venetus. DonatoCiualello viro Rethorico. S.


r

Ecognoscens superiorib⁹ diebus Donate Musarum cultor elegantissime quosdam diui Boetij de Geometria libros consulto Euclidis greco exemplari. Cuius ille complusscula Theoremata ad verbuꝫ latina fecit: animaduerti eminentissimum geometram euclidem a nostris ⁊ mendose admodum legi: ⁊ (vt mea quidẽ fert opinio) non satis recte exponi. Sed prius illud fere traductoris culpa accidisse videt̃. Is. n. quicũqꝫ tãdem fuerit: e barbara lingua greca volumina trãsferẽs semilatina reddidit. Nã vocabula quedã ita: vt iacẽt: barbara dimittit: cũ tñ latini sua habeant ⁊ quidem optima ac probatissima. Quam enĩ quadrilaterã figurã. Rhombũ ⁊ greci ⁊ nostri appellãt: ille verbo quodam (vt ita dicã) exotico helmuaim vocat: ⁊ huic affinẽ: quam greci Rhomboiden dicunt. Similẽ helmuaim. Sunt ⁊ alie q̃dã q̃drilatere figure: q̃s greci trapezia: nostri Mẽsulas nominãt. Has noster hic interpres latini atqꝫ greci vocabuli pereque ignarus Helmuarifas dicere nõ veret̃. Sed sint sane hec leuia ⁊ nõ m̃lta aĩaduersiõe digna. Illud certe (ni fallor) defendi nulla excusatione põt. ꝙ rex̃ definitões: q̃bus vt principijs totius scientie vtimur: ⁊ confundẽdo falsas facit: ⁊ quas Euclides minime somniauit in eaꝝ locũ: que illius erãt: temerario quodam ausu supponit. Nã stati in initio operis lineã huiuscemodi definitionis termino claudit. Linea est longitudo sine latitudine: cuius quidẽ extremitates sunt duo puncta. Hec vero finitio ei linee accõmodari minime põt. q̃z peripheriã greci nomĩant: cũ illa extremis nullis finiat̃: q̃z q̃z quidã ex recentioribus falsa translatione decepti hanc tanq̃z Euclidis veram definitionẽ defẽdere conãt̃: dicentes peripheriam quidẽ extremis ⁊ finibus actu carere: aptitudine vero (vt eorũ vtar vocabulo) fines ⁊ terminos agnoscere. Quod pridiculũ ẽ. Siquidẽ eodẽ exemplo lineam ipse definiam longitudinẽ citra latitudinẽ: que q̃dẽ extremis careat: ꝙ si reclamabis ⁊ lineã obijcies rectam finitam. Respondebo eã finibus habilitate potẽtiaqꝫ vocare. q̃zuis actu non vacet. Quamobreꝫ aut vtraqꝫ definitio recipienda est: quo nihil põt esse absurdius: aut vtraqꝫ reijcienda. Quod rectissima ratiõe fieri constabit. si q̃s aĩaduertat: q̃z ĩcuriose egregi⁹ iste ĩterpres duas rerum longe aliarũ definitiones in vnam quasi formã coniunxerit: atqꝫ ad vnam tantũ rem definiendã assumpserit. Nam Euclides cum lineaꝫ diffiniuisset lõgitudinem citra latitudinẽ: essentqꝫ ex lineis quedã finite ⁊ terminate. Mox declarauit: qui essent linee fines ⁊ termini inquiens. Linee v̊o extrema puncta sũt At hic noster tam lepide traductionis auctor ex duarum definitionum permixtione confusioneqꝫ vnũ q̃si corpus definitiõis collegit: ac soli linee ꝯgruere aptariqꝫ posse putauit. Ad plenã igit̃ linee definitionẽ nihil aliud corrogandũ est preter id: quod dictũ est lineam longitudinem esse citra latitudinem. Sic. n. circũcurrentes lineas rectas: ⁊ flexuosas complectit̃: item finitas pariter atqꝫ infinitas. Ex quib⁹ quidẽ ĩfinitas lineas prior nobis iã ĩfirmata definitio manifestissime non recipiebat. Age ostendamus nunc etiam Euclidis definitiones ab hoc nostro interprete (vt ẽ ĩ oĩbus eque diligentissimus) pretermitti qñqꝫ: ⁊ alias q̃sdam pro illis adhiberi. in quo quidem non multum ĩquirendo laborabimus. Nam statim post dictas descriptiones lineã rectam his verbis definit. Linea recta est ab vno puncto ad alium breuissima extensio ĩ extrẽitates suas vtrũqꝫ eoꝝ recipiens. Nõ ita Euclides. Sed definitionẽ vniuersam breuissime colligit ĩ hunc modũ. Recta linea est: que ex equo sua puncta ĩteriacet. Nõ secus in definitione plane superficiei aberrat. Nã cũ Euclides sic dfiniat. Plana superficies ẽ: que ex equo suas lineas interiacet. Ille quãdã lõge aliã cõmentus est definitionẽ hoc modo. Plana superficies ẽ ab vna linea ad aliã extensio in extremitates suas recipiens. Sed hec atqꝫ alia huiuscemodi plura partim inscite ⁊ indocte translata: partim etiam ĩmutata ⁊ inuersa. Si vtrũqꝫ diligenter legere aliquãdo tibi contigerit: per te ipse facillime deprehendes. nũc q̃ in expositore Campano in primum elementoꝝ libꝝ notaui: explicare tibi aggredior. In qua quidẽ re ab oĩbus viris doctis: quibus hec nostra legere ocium erit petituꝫ ĩpetratũqꝫ esse velim: ne eos viri auctoritas magis moueat: q̃z ratio ipsa ⁊ veritas. Legũt̃ itaqꝫ (vt ad rẽ ipaꝫ iã veniã) apud Euclidẽ ĩ p̃mo elemẽtorum libro duo Theoremata: quorũ alterũ reciprocat: atqꝫ recurrit ad alterũ. Ambo v̊o deductione ad ĩcõmodũ a Cãpano demõstrata sunt. Sed vt q̃d ordiar: plani⁹ ĩtelligas: accipe primũ Theoremata ipa cũ eoꝝ deductionibus ita: vt illa legit̃: atqꝫ astruit Cãpanus. Deĩde q̃d fortasse peccauerit ille. quidqꝫ nos sentiam⁹: breuiter audies. Theoremata igit̃ hec sũt.

Oĩs triãguli longius latus maiori ãgulo oppositũ ẽ

ſ

It vt triãgulo. a. b. c. ãgulus. a. sit maior angulo. c. Dico: ꝙ latus. c. b. mai⁹ erit latere. a. b. si enĩ sit eq̃le: erit per. 5. ãgulus. a. equalis angulo. c. Quod est contra hipothesiꝫ. Si autẽ. a. b. sit maius: resecetur ad equalitatem. c. b. per. 3. Sitqꝫ. d. b. equale. c. b. erit ergo per. 5. angulus. d. c. b. eq̃lis angulo. b. d. c. Sed. b. d. c. est maior angulo. b. a. c. per. 16. Ergo. b. c. d. est maior. b. a. c. Quare multo forti⁹ maior. a. c. b. pars toto. Quod est impossibile.




Omnis Trianguli maiori angulo longius latus oppositum est.

s

It vt in triangulo. a. b. c. lat⁹. b. c. sit mai⁹ latere. a. b. Dico: ꝙ angulus. a. erit maior angulo. c. ⁊ est conuersa precedentis. Si enim sit equalis: tunc per. 6. latus. a. b. est equale lateri. b. c. Quod est contra hypothesim. Si autem. c. sit maior. tunc per precedentem latus. a. b.


est maius latere.b.c. Quod est contra hypothesim. Quare astruitur propositum.



¶Sic campanus. Sed vt in quo nobis minus recte sensisse videatur: facilius participias: pauca quedã ex dialectica facultate partim prenotare: partim intermiscere oportet. Sũt igitur in omni questiõe (vt phi lopono in postremis Analyticis placet) duo: quorum alterum datum est: quesitum alterum: vt si positum ĩ questione fuerit: An celũ rotundũ sit: celum datum ẽ sed an rotundum sit queritur. At campanus proposi sita Theoremata in datum atq; quesitum nequaq̃ recte soluisse videtur. Nã ĩ priore Theoremate ma iorem angulum sibi dari postulat: ⁊ subinde querit: an illi maius latus sit e regione constitutum. Cõtraq; in posteriore mai⁹ quidẽ latus dari vult: an vero sit ma iori angulo obuersũ: querit. Quod contra faciendũ ẽ Nam quiuis in dialectica mea quidem sentenstia vel mediocriter eruditus facile videre potest in eo Theo remate: quo omnis Trianguli longi⁹ latus maiori an gulo cõtra respondere proponit: longius quidẽ latus triãguli dari subijciq; oportere: an vo maiori angulo sit e regione positũ: queri ac p̃dicari. Contraq; in con uerso Theoremate maiorem quidem angulum conce di. lõgius vero latus ĩqri. Ob hoc vero peccatum con secutũ est ⁊ aliud longe maius. Nullũ enim ex propositis theorematis assertoria demonstratione cãpanus astruxit: sed vtrũq; ad ĩcõmodũ ducente ostendit. qd in geometria: vbi fieri potest: vel maxime vitandum est ĩ qua solent demonstrationes afferri ex prioribus notioribusq; nature: nõ nobis modo. Quales sunt: q̃ assertorie: recteq; appellant. Hui⁹ vero errati origo atq; initium huiusmodi fuit. Nã campan⁹ priori theo remati predicationẽ preter naturam dedit. Maiorez enĩ angulũ triãguli subijcit: ⁊ predicat longius latus: si qdem in oĩ questione subiectus terminus est: quod datur predicatus: quod querit. Est autem prius p̃ na turam Triangulũ latera hẽre: quaq; angulos. Nã ex laterũ coitiõe anguli p̃ficisci: pereariq; ĩtelligũt. q igit subijcit angulũ trianguli: ⁊ latus p̃dicat: is illud quod alteri accidit: ei⁹ p̃dicatõi subijcit: cui accidit: ac ob id predicationem prepósterã: ⁊ nature contrariã facit. Quã aristoteles aut mõ predicationẽ censet ap pellãdã. aut predicationẽ quidẽ non simpliciter: s; p̃ accidens. vbi igit p̃dicatio p̃ter naturã hẽtur: aut dif ficile: aut certe ĩpossibile ẽ assertoriã demõstrationez accommodare. In huiuscemodi naq; demõstratiõe necesse ẽ ⁊ maioris extremitatis q̃ ĩ ɔclusione p̃dicat: ⁊ minori extremitati: que in eadem subijcitur causaz esse mediũ. At fieri nullo mõ põt. vt ei qd accidit: ei⁹ cui accidit: qppiã cã eẽ statuat. Hic coactus ẽ cãpa n⁹ ĩ priore theoremate: qd ĩ datũ atq; q̃sitũ ĩpite se cuisset: demõstratiõe vti ad incõmodũ ducẽte. ⁊ q2 il lud putabat principale: posterius: quod ad ipsũ cõme aret: nõ alia collectiõe. q̃z ad incõmodũ ducẽte astru xit. Atq; ita nullã demonstrationẽ rectã assertoriaq; ad ea: que dicimus theoremata colligẽda cãpanus adhibuit. quod tamen oportuit: cum ipsa sit ad incõ modũ ducẽte potior. Hec sunt mi donate: que quãtũ ad proposita theoremata attinet: in campano repre hendenda censuim⁹: sed hec: que stricti disputauim⁹: illos: non exacte subtiliterq; ĩtellecturos certo scio: q postremos. Analyticos aristotelis non diligentissime legerint. Reliquum igitur est: vt illa ipsa theorema ta (queãdmoduz polliciti sumus) demonstremus tra ducta tamen prius: vt traducenda erant. Soluemus igitur ⁊ separabimus theorema principale in datum atq; quesitum: vt oportet: ⁊ ad ipsum astruendum as sertoria demonstratione vtemur. Posterius vo theo rema: quod ad principale recurrit: cum predicationẽ preter naturam sortiatur demonstratione ad incom modum perducente breuiter colligemus. Demõstra tiones igitur ipsas aggredimur: intende.

¶Omnis trianguli maius latus sub maiore angulo p̃ tenditur.


Jt enim triangulum. a. b. c. habens latus: qd est. a. c. maius eo latere quod est. a. b. aio an gulum quoq;. a. b. c. sub quo latus. a. c. proten ditur: maiorem esse angulo. b. c. a. cui contra respon det latus. a. b. nam q2 maius est latus. a. c. q̃z. a. b. con stituatur ipsi. a. b. equale ipsum. a. d. ⁊ protrahat ipm b. d. latus ⁊ quoniam trianguli. quod est. b. d. c. exte rior angulus est: is: qui est. a. d. b. maior vtiq; erit inte riore ⁊ ex aduerso constituto ãgulo. d. c. b. equalis vo est angulus. a. d. b. ipsi. a. b. d. angulo. nam latus quoq;. a. b. lateri. a. d. equum erat. Maior itaq; est angu lus. a. b. d. ipso. a. c. b. angulo. multo igitur maior erit angulus. a. b. c. angulo. a. c. b. Omnis igitur triangu li maius latus sub maiore angulo protenditur. Quod oportebat demonstrare.




¶Omnis trianguli sub maiore angulo maius latus p̃ tenditur.

Jt triangulum. a. b. c. maiorem habens. a. b. c. angulum eo: qui est. b. c. a. Aio lat⁹ quoq;. a. c. ipso. a. b. latere maius esse. naz si ma ius non sit: aut equale erit ipsum. a. c. ipsi a. b. aut minus. equale. sane non est ipsum. a. c. ipsi. a. b. equalis enim foret etiam angulus. a. b. c. angulo. a. c. b. atqui non erat: Non igit eq̃le ẽ ipsũ. a. c. lat⁹ ipsi. a. b. lateri. Neq; vo min⁹ ẽ ipm. a. c. ipo. a. b. mior enĩ foret angulus. a. b. c. angulo. a. c. b. atq; nõ erat. si igit min⁹

minus est ipsum.a.c.latus ipso.a.b.latere.demõstratum autem est neq3 equale illi esse.maius itaq3 erit ipsum.a.c.latus ipso.a.b.latere.Omnis igitur trianguli sub maiore angulo maius latus protenditur. q̃d oportebat demonstrare.




¶Hec sunt igitur huiuscemodi theorematum demonstrationes cum faciles: tum verissime & que maxime quadrent. Sed anteq̃ te dimittã: volo audias & aliud quoddam huius hominis erratum leviusculũ fortasse: turpe tamen: & viro philosopho non negligendũ Habetur enim in eodem elementorum primo problema istiusmodi. ad datam rectam lineam: datumq3 in ea punctum: dato angulo rectilineo equum angulum rectilineum constituere. hoc vero sic legit: deducit cãpanus.




¶Data recta linea sup terminum eius cuilibet angulo proposito equum angulum designare.



Sit data linea.f.e.& sint linee.b.a. continentes angulum datũ cui subtendã basim.c. Super punctum.f.linee.e.f. iubere facere eq̃le angulũ angulo dato ad lineã.e.f.adiungo.f.d.equalẽ linee.a.& ex.f.e.sumo.f.g.equalem.b.& ex.g.e.sumo.g.h.equalem.c.& sup pũcta.f.&.g. describo duos circulos.d.k.&.k.h.ẽm quantitatẽ duarũ linearum.f.d.&.g.h.& intersecantes se in puncto.k.sicut docuit precedens.ductisq3 lineis.k.f.&.k.g.erũt equalia duo latera.k.f.&.f.g.trianguli.k.f.g.duobus lateribus.a.&.b.trianguli.a.b.c.& basis.g.k.eq̃lis basi.c.ergo per octauam angulus.k.f.g. equalis erit angulo contento ab.a.&.b.quod est propositum.



¶Hec descriptio primiore aspectu sat3 scite satisq3 sollicite facta videtur.sed si curiose attenteq3 lectites: iuenies eam a seria doctrina philosopho probari non decere.nam cum artem nature emulã esse oporteat ipsaq3 natura superuacaneis non abundet:non artificiose describere iudicandus est:qui plura in describẽdo congerit quaq3 quibus ad demonstrationẽ vti necessarium sit.quod campanus nescio quomodo nõ deuitat:sed apertissime incurrit:quid enim sibi vult illa duorum circulorum designatio:quid illa tot eadẽ quãtitate linearum tam sollicita ductio. Nonne poterat:ac maxime debebat:dato ãgulo:qui.a.&.b.lineis cõtineret: & basi.c.adiecta:anxietate illa:& quasi morositate descriptiõis ꝑtermissa:stati assumpt3 trib⁹ lineis:qua essent designatis equales:triangulum constituere.Quod fieri docere ex supiore problemate abũde constabat.Quare q istiusmodi problema diligentius pressiusq3 ostendere volet:is(vt opinor)sic demonstrabit.



¶Ad datam rectam lineam: datumq3 in ea punctum. dato angulo rectilineo equum angulum rectilineum constituere.

Sit data recta linea.a.b.datumq3 in ea pũctũ a.Datus vero angulus rectilineus.d.c.e.opz igitur ad datam rectã lineam.a.b.& ad datũ in ea punctum.a.dato angulo rectilineo d.c.e.equalem angulum rectilineum constituere sumantur in lineis.e.d.&.c.e.puncta(si lubet).d.&.e.& protrahatur .d.e.& ex tribus rectis lineis.a.f.&.a.g.&.f.g.que sũt dat3 rect3 lineis trib⁹.c.d.&.c.e.&.d.e.eq̃les.Triãgulum constituatur.a.f.g.ita:vt equalis sit ipsa.c.d.linea ipsi.a.f.ipsa.vero.c.e.ipsi.a.g. postremo ipsa.d.e.ipsi.f.g.Quoniam igitur due linee recte.d.c.&.c.e. duabus rectis lineis.f.a.&.a.g.equales sunt altera alteri.& basis.d.e.basi.f.g.equa habetur:angulus quoq3.d.c.e.angulo.f.a.g.que equalis erit.Ad datã itaq3 rectam lineam.a.b.datumq3 in ea punctum.a. dato angulo rectilineo.d.c.e.equalis angulus rectiline⁹ f.a.g.constitutus est.Quod oportebat facere.Addidissem quoq3 alia plura longe etiam grauiora errata nisi me epistolam scribere meminissem.Sed euclidẽ ipsum aliquando fortasse vna plegemus:annotabimusq3 omnia:in quibus nostri a recta ratione discedere videbuntur.Interim hec pauca tibi mi.Donate scripsimus:vt essent apud te eius beniuolentie atq3 obseruantie pignus.qua te prosequebar(& nunc quoq3 prosequor)cum nostre Patauine philosophorum academie Rector hic ageres.Vale ex Patauina philosophorum palestra.

¶ Incipit liber primus Geometrie Euclidis a Boetio in latinum translate.



Uia vero mi patrici Geometrarum exercitatissime. Euclidis de artis geometrice figuris obscure prolata te adhortante exponenda et lucidiore aditu expoliendas suscepi. In primis quid sit mensura definiendum opinor.

¶ De mensura.



Ensura vero est quicquid pondere. capacitate longitudine: altitudine. latitudine: animoque finitur. Principium autem mensure punctum vocatur. Punctum est: cuius pars nulla est linea vero sine latitudine longitudo est linee vero fines puncta sunt.


¶ De generibus linearum.



Ecta linea est: que equaliter in suis protenditur punctis. Superficies vero est: quod longitudine: latitudineque censetur. Superficiei autem fines linee sunt.

Recta linea


¶ Plana superficies: dicitur que equaliter in rectis suis lineis continetur.




¶ De generibus angulorum.



Lanus angulus est duarum linearum in plano invicem sese tangentium: et non in directo iacentium ad alterutram conclusio.




¶ Quando autem que angulum continent: linee recte sunt tunc rectilineus angulus nominatur.



¶ Cum vero recta linea super rectam lineam stans circum se equos sibi invicem fecerit angulos: rectus est uterque equalium angulorum. Et linea super rectam lineam stans perpendicularis dicitur. Obtusus angulus maior recto est.

¶ Acutus autem angulus recto minor est.




¶ De modis figurarum.

Figura est: quod sub aliquo vel aliquibus terminis continetur


¶ Terminus vero quod cuiusque est finis.

¶ Circulus vero est figura quedam plana et circunducta. Et sub una linea: contenta: que circunferentia vocatur ad quam a puncto: quod intra figuram positum est: omnes que incidunt. Recte linee sibi invicem sunt equales. hoc vero punctum centrum circuli nominatur.



Diametrus autem circuli est recta quedaȝ linea per centrum ducta: ꝛ ab vtraqȝ pte in circūferētia circuli terminata: que ĩ duas equas partes circulū diuidit

Semicirculus vero est plana figura. que sub diametro Et ea quam diametrus apprehendit: circunferentia continetur.



Recti linee figure sunt: que sub rectis lineis cōtinēt

Trilatera quidem figura est que sub tribus rectis lineis continetur.


Quadrilatera autem: que sub quatuor.

Finitima vero mensuralis est linea. que aut pro aliq̃ obseruationum: aut aliquo terminorum obseruatur.


Multilatera itaqȝ figura est: que sub pluribus q̃ȝ quatuor lateribus continetur.

De triangulis.


e Quilaterum igitur triangulumest: quod tribus equis lateribus continetur.




Isosceles autem est: quod duo tantummodo latera habeat equalia.




Scalenum vero quod tria latera habet inequalia.




Amplius trilaterarum figurarum orthogoniuȝ. i. rectiangulum. quidem triangulum est. quod habet angulum vnum rectum.



Ambli gonium. autem quod latine obtusiangulm dicitur est: quod obtusum habet angulum.




¶ Oxigonium. vero. i. acuti angulum: est i quo tres an guli sunt acuti.




¶ De quadratis.


q Uadri laterū vero figurarum quadratū vocatur: quod ē equilaterum atq rectiangulū.




¶ Parte altera longius vero est: quod rectiangulum quidem est. sed equilaterum non est.




¶ Rombus vero est: quod equilaterum quidem ē: sz rectiangulum non est.



¶ Romboides autem est: quod incontrarium collocatas lineas atq angulos habet equales: non autem rectis angulis: nec equis lateribus continetur.



¶ Preter hec autē oēs quadrilatere figure trapezia. idest mensule nominantur.



¶ Parallele idest alterne recte linee nuncupantur: que eadez plana superficie collocate atq vtriq producte in neutra parte concurrunt.

Parallele.

¶ De petitionibus que sunt in geometrica


p Etitiones vero siue postulata (vt veteribus placuit) dicuntur: quinq sunt.

¶ Prima vt ab omni pūcto in omne punctū recta linea ducatur postulat.

¶ Secunda: vt definita recta linea in continuum rectūq producatur: admonet.


¶ Tertia omni centro z omni spatio circuluz designare precipit.

¶ Quarta



¶ Quarta omnes rectos angulos sibi inuicem equos esse vult.

¶ Quinta autē: si in duas rectas lineas linea recta incidens interiores duos angulos & in eadez parte duobus rectis fecerit minores: rectas lineas in infinitum productas ad eas partes in quibus duo interiores anguli duobus rectis minores sunt: concurrere iubet.



¶ De communibus animi conceptionibus: que sunt in geometrica.




Ommunes igitur animi conceptiones sunt que a grecis . κοιραὶ ἔννοιάι . vocantur. cum spacia & interualla eidem sunt equalia. Et sibi inuicem sunt equalia. Et si ab equalibus equalia auferantur que reliquūtur: equalia sunt. Et si equalibus equalia addantur: tota quoq; equalia sunt. Et que sibimet ipsis conueniunt equalia sunt.

¶ Omne paralello graminuz rectianguluz sub iis duabus rectis lineis: que rectum ambiunt angulum dicitur contineri.


¶ Omnis vero paralello grāmi spatii vnuz quodq; eorum que circa eandem diametruz sunt paralello grāmorum cum duobus supplementis gnomon nuncupatur.

¶ Circuli sunt equales: quorum diametri sunt equales inequales vero sunt: qui sic se non habent.


¶ Recta linea circulum contingere dicitur: que cum circulum tangat: in vtraq; eiecta parte non secat circulum.




¶ Circuli se inuicem contingere dicuntur: qui tangentes se se inuicem non secant:



¶ Recte linee in circulo a centro distare equaliter dicuntur: quando a centro in ipsas ducte perpendiculares inuicem sibi sunt equales.




¶ Plus vero a cētro distare dicitur linea: in quā perpendicularis longior cadit.




¶ Portio circuli est figura: que sub recta & circuli cirunferentia continetur.

¶ In portione circuli angulus esse dicitur: quando in circunferentia portionis sumitur aliquod punctū


⁊ ab eodem puncto ad linee terminos due recte linee subiunguntur.




¶ Angulus circuli dicitur qui sub duobus a centro ductis lineis continetur. Quando linee que adiunguntur aliquam circunferentie comprehendunt particulaꝫ in ea angulus consistere perhibetur.




¶ Sector circuli est figura: que sub duabus a cētro ductis lineis: ⁊ sub circunferentia: que ab eisdem comprehenditur: continetur:



¶ Similes circulorum portiones dicūtur: que equales suscipiunt angulos. vel in quibus q̄ inscribuntur: anguli sibi inuicem sunt equales.




¶ Figura intra figuram dicitur inscribi quando ea q̄ inscribitur: ei⁹ i quam inscribitur: latera vnoquoq; suo angulo ab interiore parte contingit




¶ Figura vero figure circūscribi perhibetur: quotiēs ea que circunscribitur suis omnibus laterib⁹ omnes angulos eius: cui circunscribitur tangit.

¶ Expliciunt prolegomena: Incipiunt schemata:


¶ Supra datam rectam lineam terminataꝫ triangulū equilaterum constituere.




¶ Ad datum pūctum date recte linee equalem rectaꝫ lineam collocare.




¶Duobus lineis rectis inequalibus datis a maiore minori equam rectam lineam abscindere oportet.





¶Si duo triangula duo latera duobus lateribus habent equa alterum alteri et angulum angulo equum eum qui sub equalibus rectis lineis continetur: et basim basi equam habebunt: et triangulum triangulo equum erit. et reliqui anguli reliquis angulis erunt equales alter alteri: sub quibus equalia latera subtenditur.






¶Triangulorum isoscelium anguli: qui ad basim: sunt equi sibi inuicem sunt







¶Si trianguli duo anguli equi sibi inuicem sint: et que equalibus angulis subtenduntur latera: sibi inuicem erunt equalia.


¶Super eandem rectam lineam duabus eisdem rectis lineis alie due recte linee equales altera alteri nullo modo constituentur, ad aliud atque aliud punctum ad easdem partes eosdem fines primis rectis lineis possidentes.




¶ Si duo trianguli duo latera duobus laterib⁹ equa possideant alterum alteri. ⁊ basiꝫ basi habeant equā angulum angulo habebunt equalem: qui sub equalib⁹ rectis lineis continetur.









¶ Datam rectam lineā terminatam in duas equales diuidere partes.




¶ Data recta linea ab eo quod in ea est pūcto. Rectā lineam secundum rectos angulos eleuare.




¶ Supra datam rectam lineam infinitam ab dato pūcto: quod ei non inest: perpendicularem rectaꝫ lineā ducere oportet.




¶ Quecunqꝫ super rectam lineam recta consistens angulos fecerit: aut duos rectos faciet: aut duobus rectis reddet equales.




¶ Si ad aliquam rectam lineam atqꝫ ad eius punctū due recte linee non in eandem partē ducantur: ⁊ circum se angulos duob⁹ rectis fecerint equos: in directum sibi eas lineas iacere necesse est.




¶Si due recte linee sese diuidant: ad uertices angulos sibi inuicem facient equos.




¶Omniū triangulorum vno latere producto exterior angulus vtrisq; interioribus & ex aduerso angulis constitutis maior existit.




¶Omnium triangulorum duo anguli duobus rectis angulis sunt minores omnifariam sumpti.




¶Omnium triangulorum maius latus sub angulo maiore subtenditur.



¶Omnium triangulorum maior angulus sub latere maiore protenditur.




¶Omniū triangulorū duo latera cetero maiora sūt in omnem partem susceptas




Si in vno quolibet trianguli latere a finib⁹ lateris


due recte linee interius constituantur angulum facientes: que constituuntur reliquis quidem trianguli duobus lateribus minores erunt Maiorem vero angulum continebunt.




Dato recti lineo angulo equalem rectilineum angulum


Ad datam rectam lineam: Et datum in ea punctum collocare necesse est.






Si duo trianguli duos angulos duobus angulis habuerint equos alterum alteri: vnumque latus vni lateri sit equale: aut quod equis adiacet angulis: aut quod sub vno equalium subtenditur angulorum: et reliqua latera reliquis lateribus habebunt equa alterum alteri: et reliquum angulum equalem reliquo angulo possidebunt.







Si in duas rectas lineas linea incidens recta alternatim angulos fecerit equos: rectas lineas alternas esse necesse est.

Si in duas rectas lineas linea incidens recta exteriorem angulum interiori: Et ex adverso angulo constituto reddat equalem: aut interiores et ad easdem partes angulos duobus rectis equales faciat: rectas lineas sibi alternas esse conueniet.







¶ Per datum punctum date recte linee alternaꝫ rectam linam designare necesse est.




¶ Omnium triangulorꝫ exterior angulus duobus interius ꝛ ex aduerso constitutis āgulis est equalis: interiores vero trianguli tres anguli duobus rectis angulis sunt equales.




¶ Que equas ꝛ alternas rectas lineas ad easdem partes recte linee coniungunt. ipse quoqꝫ alterne sunt ꝛ equales.




¶ Eorum spaciorum: que alterius alteribus continentur que paralello gramma nominantur: ꝛ ex aduerso latera: atqꝫ anguli constituti sibi inuicem equales sūt ea quoqꝫ diametrus in duo equa partitur.




¶ Omnia paralello gramma: que in eisdem basibus: Et in eisdem alternis lineis fuerint constituta: sibi inuicē probantur equalia.




¶ Omnia paralello gramma in basibus equalibus ꝛ in eisdem alternis lineis constituta equalia ea necesse ē




¶ Equa sibi sunt cuncta triangula: que in equis basib⁹ ꝛ in eisdem alternis fuerint lineis constituta.



¶ Equa triangula: que in eadem basi ꝛ in eadeꝫ parte fuerint constituta: in eisdem quoqꝫ alternis lineis eē pronunciāda sunt.





¶ Equa triangula in equis atqꝫ in directuꝫ positis basibus constituta. ꝛ in eisdem partibus: ꝛ in eisdeꝫ quoqꝫ alternis esse necesse est.




¶ Si paralello grammum: triangulumqꝫ in eadē basi atqꝫ in eisdem alternis lineis fuerint constituta: paralello grammum triangulo duplex esse conueniet.


¶Omnis paralello grammi spatii eorum que circa eadem diametrum sunt: paralello gramorum suplementa equa sibi inuicem esse necesse est.







¶Iuxta datã rectã lineã dato triangulo in rectilineo dato angulo paralello grãmũ equale pretendendũ est






¶Dato rectilineo equale paralello gãmuȝ in dato rectilineo angulo collocare oportet.







¶Quadratum ad datam rectam terminatam describendum est.



In his triangulis: in q̄bus vnꝰ rectꝰ ē āgulus: q̄ rectiangula nominamus: quadratum quod a latere rectum angulum sub tendente describitur: equū ē his quadratis: que a continentibus rectum angulum lateribus conscribuntur.




Si ab vno trianguli latere quadratum quod describitur equum fuerit his quadratis: que ab reliquis duobus lateribus describuntur: rectus est angulus: q sub duobus reliquis lateribus continetur.



Ex secundo libro Euclidis.


Si sunt due recte linee: quarum vna quidē est indiuisa: altera vero quotlibet diuisionibus secta: quod sub duabus rectis lineis rectiangulum continetur: equū erit his: que sub ea que indiuisa est. Et vnaquaqꝫ diuisione rectiāgula continetur.

Si recta linea secetur. quod sub tota ꝛ vna portione rectiangulum continetur. equū est ei quod sub vtraqꝫ portione rectiangulū clauditur. ꝛ ei quadrato qḋ ad predictam portionem describitur.




Si recta linea secet̄: vt libet: quod scribitur a tota q̄dratum equum est his: que describuntur ab vnaquaqꝫ portione quadratis: ꝛ eidem bis rectiangulo quod sub eisdem est portionibus conuenit.


¶Si recta linea per equalia ac per inequalia secet̃: qđ sub inequalibus totius sectionibus rectiangulum cõtinetur: cū eo quadrato: quod ab ea describitur: que inter vtrasqꝫ est sectiones: equū est ei quadrato: qđ describitur ab dimidia.




¶Si recta linea per equalia ac per inequalia secetur: quadrata: que ab inequalibus totius portionibus describuntur: dupla sunt bis quadratis que fiunt ab dimidia: ⁊ ab ea que inter vtrasqꝫ est sectiones.




¶Si recta linea per equalia diuidatur. alia vero ei in directum linea recta iungatur: quod sub tota cū adiecta. Et ea que adiecta est: rectiangulum continetur: cū eo quod describitur a dimidia quadrato equum ē ei quadrato quod describitur ab ea q̃ cōstat ex adiecta atqꝫ dimidia.




¶Si recta linea per equalia secetur: eiqꝫ indirectum q̃dam linea recta iungatur: quadratum: quod describitur a tota cum ea. que adiecta est: ⁊ quadratū quod describitur: ab ea que adiecta est.




¶Utraqꝫ quadrata pariter accepta: quadrato quod đscribitur a dimidia: ac eo quadrato: quod ab ea đscribitur: que ex dimidia adiectaqꝫ consistit: vtrisqꝫ quadratis pariter acceptis dupla esse necesse est.




¶Datam rectam lineam sic secare conuenit. vt quod sub tota. Et vna portione rectiangulum continetur: equum sit ei quod fit ex reliqua sectione quadratum.



¶ In hac trianguli figura: que obtusum habet angulū tanto amplius ea que obtusos obtendunt angulos latera possunt. Quam ea que obtusum obtinent angulū: quantum est: quod continetur bis sub uno eorum: que circa obtusum angulum sunt: in quod protractū ꝑpendicularis cadit: atq̧ ea: que ad obtusum angulū a perpendiculari extra deprehenditur.




¶ Dato rectilineo equum necesse est collocare quadratum.




¶ Ex tertio libro Euclidis.


s Si in circulo per centrum linea quedam dirigatur: ac quandam lineam rectā non in centro positam in duas equas partes secet: per rectos eam angulos secat. Et si per rectos eā āgulos secat in duas eam equas diuidet partes.




¶ In equis circulis: qui in circunferentijs equalibus anguli consistunt: sibi inuicem sunt equales: seu ad cētra: siue ad circunferentias constituantur.



¶ Datam circunferentiam in duo equa diuidere potis est.



¶ In circulo quidem angulus q̄ in semicirculo est: rectus existit: q̄ vo in maiore portione est angul᷒: minor est recto. Qui aūt in minore portione est angulus maior est recto: ⁊ maioris quidem portionis angulus. recto maior existit: minoris vo āgulus recto minor.




¶ Si circulū linea recta ꝯtingat a ꝯtactu vero scircūferentia quedā circulum secans linea recta ducatur. quoscūq̧ angulos facit: duo anguli qui sunt in alternis circuli portionibus: sunt equales.


¶ Ex hoc igitur manifestū ē: q̄m si a pūcto circuli due linee recte se se contingant. Et sibi inuicem sint equales: sup datas rectas lineas circuli describere partes conuenit.

¶ Ex quarto libro Euclidis.


i Intra datum circulum date recte linee: que diametro minime maior existat: equam recte ctam lineam coaptare oportet.




¶ Intra datum circulum dato triangulo equoꝝ angulorum triangulum collocare conuenit.




¶ Circa datum circulum dato triangulo equalium angulorum triangulum designandum est.




¶ Intra datum triangulū circulū designare necesse ē.




¶ Intra datum circulum quadratum aliquod describere vtile est.




¶ Intra propositum quadratū circulum designare.



¶ Circa datum circulum quinquangulum equilateruꝫ ⁊ equiangulum designare geometre precipiunt.



¶ Intra datum circulum quinquãgulum: quod est eq laterum atq; equiangulum. designare non discõuenit.




¶ Nã oĩa quecũq; sunt: numerorũ ratione sua constãt Et proportionabiliter alij ex alijs ꝯstituuntur circũfe rentie equalitate multiplicationibus suis quidem ex- cedentes: atq; alternatim portionibus suis terminuz facientes.


¶ De figuris geometricis.

S Upra positarũ igitur speculationibus figuraꝝ ab euclide succinte obscureq; prolatis: ⁊ a no- bis verbum videlicet de verbo exprimentibus stricti translatis quedam iteranda repetendaq;: vt animus lectoris non obscuritate deterreatur. Sed a nobis po tius alicuius exempli luce infusa delectetur: videntur Sunt enim a nobis quedã huic operi inserẽda huic arti valde necessaria: ⁊ supradictis respondentia. Et subsequentibus conuenientia. ad que intelligenda qui cũq; in nostrorum arithmeticorum theorematibus i structus accesserit: expeditiori intelligentia ducitur.

¶ Supra dictum igit̃ est: supradatã rectam lineã ter- minatam triangulum equilaterum constituere opor- tere ꝫ nimis inuolute. Qua dere huius exẽpli ĩtã sub iecimus. Sit data recta linea terminata. a. b. oportet igit̃ super eam que est. a. b. triangulum equilaterum cõstituere ⁊ cẽtro qdẽ. a. spacio vo. a. b. circulꝰ scriba tur. b. c. e. d. Et rursus cẽtro. b. spatio autẽ. a. b. circu lus scribatur: a. c. f. d. ⁊ ab eo puncto qđ ẽ. c. quo se cir culi diuidunt: ab ea puncta que sunt. a. b. adiũgant̃. Recte linee. c. a. c. b. Qm̃ igit̃. a. punctum cẽtrum est b. c. e. d. circuli: equa est. a. b. ei que est. a. c. rursus qm̃ b. punctum est centrum. a. c. f. d. circuli: equa est. a. b. ei que ẽ. b. c. Sed. ⁊. a. b. ei que ẽ. c. a. equa eẽ mõstra ta est: ⁊. a. c. Igit̃ ei que est. b. c. erit. eq̃lis. Tres igit̃ que sunt. c. a. a. b. b. eque sibi inuicẽ sunt. equilateruz igitur ẽ. c. a. b. triangulu ꝫ. Et constitutũ est supra da tam rectam lineam terminatam eam que est. a. b. qđ oportebat facere.




¶ In superioribus vero dictum est ad datum punctũ date recte linee equalem rectam lineã collocare opor tere. Sed huius artis expertibus obscure difficulter q;. Sed nos animum lectoris quasi introducendo ob lectantes huius subsequentis figure explanationem positis litteraruz linearũq; notulis patefacimus. Sit quidem datum punctum. a. data vero recta linea. b. c. oportet igitur ad punctum. a. Recte linee. b. c. equã rectam lineam collocare adiungatur enim. ab. a. pun cto ad. b. punctum recta linea ea que est. a. b. Et con- stituatur super. a. b. Rectam lineam triangulum eq laterum quod est. d. a. b. Et eijciantur in rectum. d. a. d. b. recte linee ad. a. a. g. ⁊. b. m. ⁊ centro quidem. b. spatio autem. b. c. circulus describatur. c. f. e. ⁊ rursus centro quidem. d. spatio autem. d. f. circulus describa tur. f. k. l. Quoniam igitur. b. punctum centrum ẽ. c. f. e circuli equa est. c. b. ei: que est. b. f. Rursus qm̃. d. punctum centrum est. f. l. k. Circuli: equa est. d. l. ei q̃ est. d. f. Quarum equa est. d. a. ei que est. d. b. ⁊ equi- laterũ enim triangulum est id quod est. d. a. b. Reliq̃ igitur. a. l. relique. b. f. existit equalis. Sed. ⁊. b. f. ei q̃ est. b. c. equa esse monstrata est. Et. b. c. ei que est. a. l. erit equalis. Ad datum igitur punctuz id quod est. a. date recte linee ei que est. b. c. equa locata est ea que est. a. l. quod oportebat facere: vt subiecta descriptio monet.



¶ Tertio igitur. loco superius ab euclide prolatum est duabus rectis lineis in equalibus propositis a maio- re minori equam rectam lineam abscindere conueni re. Sed nimis strictim: Et ob id confuse inuoluteq;. Nos vero vt animus lectoris ad enodatioris intelli- gentie accessum: quasi quibusdam gradibus ducatur huius descriptionez formule subiecimus. Sint date due recte linee.

¶ Inequales. a. b. c. d. ⁊ sit maior. a. b. oportet igitur a maiore. a. b. minori. c. d. equam lineaz abscindere. col locetur enim ad. a. punctum ei que est. c. d. equa ea q̃ est. a. e. Et cẽtro. a. spacio vero. a. e. circulis describa tur. e. d. f. quoniam igitur. a. punctum centruz est. e. g. f. circuli: eq̃ ẽ. a. e. ei: que est. a. g. Sꝫ ⁊. c. d. ei que ẽ. a. e. erat equalis. ⁊. c. d. ei que est. a. g. erit equalis. Duabus igitur datis rectis lineis inequalibꝰ eis que sunt. a. b. c. d. a maiore que est. a. b. minori que est. c. d equalis abscisa est ea q̃ est. a. g. qđ oportebat facere.



¶His etiam compendiosis: & tamen huius artis rudibus per necessariis introductionibus lector initiatus si in aliqbus superius propositis vocillãdo abhorreat per se similes figurarũ descriptiões sine o͞is ipedimẽti reclamatione adinuenire potest & componere.

¶Sed iam ipsus est ad geometricalis mense traditionem ab archita non sordido huius disciplinę auctore latio accõmodatam venire: si pri⁹ premisero: quot sint genera angulorum: Et linearum. Et pauca dixero de sũmitatibus & extremitatibus.

¶Rationabiliuʒ Ergo angulorũ genera sunt tria hoc est. Rectum. hebes. acutum & habens species. Nouẽ Tres rectarum linearum: tres autem rectaruʒ & circunferentium. Et tres hebetis & circunferentium.

¶Rectus angulus est orthigrãmos. idest rectis lineis comprehensus. latine normalis appellatus. Quotiẽs vo recta linea super rectam lineã stans. pares. angulos fecerit. & linea perpẽdicularis iuncta fuerit: efficiet rectiangulum triangulum.

¶Habes angulus est plus normalis hoc est rectiãguli positionem excedes. q̃ & si triangulus ẽm hãc positionem constitutus fuerit: perpendicularis extra finitimas lineas habebitur.

¶Acutus autem angulus est compressior Recto: q̃ si a recta linea: que sedis loco fuerit: rectam lineam secundũ suam inclinationẽ emiserit: similiq; cohibitione. Rectam lineam in occursum exceperit: efficiet triangulum: qui perpendicularem intra tres lineas habebit.

¶Linearum vero genera sunt tria rectum: circũferẽs flexuosum.

¶Recta linea itaq; est que equaliter in suis signis posita est: que equaliter in planitie posita non concurrit

¶Circũferens vo liea est: cuius signã ex vtraq; parte curuata. & a se inuicem distantia non concurrunt: q̃ signa si conuenerint: circulus non circũferens linea debet appellari. Flexuosa autem linea est. multiformis velut arborum aut fluminum: ceterorũ signoruʒ in quorum similitudine & arcifiniorum agrorum finitur extremitas Et multorum que similiter in equa linea sunt formata naturaliter.

¶Summitatum igitur genera sunt. duo. summitas & plana summitas. Summitas est secũdũ geometricã appellationem: que longitudine latitudineq; protenditur.

¶Summitatis autem fines linee sunt.

¶Plana vero summitas est. que equaliter. Rectis lineis vndiq; versum finitur.

¶Omnium autem summitatum in vintiundo due sũt obseruationes enormis. Et liquis enormis vero est: que per omne latus rectis lineis continetur.

¶Liquis autem est que minuendi laboris causa & salua rectorum angulorum ratione secundum ipsas extremitates subtenditur.

¶Extremitatum quippe genera sunt duo: vnuʒ quod pro rigore. Et alterum quod seruatur pro flexuoso. rigor est quicquid inter duo signa. veluti in modum linee directum prospicitur.

¶Flexuosum vero est. quicquid secundum naturam locorum curuatur. Nam quod in agro a mensore operis causa ad finem directum fuerit rigor appellatur quicquid ad horum imitationem in forma scribitur: linea appellatur.

¶Sim rigores sunt quando singulis spacijs interuenientibus tendunt: vt itinera plerumq; pergunt.

¶Nosse autem huius artis despicientem: quid sint digiti quid articuli: quid compositi quid icompositi numeri. Quid multiplicatores. qd ve diuisores: ad huius forme speculationem: quã sumus traditurі: oportet.

¶Digitos vero quoscunq; infra primum limitem id ẽ omnes quos ab vnitate vsq; ad denariam summam numeramus: veteres appellare consueuerunt.

¶Articuli autem omnes deceno in ordine positi. Et in infinitum progressi nuncupantur compositi q̃ppe numeri sunt: omnes a primo limite idest. a. decem vsq; ad secundum limitem. i. xx. ceteriq; se se in ordine sequentes excepto limitibus: incompositi autem digiti omnes enumeratis & omnibus limitibus.

¶Multiplicatores igitur numeri mutua in semet Replicatione voluuntur. idest interdum maior minoris: interdum autem minor maioris multiplicator existit. Interdum vero numerus in se excrescens multiplicationis augmenta suscipit: Diuisores autem maiorum semper minores constituuntur numeri.

¶De ratione abaci.

Prisce igitur prudentie viri pythagoricum dogma secuti. Platoniceq; auctoritatis inuestigatores. Speculatoresq; curiosi totũ philosophie culmen innumerorum vi constituerunt. Quis enim Musicarum modulamina symphoniarum numerorum expertia censendo pernoscat. Quis ipsius firmamenti syderea corpora stellis compacta nature numerorum ignarus dep̃hendat: ortusq; signorum. Et occasus colligat.

¶De arithmetica vero geometrica quid attinet dicere: cum si vis numerorum pereat: nec in nominando appareat. De qua quia in aritmeticis & in musicis sat dictum est: ad dicenda reuertamur.

¶Pythagorici vero ne in multiplicationibus & partitionibus & in podisinis. aliquando fallerentur: vt in omnibus erant ingeniosissimi & subtilissimi descripserunt sibi quandam formulam: quam ob honorem sui preceptoris mensam pythagoream nominabãt. quia hoc quod depinxerant magistro premõstrante cognouerant. a posterioribus appellabatur. Abacus. vt q̃d alta mente conceperant. Melius si quasi videndo ostẽderent in notitiam omnium transfundere possent. eãq; subterius habita sat mira descriptione formabãt.

¶Superi⁹.

¶ Superi⁹ vero digeste descriptiōis formula hoc mō vtebātur. Habebāt enī diuerse formatos apices: vł caracteres. Quidā enī huiuscemodi apicū notas sibi cōscripserāt. vt hec notula respōderet vnitati. I. Jsta vt binario. Ƨ. tertia vero tribus ¶ ƺ. Quarta autē quaternario. ¶ Ϩ. Hec āt quqꝫ ascriberet. ϥ. Jsta vo senario ⌐ Septima āt septenario cōueniret. ∧. Hec vero octonario: 8. Jsta vero nouenario iungerētur. 𝔤. Quidaꝫ vero in huius forme depictione ceu lr̄as alfabeti assumebant sibi hoc pacto. vt littera q̄ esset pria vnitati. Secūda binario. Tertia ternario: cetereqꝫ ī ordie naturali nūero insignitas ⁊ inscriptas tm̄ mō sortiti sūt. Hos ⁊ enī apices. ita varie ceu puluerem dispergere in multiplicando: ⁊ in diuidēdo cōsuerunt: vt si sub vnitate naturalis numeri ordinem iam dictos caracteres adiungendo locarent. Nō alii qꝫ digiti nascerentur. Primū aūt numerū. i. binariū Unitas enim (vt in arithmeticis est dictū) nūerus nō est. Sꝫ fons ⁊ origo numerorum. x. in scripta ponentes. xx. ⁊ ternarium. xxx. ⁊ quaternariū. xl. ceterosqꝫ in ordine sese sequentes proprias secundū denomīationes assignare constituerunt. Sub linea vero centeno insignita numero eosdem apices ponentes binariū. cc. ternariū. ccc. quaternariū. cccc. Ceterosqꝫ certis denominationibus respondere decreuerunt. Jn sequētib⁹ vero paginularum lineis idē faciētes nullo erroris nubilo obtenebrantur.

¶ Scire aūt oꝫ ⁊ diligēti examinatiōe discutere ī multiplicando ⁊ partiendo cui paginule digiti: ⁊ cui articuli sint adiūgendi. Nā singularis multiplicator decē digitos in decenis: articulos: in centenis. Jdem vero singularis multiplicator centū digitos in centenis: articulos in millenis. Et multiplicator milleni digitos in millenis: ⁊ articulos in decennis millenis. ⁊ multiplicator centeni milleni digitos in centenis Mill. articulos autem in Mill. millib⁹ habebunt.

¶ Decenus aūt sūmet ipsius multiplicator digitos in pagina. C. inscripta: articulos in millenis. ⁊ multiplicator cētū digitos in. Mill. ⁊ articulos ī. x. ⁊ multipl. Mill. digitos ī. x. ⁊ articulis ī. c. ⁊ mltipl. Centū milleni. Millia. habeb. Centen⁹ vo cū sumet ipsius multiplicator digitos ī. x. ⁊ articul. in. c. ⁊ millēi. multiplicans digitos. ī. c. ⁊ articul. ī. x. c. ⁊ cētenū millenū mlti plicans digitos ī. x. M. ī. ⁊ articul. m. c. M. ī. ⁊ decenū. Millenū multiplicās digitos ī. M. ī. ⁊ articulis ī x. M ī. subtendet. Millen⁹ itidē se ipsū multiplicās digitos. ī. x. c. ⁊ articulis. ī. c. ⁊ centeni millēi multiplicator digitos in. c. M. ī. ⁊ articulis ī. M. ī. ⁊ decenuꝫ millenū excrescere faciēs digitos. ī. x. M. milia. Et articul. ī. c. M. ī. hr̄e dinoscet. Decenus auteꝫ millenus multiplicator centū milleni: digitos ī. M. M. milia ⁊ articul. ī. x. M. ī. seqꝫ ipsū adaugēs digitos ī. c. M. ī. ⁊ articulis ī. M. M. ī. habere deprehēdet. Centen⁹ aūt millen⁹ seipsū multiplicās digitos. ī. x. M. ī. Et articulis. c. M. ī. supponit.

¶ De diuisionibus rubrica.

Diuisiones igit̄ quātalibꝫ iā expte lectoris aliusq̄ introduct⁹ facile valet dinoscere. breuiter. ⁊. n. de his ⁊ sūmoten⁹ dicturi: si q̄ obscura īteruenerit. diligēti lectorū exercitō ad inuestiganda cōmittim⁹. Si decenus p se vel cētenus p se: vel vlteriores p semetipsos diuidendi ꝓponant. Minores a maiorib⁹ quo ad vsqꝫ diuidant: sūt subtrahēdi: singularē āt diuisorē decē ⁊ cētēi: aut milleni aut vlteriorū: vel decenū diuisorē se sequētū sumpta differentia eos diuidere oꝫ. Cōposit⁹ āt decen⁹ cū singulari p secūdas vel tertias. Et deiceps secūdū denoīationē partiū decenū vel simplicē. vel cōpositum diuisurus ē. Cētenū vero millenū vel vlteriores p decenum cōpositū. si diligēs īuestigator accesserit: sum

pta differentia ⁊ primis articulis diuidendo: vel secũdatis appositis auctis aũt diuidendo suppositis diuidi posse ꝑnoscet. Centenus aũt. M. singulis cõpositꝰ cẽtenũ vel millenũ hoc pacto diuidere cognoscit̃. Sũpto igitur vno diuidendoꝝ qd residuũ fuerit: diuisori ẽ coequãdũ: ⁊ qd supabũdauerit: sepositis reseruãdũ. Singularis aũt vel vt alij volunt munitũ ꝑ coeq̃tionẽ maiorũ ẽ multiplicandũ. Et digitis qdẽ ꝓfecta differentia supponẽda: articulis aũt ĩꝑfecta ẽ preponẽda: ⁊ priꝰ se moto integra adiũgẽda. Et hec differẽtia ⁊ si forte aliquis seclusus sit significauit qd residuũ fit ex diuidẽdis. ¶ Hec vo breui ĩtroductione ꝑlibantes: siqua obscure sunt dicta: ne tedio forent pretermissa: diligentis exercitio lectoris cõmittimus terminũ huiꝰ libri facientes. Et quasi ad vlteriora sequentium nos cõuertentes.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit liber secundus geometrice: Rubrica.



Vperioris vero tractatu volumĩs oĩa geometrice artꝭ theorẽata quãuis succĩte tamen sunt dicta. Sꝫ podismoꝝ noticiã hic liber q̃si q̃stionarius ⁊ oĩuꝫ podismaliũ questionũ scrupulositates incũctanter absoluet enodãdo veteres ⁊ enĩ agrimẽsores oẽm mensure quadraturã dimidio lõgiorẽ latiorem ve facere consuerũt. Et qd ĩ latitudine lõgius fuerit: scãnũ. Et qd ĩ longitudine longius appellare voluerũt vt subiecta docet formula.

Scãnũ

¶ De mensuris rubrica.



gā terunt. gelidi. i. frigidi premunt. plaga enim septentrio
nalis frigida ē. q. d. regebat omnes populos aquilōares
⁊ istos regebat quos nothus. i. ille ventus collateralis au
stro violentus exñs torret. i. cremat. sicco estu. i. calore. no
thus inquā recoquēs ardētes arenas. idest calidas. venit
enim ille ventus a torrida zona. ⁊ ideo calidus est. q. d.
Nero ēt regebat oēs ppl'os australes. ⁊ sic per quattuor
plagas mūdi oñdit eius ptātem sup oēs ppl'os. tandē cel
sa ptās. i. magna. non valuit vertere. i. mutare rabiem. i.
crudelitatem praui Neronis. Et tunc deplangit cōiūctio-
nē magne ptātis cū magna malicia. qꝛ multa mala ex ea
ꝯueniūt dicēs. Heu sup. dico esse grauem sortem. i. euen
tum. quotiens iniquus gladius. i. iniqua ptās. addit̄ seuo
veneno. i. venenose crudelitati. ¶ Nota fm Arist. 5. ethi.
pricipatus vir oñdit. malicia eni hois vel ꝓbitas oñditur
pricipatu. sicut pꝫ in Nerone: cui⁹ malicia ⁊ crudelitas in
impio sue dignitatis apparuit. pp qđ dixit Arist. Seuissi
ma est iniustitia hñs arma. Et. 7. dicit Simile est igit̄
comparare iniustitiā homini iniusto. est enim deterior be
stia decies millies plura enim vtiq mala faciet homo ma
lus q̄ bestia. ¶ Nota preter hec mala Neronis que tan
guntur in littera multo plura ipse perpetrauit. nam dicit
phia tertio huius quinta ꝓsa. Nero Senecam familiarē
suū pceptorem coegit ad eligendum mortis arbitriū. ⁊ qꝛ
Nero fuit crudelissimus hominum ideo. Seneca scripsit
quēdā libellū ad ipꝫ qui ītitulat̄ liber de clementia. i quo
hortat̄ eū ad fugā crudelitatis: ⁊ ad vsum clementie qui li
ber sic incipit. Tibi scribere de clemētia Nero cesar īstitui

¶ Prosa septima libri secundi.

Tum ego scis inquā ipsa minimum no
bis ambitionem mortalium rerum fuis
se dominatam. Sed materiam geren-
dis rebus optauimus: quo ne virtus tacita con-
senesceret. P.

¶ Prosa septima secundi libri.

Tum ego scis inquā. Incipit septima prosa hu
ius secundi. in qua ostendit philosophia q glo
ria mundana non sit multum appetenda. ⁊ pri
mo inducit Boetium confitentem se non desi
derasse multum predicta scꝫ ptātes ⁊ dignita-
tes nisi inquantum sunt materia rerum gerendaꝝ. secūdo
ostendit phia q gloria sit perexile bonū. ⁊ sit non multū
appetenda. secunda ibi. At illa Dicit primo. Tū pro tūc.
ego Boetius inquā. i. dixi. o phia. tuipsa scis ambitionē
. i. cupiditatem rerum mortaliū. de quibus dixisti mini-
mum nobis fuisse dominatam. sed bene optauimus ma-
teriam rebus gerendis quo ne pro vt non. consenesceret in
nobis virtus tacita. i. non excitata. Nota q in sapiente si
dominatur cupiditas rerum temporaliū. qꝛ phia inducit
nobilis affluentie contemptum ex lib. de plantis. Et So
crates cū Athenis ad studiū pgeret. magnum. pondus au
ri in mare proiecit dicens: mergam te ne mergar a te.
¶ Nota q materia reꝝ gerendaꝝ sunt ista: sine quibus res
ꝯueniēter geri non pñt. ⁊ sunt tria. sapientia. auctoritas. ⁊
potentia. Sine enim sapientia nihil conuenienter geritur
vt de se patet. Res etiam gerenda auctoritate ornatur. qꝛ
homo autenticus libentius auditur ⁊ facilius ei creditur.
Potentia vō mali deprimuntur ⁊ boni extolluntur. hāc
materiam Boetius desiderans potentiam ⁊ dignitates q̄
siuit. ¶ Nota q Boetius materiam dignitatis ⁊ potesta-
tis iē quesiuit ne virtus sua tacita consenesceret. idest ne-
dum ipse ad senectutem proueniret. virtus sua tacita esset
dum nullus aliquid loqueretur de laude sue virtutis vel
scriberet. Tunc enim virtus tacita consenescit. quando nō
agit aliquis vnde alii loquantur. ⁊ dum nihil scribitur de
suis beneficiis. quia virtus habentem proficit. ⁊ opus ei⁹
laudabile reddit.

¶ At illa atqui hoc vnum est quod prestantes q-
dem natura mentes: sed nondum ad extremam
manum virtutum perfectione perductas allice-
re possit: glorie scꝫ cupido: ⁊ optimoꝝ in rem pu
blicam famam meritorum. Que q̄ sit exilis ⁊ to
tius ponderis vacua sic considera.

¶ At illa atqui hoc vnum est. Hic philosophia ostēdit glo
riam mundanam non esse appetendā. ⁊ primo premittit
q cupido glorie multos allicit. Secundo probat eam esse
exilem ⁊ vanam ibi. Omnem terre ambitum. Primo di-
cit sic. Ex quo Boetius quandoq quesiuit dignitates ⁊
potestates: ne virtus sua tacita consenesceret. videt̄ q ista
propter laudem ⁊ gloriā quesiuit: ideo dicit philosophia
Hoc vnum est. s. cupido glorie ⁊ fama optimoꝝ meritoꝝ
in rempublicam: que fama possit allicere mentes homi-
num. natura prestantes. i. excellentes. sed nondum. i. ñ
adhuc. perductas ad extremam manum perfectione virtu
tū. idest ad summā pfectionē: que fama ⁊ gloria q̄ sit exi-
lis ⁊ vacua toti⁹ pōderis. i. pciositatis. sic cōsidera ex sequē
tib⁹. ¶ Nota q cupido vane glorie multos allicit ⁊ dele-
ctat. vñ Seneca. 61. epistola dicit. Illud precipue nos im-
pedit q cito nobis placem⁹. si inuenim⁹ q nos bonos vi-
ros dicant q prudētes: qui sanctos. non sumus modica
laudatione cōtēti. quicqd in nos adulatione sine pudore
cōgesserit tanq debitum putamus: optimos nos esse sa-
piētissimosq affirmantib⁹ assentim⁹ cū sciam⁹ nos sepe
multa mentiri adeo quoq indulgemus nobis vt laudari
velimus in id cui cōtrariū maxime facimus. ¶ Nota q
duplex est bonitas mentis. s. naturalis ⁊ acquisita. Natu
ralis bonitas est fm quā aliqui naturaliter sunt pii man-
sueti sobrii ⁊ casti. sed hec bonitas si non emendat̄ virtute
⁊ sapientia cito extollit hominem ad inanē gloriā. Alia est
bonitas acqsita exercitio virtutum ⁊ scientiaꝝ que nō per
mittit hominē extolli vana gloria: qꝛ sapiens fructū suū
ponit in cōsciētia. Stultus autem in laude fm Macrobiū
Ideo dicit philosophia: q cupido glorie allicit mētes na
tura prestātes. nondū. i. nō adhuc virtutibus pfectas.
¶ Nota q fama est frequēs laus optimorum meritorum
in rempublicam. Sed gloria est clara noticia cum laude.
vel gloria est late patens preconium. i. annunciatio.

¶ Omnē terre ambitū: sicuti astrologicis demō-
strationibus accepisti: ad celi spaciū puncti con-
stat obtinere rationem: idest vt si ad celestis glo-

bi magnitudinem conferatur: nihil spacii prorsus habere iudicetur. Huius igitur tam exigue i mundo regiõis: quarta fere portio est: sicut ptolomeo probante didicisti: que a nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quarte si quantum maria paludesqꝫ premunt. quantumqꝫ siti vasta regio distenditur: cogitatione subtraxeris: vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc minimo igitur puncti quodam pũcto circunsepti atqꝫ conclusi de peruulganda fama ꝺ proferendo nomine cogitatis. Ad quid hꝫ amplum magnificumqꝫ gloria tam angustis exiguisqꝫ limitibus artata.

¶ Omnem terre ambitum. Hic philosophia ostendit gloriam mundanam esse exilem: nec multum appetendam. Primo ostendit hoc ex parte spacii in quo dilatatur. Secũdo ostendit hoc ex diuersitate nationuꝫ ad quas non diuulgatur. Tertio ostendit idem ex diuersitate morum propter quos de eodem contrarie iudicatur. Quarto ostendit idẽ ex breuitate durationis propter quã non perpetuatur. secunda ibi. Adde q hoc. tertia ibi. Quid q diuersarum. quarta ibi. Sed qꝫ multos. Primo intendit talem rationem. Latitudo fame consistit in latitudine terre super quã dilatatur. sed terra non est lata super quã fit dilatatio fame: sicut declarat in littera. ergo fama late non potest diffundi. ⁊ per consequens est exilis nec multum appetenda. Unde dicit i littera. Tu accepisti. i. didicisti astrologicis demonstrationibus omnem ambitum terre. idest spaciuꝫ terre. obtinere. i. habere rationem puncti. ad spacium celi idest ad magnitudinem celi. quod magis exponens dicit vt si terra conferatur. i. comparetur ad magnitudinem celestis globi: ipsa iudicet̃ prorsus nihil spacii habere. huius igit̃ tam exigue regionis. idest terre in mundo. fere q̃rta portio. i. quarta pars est que incolatur. i. inhabitat̃ ab animantibus nobis cognitis. sicut tu didicisti a ptolomeo hoc probante. si subtraxeris cogitatione. huic quarte parti terre q̃ꝫtuꝫ maria ⁊ paludes premũt. idest occupant. ⁊ quantum vasta idest ampla regio. distenditur siti. idest siccitate. tunc vix relinquetur hominibus angustissima area i. arctissimus locus inhabitandi. in hoc ergo quodam minimo puncto puncti. idest minima portione terre. vos homines circunsepti atqꝫ conclusi cogitatis de puulganda fama. de proferendo. i. extollendo. nomine. idest fama. ⁊ hoc fit inutiliter. sed quid habeat. idest potest habere. gloria amplũ. qꝫ pro. ⁊ magnificum que artata est tam angustis ⁊ exiguis limitib⁹. idest terminis. q. d. nihil habet magnificum. ¶ Nota q terra respectu celi nõ est alicui⁹ quãtitatis sensibilis. sed habet se sicut punctus. quia orizon q terminat visum nostrum diuidit celum in duo media. qđ non esset si terra in comparatione ad celum haberet aliq̃ꝫ quantitatem. ¶ Item si terra esset alicuius quantitatis sẽsibilis respectu celi. tunc stelle nõ semper apparerent nobis eiusdem quantitatis. quod patet falsum. Quia in ea parte vbi terra esset magis gibbosa ⁊ propinquior celo apparerent stelle maiores: ⁊ opposita parte minores. ¶ Itẽ minima stella fixa visu notabilis est maior tota terra. si ergo talis stella apparet nobis existentibus in terra sicut punctus: multomagis terra respectu celi erit sicut punct⁹. ¶ Item punctus est quoddam indiuisibile: a quo linea eq̃liter distans facit circulum ⁊ quia celuꝫ ex omni parte eq̃liter distat a terra: ideo terra respectu celi habet se sicut pũctus. ¶ Nota q tres partes terre sunt inhabitabiles. vna propter nimium calorem: due propter nimium frigus. sed quarta pars que est temperata in caliditate ⁊ frigiditate a nobis inhabitatur. sed quia adhuc non tota inhabitatur propter maria ⁊ paludes: ⁊ propter nimiam siccitatem. iđ dicit philosophia q quarta pars fere est habitabilis. vel dicit fere sm alios. quia estus solis non facit torridam zonam totaliter inhabitabilem. cum quedam ciuitas dicta zenit supra quaꝫ ptolomeus dicitur fundasse astrolabiuꝫ directe sit sub equinoctiali. sed dicitur inhabitabilis. quia est grauis inhabitationis. sed vltra equinoctialem omnino est inhabitabilis: propter nimium calorem. ¶ Iteꝫ dicit quartam partem terre inhabitari ab animantibus nobis incognitis. hoc forsan dicit propter antipodes si sunt qui nobis sunt ignoti.

¶ Adde q hoc ipsum breuis habitaculi septũ plures incollunt natiões. lingua: moribus: totius vite ratione distantes: ad quas tamen difficultate itinerum: tum loquendi diuersitate: tum commertii insolentia: non modo fama hominum singulorum: sed ne vrbium quidem peruenire q̃at. Etate deniqꝫ Marci Tullii: sicut ipse quodaꝫ loco significat: nondum caucasum montem romane reipublice fama transcẽderat. ⁊ erat tũc adulta: parthis etiam ceterisqꝫ id locorum gentibus formidolosa. vides ne igitur q sit angusta: q cõpressa gloria. quam dilatare ac propagare laboratis. An vbi romani nominis transire fama nequit romani hominis gloria progredietur.

¶ Adde q hoc ipsum breuis habitaculi. Hic philosophia ostendit gloriam non esse appetendaꝫ ex diuersitate nationum ad quas non diuulgatur intendens talem rationem Diuerse nationes ⁊ diuersa idiomata non solum impediũt promulgationem fame hominum. sed etiam vrbium: sed in terra habitabili sunt diuerse nationes diuersorum idiomatum ⁊ ergo promulgatio fame per talia impeditur: ⁊ per consequens non est multum appetenda. vnde dicit in littera. Adde predicte rationi q hoc ipsum septum. i. spacium breuis habitaculi. idest parui spacii. in quo nos habitamus. incolunt: idest inhabitant. plures natiões. idest gentes. distantes idest differentes. lingua. idest idiomate ⁊ moribus ⁊ ratione totius vite. idest ratione modi viuendi. ad quas non potest peruenire. non modo. idest non tãtum fama singulorum hominum. sed etiam nec fama vrbium. tum idest tam difficultate itinerum. idest viaruꝫ. tũ idest tam diuersitate loquendi idest idiomatum. tum. idest tam insolentia. idest inconsuetudine commertii. quia aliq̃ homines non consueuerunt cum aliis communicare i cõmertiis. quia etate. idest tempore. Marci Tullij. sicut ip̃e marcus tullius significat. quodam loco. idest in quibusdã suis scriptis. fama romane reipublice nondum transcenderat caucasum montem. ⁊ tamen fama romanorum erat adulta. i. ab antiquo nota. etiam formidolosa parthis. talibus hominibus. ⁊ ceteris gentibus. i. locorum circa caucasum montem. vides ne igitur q̃ꝫ angusta sit gloria q̃ꝫ compressa. idest in modicum redacta. quam laboratis dilatare ⁊ propagare. an pro nunquid. gloria vnius hominis romani illuc progredietur. idest proueĉet. vbi fama romani nominis. idest romane vrbis nequit transire. q. d. non. ¶ Nota partem terre habitabilem vocat septum. qꝛ est septa circundata mari. Unde linconiensis in tractatu suo de spera. ⁊ etiam Macrobius dicũt q quarta portio nostra habitabilis vndiqꝫ cingitur mari. ¶ Nota q insolentia sm senecam est species false magnitudinis: sed sm huguitionem insolentia est superbia vel fatuitas. in proposito autem potest exponi pro inconsuetudine. ⁊ tunc dicitur ab in quod est nõ. ⁊ soleo quod est consuesco. ¶ Nota q caucasus est mons quidam situs in parte septentrionis ad quem non peruenerat fama romane vrbis. lꝫ parthis ⁊ aliis gentibus assidentibus fama romanorum erat

formidolosa. idest formidabilis.

Quid q̄ si diuersarum gentiū mores inter se atqȝ instituta discordant: ut quod apud alios laude: apud alios supplicio dignū iudicetur. Quo fit ut si quem fame predicatio delectat: huic i plurimos populos nomen pferre nullo modo conducat. Erit igitur puagata iter suos glia quisqȝ contentus: ⁊ intra vnius gentis terminos preclara illa fame imortalitas coartabitur.

Quid. q̄ si diuersarum. Hic ostendit gloriā mūdanā eē exilem ex parte diuersitatis morum. pp quos de eodem apud diuersos contrarie iudicat̄. ⁊ intendit talem rationē Contrarietas institutionū ⁊ legū impediūt fame dilatationē. sed hoīes contrariaꝝ institutionū ⁊ legū terrā inhabitant. ergo diuersitas institutionū ⁊ legū ipediūt dilatationem fame. ⁊ p cōsequēs nō ē multū appetenda. Uñ dicit in littera. Quid supple est iudicandū q̄ mores ⁊ instituta ⁊ leges diuersaꝝ gentiū inter se discordāt ut illud qđ apud alios iudicet̄ dignū laude. apud alios iudicet̄ dignū supplicio. quo fit .i. pp quod. ut si pdicatio .i. dilatatio fame delectat quem .i. aliquē nullo mō conducat .i. laboret. pferre nomen .i. famā suā. in plurimos pplos. q̄r licet ab aliquib⁹ laudaret̄ ab aliis tamē vituperaret̄. Erit igit̄ qsqȝ cōtentus gloria puagata .i. dilatata inter suos: ⁊ illa pclara immortalitas fame: ⁊ loquit̄ ironice: q̄r non est preclara: nec immortalis illa coartabitur. idest constringet̄ intra terminos vnius gentis. idest vnius idiomatis. Nota q̄ tanta est diuersitas morū in gentibus q̄ illud quod reputatur apud alios laudabile. apud aliquos reputat̄ vituperabile reputat̄. n. apud syrios laudabile comedere parentes mortuos: ne comedant̄ a vermibus in terra: qđ apud alios extraneos est execrabile. similr apud iudeos reputatur laudabile ducere vxores cōsanguinitate proximas qđ apud xpianos prohibet̄. Itē in triuallis laudabile ē occidere patrem sexagenarium ⁊ cremare ipm: qđ apud alios est vitupabile Unde dicit poeta. Sūt loca sūt gētes: qb⁹ ē mactare parētes. ⁊ phas. ⁊ pietas dū lōga supuēit etas.

Sed q̄ multos clarissimos suis tempibus viros scriptorum inops deleuit obliuio. Quamq̄ quid ipsa scripta proficiunt que cum suis auctoribus premit longior atqȝ obscura vetustas.

Sed q̄ȝ multos clarissimos. Hic philosophia ostēdit exilitatem glorie ex breuitate durationis propter quam nō ꝑpetuatur. Et diuidit̄ in tres ptes. Primo ostendit hoc ex hominū obliuione. secūdo ex tempis breuitate. ibi. vos vero. tertio. ostendit gloriam a viris virtuosis non esse appetendam. ibi. Uos autem. Primo dicit q̄ fama ⁊ gloria nō sit imortalis. patet q̄r q̄ȝ multos viros clarissimos. idest gloriosos suis tēpib⁹ deleuit inops .i. defectuosa obliuio scriptoꝝ. q̄ȝ q̄ȝ ēt ipsa scripta pficiant quid .i. paꝝ. q̄ scripta longior .i. obscura vetustas tpis pmit .i. consumit. cuȝ suis auctoribus quoꝝ sūt scripta. Nota q̄ p scripturaȝ fama gestoꝝ trāsmittit̄. ad posteros. talis āt scriptura qñqȝ deficit vel pp inopiā scriptoꝝ: vel q̄r ipsa scripta in se vetustate cōsumūtur. Et ideo fama ⁊ glia in obliuionē perueniūt. Uñ Salustius in cathilinario conq̄rit̄ res gestas romanoꝝ min⁹ esse famosas pp inopiā scriptoꝝ. atheniēsium vo maioris fame q̄ȝ romanorū pp scriptoꝝ copiam

Uos ergo immortalitatem vobis ppagare videmini: cum futuri famam temporis cogitatis quod si ad eternitatis infinita spacia ptractes. qd habes quod de tui nominis diuturnitate leteris. Unius enim hora momenti si decem milibus conferatur annis: quoniaȝ vtrumqȝ spaciuȝ diffinitum est: minimam lȝ: habet tamen aliquam ꝓportionē At hic ipse numerus annorū eiusqȝ quantumlibet multiplex ad interminabilē diuturnitatem nec cōparari quidem potest. Et .n. finitis ad seiuicē fuerit quedam: infiniti vero atqȝ finiti nulla vnq̄ poterit esse collatio. Ita fit ut quanticumqȝ plixi tpis fama si cum inexhausta eternitate cogitet̄. n̄ pua ſȝ plane nulla eē videat̄

Uos ergo immortalitatem vobis. Hic philosophia ostēdit famā ⁊ gloriam non esse durabilē ⁊ imortalē ex tempis breuitate dicens. vos ergo homines videmini vobis ppagare .i. facere immortalitatē. cum cogitatis famā futuri tēporis. ⁊ in hoc frustra cogitatis. q̄r exilis ē duratio fame p tempus. quod .s. temp⁹ si ptractes .i. cōpares. ad infinita spacia eternitatis quid habes q̄ leteris de tui nomīs diuturnitate. id ē tue fame. q. d. nihil est. eteni mora vni⁹ momenti si conferat̄ .i. cōparet̄ .10. milibus annis habȝ aliq̄ȝ proportionē. licet minimā .i. valde paruā. quoniam vtrūqȝ spacium temporis est diffinitum: sed hic numer⁹ ānorū .s. .10. milia vel eius numeri q̄ȝtumlibet multiplex sicut duplū vel triplū non potest cōpari ad interminabilē diuturnitatē que est eternitas. eteni pro q̄r finitis ad seinuicē fuerit quedā collatio. idest compatio. Infiniti vero ⁊ finiti nulla vnq̄ȝ potest esse collatio .i. compatio. Ita fit vt fama tempis q̄ȝtumcunqȝ prolixi si cogitet̄ cōparādo cū inexhausta. idest infinita eternitate. ipsa videat̄ nō parua ſȝ plane nulla esse. Nota q̄ omne qđ incipit in tempore necessario habet finē in tpe. cum tēpus sit causa corruptionis tēpaliū. 4. ethi. cum igit̄ fama sit tēporalis incipiens in tempore ipsa desinet in tpe. ⁊ p ɔñs non est perpetua. Nota q̄ temp⁹ q̄ȝtūcūqȝ magnū cōparatū ad eternitatē minimū reputat̄. ⁊ quasi nullius momenti. licet enim finitorū ad seinuicem possit esse cōpatio ⁊ inter ipsa potest eē pportio: tamen finiti ad infinitum nulla potest esse cōparatio. Cum igit̄ eternitas sit duratio infinita tota simul exñs: ⁊ tps q̄ȝtūcūqȝ magnū sit finitū. temp⁹ nullā habebit proportionē ad eternitatem: ⁊ per ɔsequēs fama q̄ȝtūcūqȝ prolixi tpis cōparata ad eternitatē nulla videt̄ esse.

Uos autē nisi ad populares aures inanesqȝ rumores recte facere nescitis: ⁊ relicta conscientie virtutisqȝ pstantia: de alienis pmia postulatis sermunculis. Accipe in hmōi arrogantie leuitate q̄ festiue aliquis illuserit. Nam cum quidam adorsus esset hominem ɔtumeliis qui nō ad vere virtutis vsum: sed ad supbam gloriam falsum sibi philosophi nomen induerat: adiecissetqȝ iam se sciturū an ille philosophus eēt: si quidē illatas iniurias leuiter patienterqȝ tolerasset. Ille patiētiam paulisp assumpsit: acceptaqȝ contumelia velut insultans. iaȝ tandem inquit intelligis me esse philosophum: Tum ille nimiū mordaciter intellexeram inquit si tacuisses.

Uos autē nisi ad populares aures. Hic philosophia ostēdit gloriam a viris virtuosis non esse curandā. ⁊ hoc duabus rōnibus. secunda ibi. Quid autē est. Prima ratio ē illa. Illud quod spectat ad leuitatem arrogantie a sapiētibus nō est curandū. sed gloria propter quā homo recte facit pp laudes hominū illa spectat ad leuitatē arrogantie. ⁊ est digna derisiōe. ergo. ⁊c. Quod aūt talis arrogantia sit quedam derisio declarat in littera. ⁊ dicit. Uos homines nescitis recte facere. nisi ad populares aures. idest ad populoruȝ cōplacentias ⁊ ad inanes rumores. ⁊ laudes. ⁊ vos postulatis. idest desideratis. premia de sermūculis

alienis relicta.i.postposita.ꝑstãtia.i. dignitate vr̃e ꝯscie ⁊ virtutis.ꝑꝑ quã deberetis recte opari.⁊ accipe.i.ꝯsidera quã festiue.idest gloriose. aliquis illuserit. idest deriserit quendam dicentē se eē philosophũ in leuitate hmõi arrogantie. Naꝫ cuꝫ quidã tyrannus esset adorsus cõtumeliis idest incepisset alloqui contumeliose quendam hominem: qui induerat. idest vsurpauerat. sibi falsum nomen philosophi non ad vsum vere virtutis. sed ad superbam gloriã ⁊ tyrannus adiecisset. idest dixisset. se iam sciturum an iste esset philosophus. si quideꝫ illatas sibi iniurias patienter leuiterqꝫ tolerasset. ille qui dixit se phm plaulisꝑ patientiã assumpsit. s. in principio. qꝫ pro ⁊. accepta. ꝯtumelia a tyranno velut sibi insultans inquit ad tyrannum. intelligisne me esse phꝫ. tunc ille tyrannus mordaciter inquit. intellexeram te phm esse si tacuisses. ¶ Nota ſm cõmentatorē in prologo. 8. phisico. verus phs debet esse ꝑfectus oib⁹ generibus virtutum ⁊ per ꝯñs debet esse magnanimus. Sed ſm senecã in libro de clementia. magnanimi est iniurias ⁊ offensiones supbi despicere. ⁊ per consequens verbis cõtumeliosis prouocari non debet Item phi est non vinci a passionibus sed potius debet moderare ⁊ refrenare passiones. cum virtus consistat in moderatione passionum. vñ Arist. 4. ethicoꝝ dicit. Mansuetus vult iperturbatus esse ⁊ non duci a passione. Unde quidã phs contumeliose sibi insultanti dixit. Tu didicisti maledicere. ſꝫ ego didici maledicta contemnere.

¶ Quid auteꝫ ē quod ad precipuos viros. de his enim sermo est: qui virtute gloriam petunt: quid inqꝫ est quod ad hos de fama post ressolutũ morte supꝛema corpus attineat: Naꝫ si qđ nostre rationes credi vetant toti moriuntur homines: nulla est oino gloria. cum is cuius ea esse dr̃ non extet omnino. Sin vero bene sibi mens conscia terreno carcere resoluta. celum libera petit: nonne omne terrenum negocium spernet: Que se celo fruens terrenis gaudet exemptam.

¶ Quid autem est quod ad ꝑcipuos viros. Hic phia põit secundam rõnem q̃ talis est hoies virtuosi vel totalr̃ moriunt̃ corpe ⁊ aĩa. vel aĩa viuit post mortē. si totaliter moriũtur nihil spectat ad eos de gloria post mortē. si aĩa eoꝝ viuit post mortem. illa petit celum spernens omne terrenũ negocium ⁊ sic nihil ad eam de terrena gloria ergo apud virtuosos hoies nulla debet esse cura de glĩa. Dicit ergo in lr̃a. quid est qđ ad precipuos. i. ad virtuosos viros attineat de fama post resolutũ corpus extrema morte. q. d. nihil de his enim viris est sermo noster. qui petũt. i. querunt gloriam virtute. i. operibus virtuosis. Nã si homines toti moriũt̃ corpore ⁊ aĩa vt quidã putãt. Q đ tamē nostre rõnes. i. phice rõnes. vetãt. i. prohibent credi. qꝛ ſm phiaꝫ aĩa intellectiua est immortalis: nulla est oino gloria post mortē. cũ iste olo nõ extet. i. non sit cui⁹ ea glĩa eē dicitur. Sin võ mens bene sibi conscia. i. illesa. resoluta. i. liberata. terreno carcere. i. a corpore post mortē. libera petit celum. nonne ipsa aĩa que celo fruens gaudet se exemptam terrenis ipsa spernet omne terrenum negocium ⁊ ꝑ consequens terrenam gloriã. q. di. sic. ¶ Nota ꝙ ad virtuosos nihil spectat de fama nec in ꝑsenti vita nec in futura: nõ in presenti. quia dicit seneca in ꝓuerbiis. Quãplurimi curant famã pauci autem conscientiam tales pauci curantes conscientiam sunt virtuosi ⁊ phi de quibus loqtur Boetius in fine tractatus de sũmũ bono dicēs. Pauci sunt viri honorandi sicut philosophi qui contẽnũt desiderium sensus ⁊ sequunt̃ desideriũ intellectus. Plurimi autem sunt qui curãt famã. sicut sunt vulgares qui relicta virtute conscientie propter laudes hoim recte faciũt de qbus dicit scriptura. Amen dico vobis receperũt mercedē suã. Nec etiã fama spectat ad viros virtuosos in futura vita qui virtuosi si totaliter moriuntur nihil ad eos de fama Si autem anima viuit post mortē ista euolat ad celũ ⁊ nihil curat de fama. spernet omne terrenum negociuꝫ. ⁊ potius gaudet quia est exempta a curis terrenis ⁊ gaudio celesti i fruitur in eternum.

¶ Metrum septimum secundi libri.



Uicumqꝫ solam mente precipiti petit
Summumqꝫ credit gloriam.
Late patentes etheris cernat plagas
Artumqꝫ terrarum situm:
Breuem replere non valentis ambituꝫ
Pudebit aucti nominis.
Quid o superbi colla mortali iugo.
Frustra leuare gestiunt.
Licet remotos fama per populos means
Diffusa: linguas explicet.
Et magna titulis fulgeat claris domus:
Mors spernit altam gloriam.
Inuoluit humile pariter ⁊ celsum caput:
Equatqꝫ summis infima.
Ubi nunc fidelis ossa fabricii manent.
Quid brutus aut rigidus catho:
Signat superstes fama tenuis pauculis
Inane nomen litteris.
Sed quid decorat nouimus vocabula.
Num scire consumptos datur.
Jacetis ergo prorsus ignorabiles
Nec fama notos efficit.
Qđ si putatis longius vitam trahi
Mortalis aura nominis.
Cum sera vos rapiet hoc etiam dies
Jam vos secunda mors manet

¶ Metrum septimum secundi libri.

q Uicũqꝫ solam mente precipiti petit. Hic incipit metrum septimũ hui⁹ scdi qđ dr̃ archiloycuꝫ ab inuētore. iambicũ a pede predñante. ⁊ cõstat ex primo versu trimetro ⁊ secundo dimetro. in quo metro phia docet quõ gloria sit cõtēnēda ex cõsideratiõe amplitudinis celi ⁊ strictitudis terre dicens. Quicũqꝫ petit: idest desiderat ꝑcipiti mente solam gloriam. ⁊ credit istam esse summũ. i. pricipium inter appetenda. iste cernat. i. consideret. plagas etheris. i. ptes celi. late patentes. ⁊ cernat artũ situm terraꝝ. idest strictuꝫ spaciũ terre in comparatiõe. ad celum. ille. pudebit. i. verecundabitur aucti nominis. idest aucte fame sue. non valentis. replere breuem ambitum. idest paruũ spacium terre. Et tũc exclamat dicens. O propter hoc. miror. quid idest propter quid. superbi gestiunt. idest cupiunt. frustra leuare. idest extollere. colla sua mortali iugo. idest mortali fama. licet enim fama diffusa means. idest transiens ꝑ remotos populos explicet se linguas. idest per linguas populorum. ⁊ licet magna domus tua. idest nobilis parentela. vl' familia fulgeat claris titulis. idest laudibus tamen mors spernit altam gloriã. ⁊ mors pariter idest simul inuoluit humile caput. idest miserum hominem ⁊ celsũ. i. nobilem vel diuitem ⁊ mors equat infima summis nulli parcendo quod declarat. dicens. Ubi nunc manent ossa fidelis fabricii. quid Brut⁹ rigid⁹ aut Catho: supple ē. q. di. qd manet de gloria eorũ post mortem: vtiqꝫ modicũ. s. illud manet quod tēuis fama. i. exilis supstes. i. manēs. signat inane nomē eoꝝ pauculis litteris scriptis i epitaphiis. sed qd. i. ad qd. nouim⁹ decora vocabula scripta. nũquid intelligit̃ ꝑ

telligit p ea ipsos esse cõsũptos.i.mortuos.q.d.imo Jacetis ergo mortui prorsus ignorabiles nec fama efficit vos notos: Et qꝛ aliqs diceret licet ipsi sint mortui corpore.tñ viuũt sm famã.dicit.phia. Si putatis vitã vestram longius trahi.i.plongari.aura mortalis nois.i.splendore mortal' fame cũ.sera.i.vltima dies.vobis. hoc rapiet.i.famam auferet.iã vos manet.i.expectat.secũda mors q.di.si estis prius mortui corpe.i.fama manens est vita vestra.illa cessante.secundario moriemini. ❡ Notandũ fabritius.fuit ꝯsul romanus qui cum mitteret pugnare ꝯ pirrum regem epirotaꝝ. rex promisit sibi ptem regni sui ut transiret ad ipm: qd fabritius cõtẽpsit sequẽti ãno pirr⁹ obtulit sibi magnã pecuniam auri.ut traderet sibi romanũ impiũ.cui ait fabrici⁹. Roma nõ vult auꝝ sꝫ vult imperare habentib⁹ auꝝ.pp hoc ipse dictus fuit fidelis fabritius. Dicit etiaꝫ de fabritio.qꝫ cũ qdã ad eũ venisset pmittens se pirruꝫ regẽ occisuꝝ.si fabriti⁹ sibi pecuniã aliquã dare vellet. Ipse vo fabritius hunc traditorẽ ligatũ misit ad pirrum p tali scelere puniendũ cui tũc pirr⁹ dixit. Possibilius est solẽ a suo tramite deuiare qꝫ fabritiuꝫ a via recte rõis discedere. ❡ Nota qꝫ brutus fuit prim⁹ presul romanus q amore libertatis ⁊ iustitie pp stupꝝ Lucretie plurima egit.⁊ multa bella pro romanis iniit. pp qd etiã famosus fuit. Nota qꝫ catho.dict⁹ est rigidus pp rigorem ai.qui ad nihil turpe flecti potuit ⁊ tante iustitie fuit ut lucãus ipm diis compareat in iudicãda causa.q̃ fuit inter Juliũ cesarẽ ⁊ pompeũ dicens. Victrix cã diis placuit sꝫ victa Cathoni.⁊ de hoc magis pꝫ quarto hui⁹ prosa sexta.

❡ Prosa octaua libri secundi.



Ed ne me inexorabile contra fortunaꝫ belluꝫ gerere putes Est aliqñ cũ de hominibus illa fallax nõ nihil bñ mereat tũ scꝫ cũ se aperit.cũ frontem detegit moresqꝫ profitet.nondũ forte quid loquar intelligis Mirum est qd dre gestio:eoqꝫ sententiam verbis explicare vix qo. Eteni plus reor hoibus aduersam qꝫ prosperam prodesse fortunam.

❡ Prosa octaua libri secundi.

Ed ne me ixorabile. Jsta ẽ octaua ⁊ vltia psa hui⁹ scdi.⁊ qꝛ phia oñdit bõa fortũe nõ multũ
8 eẽ appetẽda: aliquis putaret qꝫ in fortũa nihil eẽt boi.iõ iã oñdit phia cuiusmõi bonũ sit i fortũa ⁊ pbat fortunã aduersam plus esse bonã qꝫ psperã. ⁊ primo pmittit suã intentiõeꝫ scdo pbat intentũ ibi. Jlla enim. Pmo dicit. O boeti ex dictis patꝫ qꝫ fortuna ẽ ꝯtẽnenda.sed ne putes me gerere.i.facere bellũ inexorabile idest implacabile ꝯtra fortunã sup.scias qd aliqñ est.i.cõtingit.qꝫ ipsa fortuna fallax.nõ nihil.i.aliqd bene mereat de hoibus eo qꝫ aliqd bonũ euenit hoib⁹ p eã.tũ.s.cũ fortuna se apit.manifestãdo suã falsitatẽ.cũ detegit frontẽ p sui aduersitatẽ.cuꝫ profitet mores suos p instabilitateꝫ.⁊ subdit phia: nondũ forte intelligis quid loqr.qꝛ mirum ẽ qd ego gestio.i.cupio dre.eoqꝫ.i.iõ vix queo explicare sẽtentiam verbis. Et eni ego reor.i.opinor aduersã fortunã plus prodesse hoibus qꝫ prosperã. ❡ Nota qñcũqꝫ in aliquo dicto videt esse repugnãtia illud videt mirabile dcm sed dre fortunã aduersam hoib⁹ prodesse.videt eẽ quedã repugnãtia in dicto. Nam eẽ aduersũ alicui.⁊ sibi pdesse adinuiceꝫ repugnãt.iõ dicit phia. Mirũ est qd gestio dre scꝫ fortunam aduersam magis prodesse qꝫ prosperam.

❡ Jlla eni semp spẽ felicitatis cũ vr blanda mẽtitur.hec semper vera cum se instabileꝫ mutatiõe demonstrat.illa fallit.hec instruit. Jlla mendaciuꝫ spẽ bonoꝝ mentes fruentiũ ligat:hec cognitionem fragilis felicitatis absoluit. Jtaqꝫ illam videas ventosam fluentem suiqꝫ semp ignaram hanc sobriam succintãqꝫ et ipsius aduersitatis exercitatione prudentem.

❡ Jlla eni sp spẽ felicitatis. Hic phia probat intentũ qꝫ fortuna aduersa melior sit qꝫ prospera trib⁹ ratiõibus. scda ibi. Postremo.tertia ibi. An hoc.pmo dicit illa fortũa pspera semper mentit cũ videt.i.aparet blanda specie felicitatis.i.prosperitatis.sed hec.i.fortũa aduersa semp vera est cum demõstrat se esse instabilem sui mutatõe. ostendit enim se eẽ talẽ qualis est:⁊ ita p eã non decipiunt homies sed illa.s.prospa fortuna cõfidentes in se fallit.hec autem aduersa fortuna hominẽ instruit ostendendo qꝫ nõ sit ꝯfidendũ prospe fortũe pp ei⁹ mutabilitateꝫ. Jlla.s.pspera fortuna ligat.s.fallendo mentes.fruentiũ hoim.spẽ bonoruꝫ mendaciũ.hec.s.aduersa fortũa.absoluit.i.liberat scꝫ mentes hoim cognitiõe.fragilis.i.transitorie felicitatis. Et tũc recolligit effectus vtriusqꝫ fortune dicẽs. Jtaqꝫ.illam.s.prosperam fortunã videas ventosam.i.supbaꝫ.fluentẽ.i.prodigã ⁊ suiipsius ignaraꝫ.nã hoies in psperitate continua seipsos nõ cognoscunt hanc.s.aduersam fortunam tu videas sobriã.⁊ succinctã.i.humilẽ non supbã.⁊ prudentẽ exercitatiõe aduersitatis. ❡ Nota qꝫ ex ista littera pñt formari tres rõnes qꝫ fortuna aduersa melior sit pspera. Prima rõ ẽ ista. Bõa fortũa spẽ vere felicitatis decipit habentẽ ipam.sꝫ fortũa aduersa ñ decipit.sꝫ vera ẽ ostendẽs se talẽ qualis ẽ.ergo aduersa melior ẽ qꝫ pspa Scda ratio est. Prospa fortũa ligat mẽtes hoim mẽdacib⁹ bõis.sꝫ aduersa liberat mẽtes a falsa felicitate.g° ẽ melior. Tertia rõ ẽ. Prospa fortũa reddit hoies sui ignaros sed aduersa facit hoies sapientes.g° melior est qꝫ pspera

❡ Postremo felix a vero bono deuios blandiciis trahit. Aduersa plerumqꝫ ad vera bona reducens velut vnco retrahit.

❡ Postremo felix a vero bono. Hic phia ponit scdaꝫ rõꝫ q̃ talis est. Quecũqꝫ fortũa trahit ad inqsitionẽ veri boni illa melior est qꝫ q̃ retrahit a vo bono. sed fortũa aduersa ẽ hmõi.g°.⁊c.vñ dicit in lrã. Postremo felix.i.pspera fortuna cũ suis blandiciis.trahit deuios.i.errantes a vo bono.sꝫ aduersa fortũa plerũqꝫ retrahit. vnco.i.tenaculo.reducens ad vera bona. ❡ Nota qꝫ qꝛ pspa fortũa vr eẽ ppinq̃ felicitati:eo qꝫ sine bonis fortune nõ cõtingit eẽ felicem ex de bõa fortuna: iõ suis blãdiciis trahit hominẽ sensualem a vo bono.qd ꝯsistit in speculatiõe dei aduersa autem fortuna qꝛ ostẽdit prosperã fortunã eẽ mutabileꝫ ipsa reducit hoiem ad verum bonũ quod est immutabile.

❡ An hoc iter minima estimanduꝫ putas qꝫ amicorum tibi fideliũ mentes hec aspera:hec horribilis fortũa detexit:hec tibi certos sodaliuꝫ vultus ambiguosqꝫ secreuit.discedens suos abstulit tuos reliquit. Quanti hoc integer ⁊ ut videbaris tibi fortunatus emisses: desine nunc amissas opes querere.quod preciosissimum genus diuitiarum est amicos inuenisti.

❡ An hoc inter minima estimandũ putas. Hic phia põit vltimam rõem que talis est. Jlla fortũa est melior p quã cognoscunt veri amici.sed aduersa fortuna est talis.ergo ⁊c.vñ dicit in littera. An p nũquid.putas hoc esse estimãdum inter minima bona.qꝫ hec aspa.i.aduersa fortuna.detexit.i.monstrauit.tibi mentes.i.corda fideliũ amicoꝝ.q.d.illud est bonuꝫ de maximis bonis.⁊ hec supple pspa fortuna.secreuit.i.distinxit tibi certos amicos ⁊ ambiguos vultus sodalium.i.amicorũ.q.di.aspa fortũa docuit te discernere inter veros amicos ⁊ falsos.qꝛ pspa fortũa a te discedens.abstulit suos.i.qui erãt amici rõne psperitatis.⁊ reliqt tuos amicos q te dilexerũt non pp tua O.quã

ti.i.quãto pcio.tu emisses hoc integer.i.in integritate for
tune cõstitutus.cũ videbaris tibi fortunatus ut potuisses
cognoscere veros amicos.nũc desine.i.cessa qrere opes
i.diuitias amissas.qr inuenisti veros amicos qd ẽ pciosis
simum genus diuitiaꝝ. ¶ Nota in aduersitate falsi amici
fugiunt.sed in tẽpore psperitatis manẽt.vñ Seneca in li.
de remediis.Quẽ tu felicẽ credis illum multi comittant
ut mel musce sequũtur.cadauera lupi.frumenta formice.
predã ista turba sequit nõ hoiem. ¶ Nota q aduersa for
tũa ostendit fideles amicos.vñ Seneca.20.epl'a Turba
familiaris cum a te pasci desierit ipsa te non pascet.ꝛ qd
tu beneficio tuo scire non poteras pauptate scies.illa ve
ros amicos retinebit.discedit quicũqz non te sed aliud se
quebat.Est autem pp hoc vnũ amãda pauptas q a qb⁹
ameris ostendit.Unde paup Henricus. Preualet hoc
solo mala sors q monstrat amicos.Qui bõi q mali mõ
strat vtrãqz viam.Itẽ poeta.Tempore felici nõ cognoscũ
tur amici.Sorte pz misera que sit dilectio vera.Item ali
bi.Cũ fueris felix multos numerabis amicos Tempora si
fuerint nubila solus eris.Itẽ Thobias.fluctuat ad cẽsuz
venalis amicus egenum.Sed verus renouat ut fabrica
tus amor. ¶ Nota q fidelis amicus est pciosissimũ gen⁹
diuitiarũ:qr amicus.9.eth.est alter ego.i.amicorum est
idem velle ꝛ nolle.Nemo eni eligit viuere sine amicis ha
bens reliqua bona.Et seneca.9.epl'a dicit.Sapiens ꝛ si
contentus sit seipso tamen amicum habere vult.pp nihil
aliud nisi ut exerceat amicitiam:ne tam magna virtus la
teat.Et tullius in lib.de offi.dicit.Honores diuitie et di
gnitates nunqz sunt amicitie anteponende.

¶ Metruz octauum secundi libri.



Uod mundus stabili fide
Concordes variat vices.
Qd pugnantia semina
Fedus perpetuum tenent.
Qd phebus roseum diem
Curru prouehit aureo:
Ut quas duxerit hesperus
Phebe noctibus imperet.
Ut fluctus auidum mare
Certo fine coherceat.
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos:
Hanc rerum seriem ligat
Terras ac pelagus regens:
Et celo imperitans amor.

¶ Metrum octauum secundi libri.

q Uod mundus stabili fide.Hic incipit octauũ
ꝛ vltimũ metrũ hui⁹ secũdi.qd dr gliconiũ ab
inuentore.amphimacꝝ a pede predñante.ꝛ ẽ
amphimachrus pes antiquoꝝ constans ex pri
ma ꝛ vltima longa et duabus breuib⁹ mediis
dictus ab emphi.qd ẽ circũ et macros longũ.quasi hñs
circũquaqz lõgã syllabam.In quo metro phia cõmendat
amorez ex quo dixit q amici sunt preciosissimum genus
diuitiaꝝ.Et prio cõmendat amorẽ diuinũ Secũdo osten
dit quõ humana natura amicitia cõseruat.ibi.Hic san
ctos Primo facit hoc qd dcm̃ est.secũdo ostendit q abla
to diuino amore oia corrũpũtur ibi.Hic si frena prio di
cit.Amor diuinus regens terras ac pelagus ꝛ ipitans.i.
frequenter imperans celo.ille amor ligat hanc seriem.i.
concordiam reruz.q mũdus stabili fide variat cõcordes
vices.i.alternatiões temporũ anni noctis ꝛ diei.ꝛ q semi
na pugnãtia.i.elementa ɔ̃ria.teneant ppetuũ fedus.i.con
cordiam.ne vnũ totaliter aliud corrũpat.q phebus.idẽ
sol.curru aureo puehit.i.pducit.roseũ diem.i.claꝝ diẽ
idẽ amor facit vt phebe.i.lũa.imperet.i.presit noctib⁹.qs
noctes hesperus.idest stella vesptina duxerit.i.adducit.
et vt auidũ mare ad exeundũ coherceat fluct⁹ suos.certo
fine.i.determinato fine.ne liceat sibi tendere.i.extẽdere.la
tos terminos.vagis terris.i.amplis terris.supple totali
ter cooperiendo terrã. ¶ Nota q tullius loques de amici
tia dicit Amicitia ẽ virtus mouens supiora ad pfectionẽ
inferiorum ꝛ inferiora ad subiectionẽ superiorum.Amici
tia eni sublata ois in vita tollit iocunditas. ¶ Nota q ele
menta appellat semina:qr ex ipsis tanqz ex seminib⁹ ele
mẽta pducũt.sicut eni semẽ est principiũ fruct⁹ sic elemẽ
ta sũt principia corporũ mixtorũ.ꝛ dicit elemẽta pugnan
tia pp ipsoꝝ cõtrarietatẽ.nã aliqua sunt calida.alia frigi
da.qdã humida.qdã sicca.Hec elemẽta diuino amore
ordinante tenẽt propriũ fedus:qr grauitas inferioꝝ non
aufert leuitatem superiorum.nec econuerso.ꝛ simul tota
liter se non corrumpunt.

¶ Hic si frena remiserit
Quicquid nunc amat inuicem
Bellum continuo gerit.
Et quam nunc socia fide
Pulchris motibus incitant.
Certant soluere machinam.

¶ Hic si frena remiserit.Hic ostẽdit q amore diuino sub
tracto oia corrũpunt dicẽs.si hic amor diuin⁹ remiserit
frena.i.legẽ gubernãdi res.quicqd nũc amat inuicẽ.i.cõ
cordat.illud cõtinuo geret bellũ.ꝛ ipsa elemẽta.certãt.i.
litigant soluere.i.destruere machinã.s.mũdanã quã nũc
socia fide.idest concordi federe incitant pulchris motibus
i.faciũt ordinarie mouere. ¶ Nota q sublato amore ꝛ cõ
cordia oia dissoluũt.vñ alanus in anticlaudião loqns in
psona amoris ꝛ concordie dicit.Si mea iura,meas leges
mea federa mũdus.Oliz seruasset vel adhuc seruaret amo
ris.Uincula non tantis gemeret sub cladibus orbis.

¶ Hic sanctos populos quoqz
Iunctos federe continet.
Hic ꝛ coniugii sacrum
Castis nectit amoribus.
Hic fidis etiam sua
Dictat iura sodalibus
O felix hominum genus
Si vestros animos amor
Quo celum regitur.regat.

Libri secundi de consolatione philosophie finis

¶ Hic sanctos ppl'os quoqz.Hic oñdit phia quõ p amorẽ
conseruat ꝛ conciliat amicitia hũana dicẽs.hic amor cõ
tinet.i.ɔseruat.sanctos.i.virtuosos ꝛ ppl'os iũctos federe
s.amicitie.ꝛ hic amor nectit sacꝝ.i.sacramẽtũ cõiugii ca
stis amoribus viri ꝛ vxoris ꝛ hic amor dictat iura sua.i.i
põit legẽ amicitie fidis sodalib⁹.ꝛ qr ista pueniũt ab amo
re oino tãqz a suo pricipio.iõ subiũgit.O felix gen⁹ hoim
sup.dico.si amor.s.diuin⁹ quo celũ regit.regat aios vros
sup.causãdo in eis cõcordiã amicitie. ¶ Nota q amor di
ctat iura fidis sodalib⁹.iura autẽ amicorũ ꝛ sodaliũ inuit
Seneca.3.epl'a.dicens.Diu cogita an aliqs in amicũ sit
tibi recipiend⁹.sz cũ placuerit fieri toto illũ pectore admit
te tam audacter cũ illo loquere qz tecuz.Tu qdẽ ita viue
ut nihil tibi cõmittas.nisi q ẽt amico tuo cõmittere pos
sis.Cũ aico tuo oẽs curas oẽs cogitatiões misce si fidelẽ
putaueris.Sũt.n.qdã q qñ amicis sũt tm̃ ɔmittẽda oibus
narrãt.qdã charissimoꝝ cõsciam reformidãt nulli creditu
ri.neutꝛ faciẽdũ est.vtrũqz.n.vitiũ ẽ:et oibus creddere ꝛ
nulli. ¶ Nota circa pdicta q amicitia pprie dicta tm̃ in
uenit in reb⁹ rõnalib⁹.ꝛ ut sic amicitia est par volũtas
bonoꝝ inter aliquos.sz large accipiẽdo amicitiam.sic ẽt ẽ

irrōnabilibꝰ: ⁊ ut sic amicitia est ꝯcordia diuersarū rerū adinuicem. ❡ Explicit liber secundus:

❡ Incipit liber tertius prosa prima.



Iam cantū illa finierat cū me audiē di auidū stupētemq; arrectis ad hec auribus carmis mulcedo defixerat itaq; paulopost o inq̄ summū lassorūq; solamē animoꝝ quantū me vel sententiaꝝ pōdere vel canēdi ēt iocunditate refouisti. adeo ut me iam posthac imparē fortune ictibus nō arbitrer. Itaq; remedia q̄ pauloante acriora esse dicebas nō modo non ꝑhorresco: sꝫ audiendi auidus vehemēter efflagito. P.

❡ Incipit tertius. Prosa prima.



Iam cantū illa finierat. Iste ē tertiꝰ liber Boetii de consolatione ꝑhie. ⁊ ꝯtinuatꝰ ad libros ꝓcedentes in hūc modū. Post q̄ꝫ ꝑhia in p̄io libro scrutata est causas doloris boetii. ⁊ in secūdo li. adhibuit sibi remedia facilia in p̄senti libro ⁊ in sequentibꝰ ꝑhia adhibet Boetio remedia grauiora. sunt āt remedia grauiora rōnes cōtra cōmunē opinionem hominū probantes q̄ in bonis exteriorıbꝰ nō consistit vera felicitas ostēdēdo in quo sit felicitas vera ⁊ quō ad ipsaꝫ ꝑueniat. Et diuiditꝰ iste liber in vigintiquattuor ꝑtes. q̄ huiꝰ libri sunt. 12. prose. ⁊. 12. metra. q̄ ꝑtes patebunt in processu libri. qd āt ⁊ de quo determinetꝰ in q̄libet istarū partiū silr patebit. Prima prosa huꝰ tertii diuiditꝰ in tres partes. Primo ostēdit. Boetius quō post ꝑdicta allocutus fuerit ꝑhiaꝫ. Scdo pōit responsionē ꝑhie. Tertio boetiꝰ dirigit quādā petitionē ad ipaꝫ secūda ibi. Tuꝫ illa. tertia ibi. Tū ego. Dicit primo Iā illa ꝑhia finierat cantū. i. metrum quod erat de cōmendatione amoris diuini ⁊ amicitie. ⁊ cum ego Boetius esseꝫ allectus dulcedine metri ad audiēdū cū auiditate et admiratōe verba ꝑhie auribus arrectis ego dixi. O ꝑhia que es summū solamē animoꝝ lassorū quātū me refocillasti tuis ꝓsis ⁊ metris in tantū q̄ tam bene possum resistere insultibꝰ fortune. ⁊ iō dicit remedia que prius dixisti esse grauis nō timeo: sꝫ ea audire diligēter expecto. ❡ Nota q̄ boetius metrū vocat cantū. sicut eni in cantu est eleuatio ⁊ dep̄ssio vocis. sic similiter in metro rōne quantitatis correpte ⁊ ꝓducte syllabaꝝ attenditꝰ quedā eleuatio. ⁊ depressio q̄ rōne quātitatis ꝓducte fit eleuatio rōe q̄ntitatis correpte fit dep̄ssio

❡ Item q̄ metrū est subtilius ⁊ delectabilius ꝓsa. iō animū d̄mulcet. Unde auctor poetrie metrū comparat domicelle dicens. Vultq; venire metrū tanq̄ꝫ domicella cōpto crine nitente gena: subtili corpore forma egregia: Iō dicit boetius. mulcedo carminis. idest metri. ❡ Item homo debet esse auidus ⁊ stupens circa ꝑhiam. Auidus inquā q̄ dicit Seneca. 17. epla. Proiice omnia ista si sapis immo ut sapias ⁊ ad ꝑhiam magno cursu totisq; viribus tēde. Etiā homo dꝫ eē stupens. idest admirās de ꝑhia. q̄ ipsa ē res mirabilꝭ. ⁊ diuia sꝫ Ari. in principio libri sui de mūdo. ⁊ ꝑhia ꝯfert mirabiles delectatiōes. i. ethico. Itē animi lassi sunt graui cura vel aduersitate aliqua opp̄ssi. horū ꝑhia est summū solamen. q̄ ipsa persuadet magnanimitatem qua ꝯ aduersitates fortune hō constanter debet militare.

❡ Itē ꝑ ꝑhiam hō bene potest resistere ictibus fortune: q̄ primo ethicoꝝ dicit aristoteles. Sapiēs bene scit ferre fortunas. ⁊ hꝫ se sine vituperio sicut tetragonū. Unde dicit in littera. Iā illa supple ꝑhia finierat cantū. i. metrū de amore diuino. ⁊ cū mulcedo. i. suauitas carminis defixerat. i. stabilierat me auidū. i. cupidū audiendi. q̄ꝫ pro et stupentē. i. admirantē. supple verba ꝑhie. auribꝰ meis. arrectis. i. eleuatis ad hec. s. verba. itaq; paulopost ego inq̄ꝫ. i. dixi. O summū solamē lassoꝝ aniorū supple ꝑ aduersitatē q̄ntū me refouisti pōdere sentētiarū sup. ꝓse vel ēt iocūditate canēdi. i. metri. adeo. i. intātū ut iā posthac nō arbitrer me eē iparē. i. dissimilē in resistēdo ictibus. i. insultibꝰ fortūe. Itaq; remedia illa q̄ pauloāte dicebas eē acriora. i. grauia. ñ mō. i. ñ tm̄ ñ ꝑhorresco. i. ñ timeo. sꝫ ego auidꝰ audiēdi sup. ea vehementer efflagito. i. expostulo. ❡ Ubi. sciendum q̄ sꝫ huguitionem efflagitare est valde flagitare expostulare. petere cum clamore poscere.

❡ Tum illa sensi inquit cum verba nostra tacitus attentusq; rapiebas: cumq; tue mentis habitum vel expectaui: vel quod est verius ipsa perfeci. Talia sunt quippe que restant: vt degustata quidē mordeant: interius aūt recepta dulcescāt Sed q̄ tu te audiendi cupidū dicis quanto ardore flagrares: si quo nam te ducere agrediamur agnosceres. B. Quo nā iquā. P. ad verā inquā felicitatē quā tuꝰ quoq; somniat aius: sed occupato ad imagines visu: ipam illam non potes intueri. B.

❡ Tum illa sensi inqt. Hic ponit respōsioneꝫ ꝑhie dicens. Ego bñ sensi illud cū tu tacitus. i. attentus recepisti verba nostra. ⁊ cum ego ꝑfeci mentē tuā. talia eni sūt remedia q̄ adhuc rastāt ut ipsa degustata p̄io sint amara sed postea dulcescāt. Sꝫ q̄ tu dicis te eē cupidū audiēdi vba nr̄a. O quanto desiderio arderes: si cognosceres quo laboramus te ducere. ⁊ dicit boetius. Quo vis me ducere: Respōdet ꝑhia: ad cognitionem vere felicitatis quā animus tuus q̄si sōniādo adhuc vix cognoscit: q̄ est occupatꝰ imaginibꝰ false felicitatis. ❡ Nota q̄ boetiꝰ tacitus verba ꝑhie rapiebat ꝯsilio Senece dicētis. Esto verborū tacitus auditor: auditoꝝ ꝓmptꝰ repetitor. ❡ Nota q̄ ꝓcepta ꝑhicalia p̄io sunt amara postea dulcescūt. sm̄ illud poete. Discrete fit charꝰ q̄ꝫuis p̄io fit amarꝰ. Et eustratiꝰ p̄io ethi. dicit. Sciunt docti quoniam laboriosa ē possessio virtutū. sed propter eius amaritudinē ꝑhia non est abiiciēda. q̄ ñ ē dignus dulcoris acumine: q̄ amaritudinis neqt iuiscari grauamie: sꝫ Boetiū i de disciplina scolariū. ❡ Nota sicut sōniās putat fantasmata sibi occurrentia esse veras res de q̄bꝰ somniat. ⁊ tamen non sunt ipse res: sic boetius in istis temporalibus putauit esse veram felicitatem que tamen non est. sed tantum sunt quedam similitudines vere felicitatis sicut fantasmata somnioꝝ sunt siltudines reꝝ

❡ Nota q̄ bona exteriora vocat imagines vere felicitatis sicut. n. imago est rei imitago ⁊ nō est ipsa. res. sic bōa exteriora videntꝰ exprimere formā vere felicitatis. sed vera felicitas nō ē i ipsis. vñ dicit in littera. Tū ꝓ tunc. illa supple ꝑhia inqt. ego sensi. i. noui. sup. intentionē tuā. cū. tu tacitus. q̄ꝫ ꝓ ⁊. attētus rapiebas verba nostra. q̄ꝫ ꝓ ⁊. cū ego expectaui. alia littera hꝫ expetiui. i. reuocaui habitum tue mētis. Uel qd̄ ē verius dicere cū ego ipsa habitū tue mentis ꝑfeci. q̄ppe mire talia sūt supple remedia. q̄ restāt supple sumēda. ut ipa q̄dē degustata p̄io mordeāt. i. displiceant. interiꝰ āt recepta dulcescant. sꝫ q̄ tu dicis te cupidū audiēdi. supple illa remedia. O quāto ardore. i. desiderio. flagrares. i. arderes. si agnosceres. quonā. i. ad quē locū aggrediamur. i. incipimꝰ te ducere. Ego boetius inq̄ꝫ: i. dixi. quonā sup. vis me ducere. inqt supple ꝑhia. ad verā felicitatē quā tuꝰ animꝰ somniat. i. imꝑfecte cognoscit. sꝫ visu. i. cognitiōe occupato ad imagines. i. ad bōa tempalia q̄ sūt imagines ⁊ similitudo vere felicitatis. tu nō potes intueri. idest inspicere. ipsam supple veram felicitatem.

❡ Tum ego fac obsecro: ⁊ que illa vera sit: sine cūctatione demonstra. P. Faciam inquit illa tui causa libenter sed que tibi causa notior est eaꝫ prius designare verbis: atq; informare conabor: vt

ea perspectat. cũ in cõtrariã partem flexeris oculos: ⁊ vere specimẽ beatitudinis possis agnoscere

¶ Tu3 ego fac obsecro. Hic Boeti⁹ dirigit petitionẽ p̄hie ⁊ põit cõsensum sue petitionis dicẽs. O p̄hia rogo ut sine dilatiõe demonstres mihi q̃ sit vera felicitas. ⁊ p̄hia consentiens dicit libenter faciã tui cã sed prius ego ostendã tibi falsa3 felicitatẽ tibi notiorẽ vt illa cognita p̄ cõtrariu3 possis postea agnoscere vera3 felicitatẽ. ¶ Nota circa hoc q̄ dicit faciã tui cã libẽter. q̄ p̄hia petitiões hominũ admittit. vñ. Seneca. Nulli preclusa est virtus sapiẽtie. oib⁹ p3. oẽs inuitat oẽs admittit. nõ eligit donũ neq3 censũ. sed nudo hoīe contẽta est. ¶ Nota innata est nobis via p̄cedendi ex nobis magis notis ad min⁹ nota. p̄io phisicoꝝ ⁊ secundo de anima. Cũ igit̄ bona exteriora sint magis nobis nota in q̄bus aliqui posuerũt cõsistere felicitatẽ q̄3 bona interiora. ideo p̄hia p̄io vult determinare de falsa felicitate nobis magis nota q̃ ponit̄ in bõis exteriorib⁹ ip̄am extirpando. ut p̄ eam agnoscam⁹ veram felicitatem tanq̄3 per contrariu3. ¶ Nota q̄ seneca in dc virtutib⁹ cardinalibus dicit. Scire debes q̄ quedã non vident̄ eẽ bona ⁊ sunt. quedã vident̄ bõa ⁊ nõ sunt. quecũq3 aũt ex reb⁹ transitoriis possides non hec magna existimes non mireris qd̄ caducum est. Ex quo p3 q̄ vera felicitas non consistit in bonis exterioribus. q̃ vident̄ esse vera bona ⁊ tñ nõ sunt. vñ dicit in littera. Tum pro tũc. ego supple Boe. dixi. ſo p̄hia obsecro. i. peto. fac. i. duc me ad illã felicitatẽ. ⁊ demõstra mihi sine cũctatione. i. sine mora. que sit illa vera supple felicitas. Illa p̄hia inquit. faciã libenter tui cã. s3 ego pri⁹ conabor. i. laborabo. tibi designare verbis. at q̄3 pro et. informare. que cã. i. que felicitas habẽs rationẽ cause finalis. sit tibi notior. i. manifestior. ut ea supple falsa felicitate perspecta. i. cognita. possis agnoscere specimẽ idest similitudinẽ. vere beatitudinis. cum flexeris oculos supple cognitionis in contrariã partẽ false felicitatis.

¶ Metrum primũ libri tertii.

Qui serere ingenuum volet agrum:
Liberat arua prius fruticibus.
Falce rubos filicemq3 resecat
Ut noua fruge grauis ceres eat
Dulcior est apium mage labor.
Si malus ora prius sapor edat:
Gratius astra nitẽt. vbi nothus
Desinit imbriferos dare sonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit.
Pulchra dies roseos egit equos:
Tu quoq3 falsa tuens bona prius.
Incipe colla iugo retrahere.
Uera dehinc animũ subierint:

¶ Metru3 primũ tertii libri.

Qui serere igenuũ volet agrũ. istud ẽ primũ metrũ huius tertii qd̄ dicit metrũ choristum ab inuentore. ⁊ dactilicu3 a pede predominante. ⁊ prim⁹ versus h⁹ metri ẽ ypcatbalectic⁹ quia post primũ pedem abũdat vna syllaba. s. re in hac dictione serere. ⁊ q̄ p̄hia predixit q̄ prius esset ostendendũ: que sit falsa felicitas. ⁊ postea que sit vera. iõ p̄hia in hoc metro cõmendat hunc ordinẽ p̄ quattuor exẽpla. Primum est. quicũq3 vult seminare bonũ agrũ oportet prius extirpare nociuas herbas vt ager bene fructificet. Similiter aliquis volens cognoscere verã felicitatẽ o3 prius extirpare falsa3 vñ dicit in littera. Qui volet serere agrũ ingenuum. i. nobilem. prius liberat arua. i. agros fructicibus. i. radicib⁹ que impediũt ne semen crescat. ⁊ ille resecat. i. p̄scindit rubos. i. puas arbores. q̄3 pro ⁊ filicem. i. herbã inutilem. falce. i. falcastro ⁊ ut noua ceres eat. i. proficiat grauis. i. noua fruge. scd̄m exemplum est. Sicut p̄gustãdo aliqd̄ amarũ mel apparet dulcius. sic p̄p cognitionẽ false felicitatis magis cognoscitur vera felicitas. vñ dicit in littera. Labor apiũ est mage dulcior. i. mel est magis dulce. si malus sapor prius edat. i. inficiat ora. Tertiũ exemplũ est. sic post tempus nebulosũ gratior est serenitas. sic post cognitionem false felicitatis gratior ẽ cognitio vere felicitatis. Uñ dicit in littera. vbi pro postq̄3 nothus. i. vetus australis. desinit. i. cessat. dare imbriferos sonos. i. flatus p̄ducentes imbres tunc astra nitent gratius. i. delectabilius. Quartũ exẽplũ est. Sicut pulchra dies sequit̄ tenebras noctis. sic cognitio vere felicitatis sequitur cognitionem false felicitatis. vnde dicit in littera. vt idẽ postq̄3 lucifer. i. stella matutina pepulerit. i. fugauerit. tenebras noctis. tũc pulchra dies agit. i. ducit roseos equos solis. tũc applicat exempla ad propositũ dicẽs. Tu pri⁹ debes cõsiderare falsa bona. ⁊ extirpatis ip̄sis debes cognoscere vera bona in quibus cõsistit felicitas. vnde dicit in littera. Tu quoq3 pri⁹ tuẽs. i. respiciẽs falsa bõa. incipe retrahere colla iugo. i. iugo false felicitatis. dehinc. i. postea vera bona subierint. i. subitrabũt. animũ tuũ. ¶ Nota q̄ sicut prius extirpãda sunt vitia: ⁊ postea inserende virtutes: sic ager prius est purgãdus ⁊ postea seminãdus. vñ Thobias.

Spinis ⁊ tribulis purgari noualia debẽt agri vt semẽ fructificari queat. Nota q̄ frutex s̄m huguitionem est densitas virgulaꝝ vel arboꝝ vel spinaꝝ. vel scd̄m alios frutex ẽ arbor pua que terrã frõde tegit. ¶ Nota q̄ filix est inutilis herba hñs folia ad modũ filoꝝ. de q̃ dicit p̄sius. nõ tñ ista filix vllo mõsuescit in agro. ¶ Nota q̄ post amaritudinẽ dulcedo est gratior ⁊ sensibilior. vñ poeta. Dulcia nõ meminit q̄ nõ gustauit amara. Nãq3 p̄ oppositũ noscitur omne bonũ. Hec paup̄ henric⁹. Nota q̄ Boeti⁹ hic dicit apiũ p̄ apum in genitiuo p̄lali. qd̄ est ꝯ alexandrum q̄ dicit. Um dat apis. ⁊c. Et q̄ hic dicat̄ apiũ ⁊ nõ apũ pat3 p̄ metꝝ qd̄ sp̄ stat ex tribus dactilis continuis. si ãt poneret̄ apũ nõ essent tres dactili ꝯtinui. posset tamen dici q̄ causa metri ponitur apium pro apum.

¶ Prosa secunda tertii libri.

Tu3 defixo paululũ visu: ⁊ velut ĩ angustã sue mẽtis sedẽ recepta: sic cepit. Ph.

¶ Prosa secunda tertii libri.

Tum defixo. paululum visu. Hec ẽ p̄sa secũda huius tertii ĩ qua p̄hia ponit diuersas opiniones circa falsam felicitatẽ. ⁊ primo Boetius ostẽdit quomõ se p̄hia habuit p⁹ p̄dicta. scd̄o philosophia ostẽdit q̄ oẽs homines nituntur p̄uenire ad beatitudinẽ quã ip̄sa diffinit. tertio ostẽdit q̄ homies sepe abducũtur a vera felicitate diuersis errorib⁹ quarto põit errores siue opiniões circa felicitatẽ. secũda ibi. Ois mortaliũ. tertia ibi. Hunc vti. q̄rta ibi. Quorũ quidem. dicit. Prio. Postq̄3 p̄hia p̄misit ordinẽ procedẽdi de falsa felicitate ad veram. tum p̄ tũc. ip̄sa paululũ defixo visu. i. inclinatis oculis. ⁊ recepta velut in angustã. i. nobilẽ sedẽ mentis sue. sic cepit. i. incepit loq. ¶ Nota q̄ capitis inclinatio est signũ subtilis imaginatiõis. p̄p qd̄ subtiliter ⁊ profunde imaginãtes caput inclinãt. ⁊ q̄nq3 non videt̄ delata corã oculis. Ideo p̄hia volẽs subtiliter speculari de felicitate cuius speculatio difficilis est ip̄sa inclinato visu cõtraxit se in nobilẽ speculationẽ sue mentis.

¶ Omnis mortaliũ cura quã multipliciũ studioꝝ labor exercet. diuerso q̄dẽ calle p̄cedit: s3 ad vnũ tamẽ beatitudinis finẽ nititur p̄uenire. Id ãt est bonũ. quo q̄s adepto nihil vlterius desiderare queat. Qd̄ q̄dẽ ẽ oim summũ bonoꝝ: cunctaq3 intra se cõtinẽs bõa. Cui si q̄d abforet: summum bonũ eẽ nõ posset quoniã relinqueret extrinsecus

quod

quod posset optari. liquet igit ee bitudinem statum bonoꝝ oim cõgregatione perfectum.

C Omnis mortaliuȝ cura. hic pħia oñdit q̃ oẽs homines nitunt puenire ad vnũ finem beatitudinis. quã btitudinẽ ipa etiã diffinit ꝛ dic sic. Ois cura. i. sollicitudo. mortaliũ. i. hominum quã curã exercet labor multipliciũ studioꝝ. q2 aliqui studẽt in litteratura. aliqui in mercantia. ꝛ sic de aliis. illa cura procedit diuerso calle. i. diuerso mõ viuendi. sed tamen nitit puenire ad vnũ finem beatitudinis. Illud ãt ad qd homies nitunt puenire est tale bonũ quo qs adepto nihil vlterius queat desiderare. qd scȝ bonũ ẽ summũ oim bonoꝝ continẽs intra se cũcta bona. cui scȝ bono. si quid. i. aliquid. abforet. i. deesset nõ posset esse summũ bonũ. q2 relinquerect aliquid extrinsecus. i. extra alid bonũ qd posset optari. Ex quib dictis pħia cõcludit diffinitione beatitudinis. dicẽs. Liquet. i. manifestũ est beatitudinẽ esse statuȝ pfectum cõgregatione omnium bonorum

C Nota cognitio vltimi finis magnũ incremẽtũ cõfert ad vitã. prio. ethi. q2 ẽm exigentiã finis cetera moderãtur ẽm linconiẽsem. primo posterioꝝ ideo pħia tradit nobis cognitionẽ vltimi finis. s. beatitudinis. C Nota finis ẽ magis eligendus his q̃ sũt pp finẽ vt pȝ p Aristo. 3. topicoꝝ. Itẽ ibidẽ: cui finis est bonus ipm quoqȝ bonuȝ. Itẽ oia denoianda sũt a fine. Vñ poeta. si finis bon ẽ totũ laudabile phas est. C Nota finis in agibilib habet se sicut pricipiũ in speculabilib. sic ergo intellectus noster naturaliter adheret primis pricipiis sic appetitus noster nãliter adheret vltio fini qd est sũmũ bonũ. C Nota q̃ duplex est finis. s. finis quo. ꝛ finis gratia cuius oia fiunt. Ille. n. ẽ vnus sicut deus vel beatitudo et iste finis appetit ab oib sub vna rõe inq̃ũtũ est bonũ satians appetitũ hominis. finis aũt quo est opatio q̃ homines nitunt adipisci finem gratia cuius. ꝛ talis finis ñ est vnus sicut non est vna opatio omniũ. Ideo dicit pħia q̃ cura hominũ pcedit diuerso calle ad consequendũ vltimũ finẽ. C Nota illud ad qd omnes homines nitunt puenire est bonũ. q2 bonũ est qd omnia appetũt. prio ethicoꝝ. C Nota q2 beatitudo hȝ ratione vltimi finis ipa est tale bonũ quo adepto nihil vlterius desideraẽ. nã de rõne finis ẽ esse vltimũ ꝛ vltra illud qd est vltimũ nihil est ergo ẽt oȝ illud eẽ summũ bonũ. q2 illud quo adepto nihil vlterius desideraẽ ẽ summũ bonũ tale aũt est beatitudo. C Nota q2 beatitudo est bonũ optimũ pulcherrimum ꝛ delectabilissimũ. iõ beatitudo est status pfectus congregatione omnium bonoꝝ ptinens in se oia bõa. si. n. aliqd bonũ sibi deficeret ñ eẽt summũ bonũ

C Hunc vti diximus diuerso tramite mortales omnes conant adipisci. Est eni mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas: sed ad falsa deuius error abducit.

C Hunc vti dixim. In ista pte ostẽdit pħia q̃ hoẽs a vera felicitate diuersis erroribus abducunt dicẽs. Hũc. s. statũ beatitudinis. oẽs mortales sicut dixim: conant adipisci diuerso tramite. i. diuersa via. q2 cupiditas. i. appetit veri boni nãliter est inserta mẽtibus hominũ: sed beatitudo est verũ bonũ q2 summũ. sed deui error abducit homines ad falsa bona. C Nota quia beatitudo aggregat in se oia bõa. iõ ei cupiditas nãliter est hoibus inserta. Ubi tñ sciendũ. q̃ beatitudinẽ cõtinere oia bona pt intelligi dupłr Uno mõ formaliter. sic non continet oia bona: q2 felicitas formałr ꝛ essentialiter pt eẽ sine bonis exteriorib vt sine diuitiis ꝛ ceteris bonis. Alio mõ. intelligit continere ea virtualiter ita q̃ beatitudo excellat oia bona ꝛ sic est vera. C Nota q̃ pħia hic vtit q̃dã figura q̃ dicit epitheton dicẽdo deui error. nullus. n. error est q nõ sit deui. vñ poeta. Fiet epitheton si dicas tristia bella. C Nota cũ mẽs humana nãliter desideret veꝝ bonũ. nunq̃ȝ tendit in falsuȝ bonũ nisi inq̃ũtum ipm estimat eẽ veꝝ bonũ. talis ãt estimatio ẽ deui error. ergo deui error ad falsa abducit

C Quoꝝ quidem alii summũ esse bonũ nihil indigere credẽtes: ut diuitiis affluãt elaborãt Alii vo bonuȝ qd sit dignissimũ veneratione iudicantes adeptis honoribus reuerendi ciuibus suis esse nitũtur. Sũt qui summũ bonũ in summa potentia esse constituant. Hi vel regnare ipsi volunt. vel regnantibus adherere conantur. At quibus optimum quiddam claritas videtur: hi vel belli vel pacis artibus gloriosum nomen propagare festinant. Plurimi vero boni fructum gaudio leticiaqȝ metiuntur. Hi felicissimum putãt voluptate defluere.

C Quoꝝ qdẽ alii summũ bonũ eẽ. Hic pħia põit diuersas opiniones circa felicitatẽ: ostendens quõ hoies p errorem ad falsa bona ducebantur. scdo ostendit q̃ in talibus bõis posuerũt beatitudinẽ. tertio ostendit q̃ nãliter coꝝ intentio tendebat ad verã beatitudinẽ scda ibi. Quibus oibus: tertia ibi. Sed ad hominũ studia. Primo oñdit quõ homines errabãt circa falsa bona statuẽdo in eis finem. secũdo ostendit quõ quidã fines adinuicem pmutabant. tertio alia bõa fortuita reducit ad pdicta. secũda ibi. Sũt etiaȝ. tertia ibi. In his igit. primo dicit. Quoꝝ supple hoiuȝ qui ducũtur ad falsa bona. alii credentes summũ bonũ eẽ nihilo indigere ipsi elaborant ut affluãt. i. habũdent diuitiis ponendo oẽm sufficientiam eẽ in diuitiis ꝛ in hoc errabant. Alii vo summũ bonũ iudicantes qd dignissimum sit veneratiõe. i. honore. tales adeptis honorib nitunt eẽ reuerendi suis ciuibus. putantes in honoribus tpalib verã dignitatẽ consistere: ꝛ in hoc errabant. Sũt alii q summũ bonũ constituãt in summa potẽtia. hi vel ipsi volũt regnare: vel conant adherere regnantibus tanq̃ȝ consiliarii vel familiares eoꝝ. p hoc putãtes se eẽ vere potentes ꝛ in hoc decipiunt. sed qb claritas. i. fama. videt eẽ optimũ bõuȝ illi festinãt propagare. i. dilatare. gloriosum nomẽ. i. pulchram famã artibus. i. studiis. belli sic viri militares. vel artib pacis sicut sapientes mũdi credẽtes se p hoc acqrere gloriã imortalẽ ꝛ decipiunt p hoc. Plurimi vo. i. multi metiũt. i. mẽsurãt fructũ bõi: gaudio ꝛ letitia exteriori hi putãt. i. estimãt. felicissimũ defluere. i. abũdare voluptate. i. delectatione corporali estimantes in hoc consistere veꝝ gaudiũ qd ẽ erroneũ. C Nota qnqȝ sunt in qb errãtes a vero bono posuerũt cõsistere verã felicitatem scȝ diuitie. honores. potestates. gloria. ꝛ voluptates. Quoꝝ sufficiẽtia sic accipit. Cum finis habeat rõnem boni ẽm diuersitatẽ boni diuersificaẽ finis. Est ãt triplex bonum vtile delectabile. ꝛ bonũ honestũ ꝛ illi qui itẽdebãt bono vtili posuerũt felicitatẽ in diuitiis. sed q intendebãt bono delectabili ponebãt voluptates. ꝛ in illis posuerũt finem ꝛ felicitatẽ. qui aũt intendebãt bono honesto isti diuersificabãt: q2 bonũ honestũ ẽ bonũ ẽm rõnẽ. Ratio ãt est duplex: scȝ speculatiua ꝛ practica de bono hõesto qd cõsistit in speculatiõe nõ loqbant isti: q2 tale bonũ ẽ latẽs. ipsi ãt posuerũt felicitatẽ in bono hõesto qd ẽ bonũ ratiõis practice. tale ergo bonũ vel cõsistit in opinione hominũ. ꝛ sic ẽ gloria. vel cõsistit i exercitio actus realis. ꝛ hoc ẽ dupliciter. vel eni cõsistit. in exercitio pprii actus circa alios: ꝛ sic ẽptãs vł ɔsistit i exercitiõ act alioꝝ circa se. ꝛ sic ẽ honor

C Sunt ẽt q horũ fines causasqȝ alterutro permutãt: ut qui diuitias ob potentiaȝ voluptatesqȝ desiderãt. vel qui potentiam seu pecunie causa. seu proferendi nominis petunt.

C Sunt etiã q horũ fines. In ista pte oñdit q̃õ qdam istorũ fines iã dictos pmutabãt. ꝛ dicit. Sũt ẽt aliq q fines. qȝ p ꝛ cãs finales pmutãt alterutro. i. adiuicẽ desiderãtes vnũ pp alteꝝ. nam quidã desiderãt diuitias ꝛ voluptates

ob.i.pp potētiā.⁊ sūt alii qui; potentiā petūt.i.desiderant causa.pecunie.i.pp diuitias.vel causa pferendi.nois .i. causa dilatationis fame. ¶ Nota fm Aristote.3.ethico. Qualis vnusquisqȝ est talis finis videtur ei.fm ergo di uersam dispositionem hominū diuersi fines eligunt. Il lud autē eligit pp aliquē finem p qd qs videt posse conse q illū finē.cum igit ponentes finē esse diuitias magis pu tabāt se diuitias consequi p potentiam.ipsi appetebāt po tentiā pp diuitias.⁊ ecōuerso quib⁹ videbāt se posse conse q potentiā p diuitias.ipsi appetebant diuitias pp potētiā ⁊ sic posuerūt permutationē finium istorū adinuicem.

¶ In his igit ceterisqȝ talibus humanorū actuū votorumqȝ versat intentio: veluti nobilitas fauor qȝ popularis: que vident quandā claritudinē cō parare. Uxor ac liberi que iocūditatis gratia pe tunt. Amicoꝝ vo qd sanctissimū qdē genus est: nō in fortuna ſȝ in virtute numerat. Reliquū vo vel potentie cā: vel delectationis assumit. Jam vo corporis bona promptū est ut ad superiora refe rantur. Robur eni magnitudoqȝ vident presta re valētiam: pulchritudo atqȝ velocitas celebrita tem: salubritas voluptatem.

¶ In his igit ceterisqȝ ta. Hic pbia reducit oīa bōa fortu ne in quib⁹ ponunt homines felicitatē in predicta quinqȝ ⁊ dicit. In his igit quinqȝ bonis.qȝ p et. ceteris talib⁹ .s.reducibilib⁹ ad predicta.versatur intētio actuū hūano rūȝ ⁊ votorū.i.desideriorū.⁊ māifestat exēplariter q alia reducant ad ipsa dicens.veluti nobilitas.qȝ p ⁊.fauor po pularis que vident cōpare quandā claritatē.i.gloriam. ideo sup.reducūtur ad gloriā.vxor autē ⁊ liberi.i.filii sūt qui petunt gratia iocūditatis.i.causa voluptatis.ideo ad voluptatē reducunt.sed sanctissimū genus amicoꝝ nō nu merat inter bona fortune ſȝ numerat in virtute. Reliquū vero qd cadit sub exteriori fortuna illud assumit vel causa potētie.sicut est administratio officioꝝ.vel assumit causa delectationis.sic exercitiū ludorū.sed bona corpis pmp tū est ut referant.idest.reducant etiā ad superiora bōa.qȝ robur.qȝ p ⁊. magnitudo que ē signū fortitudinis corpa lis.vident prestare valentiā.idest potentiā.⁊ sic ad poten tiā reducunt.sic pulchritudo ⁊ velocitas vident prestare celebritatē.i.gloriā ad quā reducunt.salubritas autē.i. sanitas.videt conferre voluptatē ad quā reducit.⁊ sic om nia bona fortune reducunt ad pdicta quiqȝ. ¶ Nota in digentia alicuius boni auget desideriū illius boni.iō fm variā indigentiā hominū variat coꝝ desideriū.vn aristot. i.ethi.dicit q egrotās sanitatē: medicus diuitias: cōscii autē sibiipsis ignorātie eos q magnū aliquod habēt supra se admirātur.fm ergo diuersā dispositionē hominū felici tas pōebāt in diuersis bonis fortūe.que tamē sub pdictis bonis quinqȝ comprehendunt. ¶ Nota licet amici affe rant iocunditatē tamē non sunt cōputandi inter bona for tune.cum eni amicitia sit virtus.oȝ q amici virtute acqui rātur.qd aūt virtute acqrit p virtutē conseruat:⁊ tale nō pōt esse bonū fortuitū. ¶ Itē amicitia fundata sup bono honesto est sanctissima: ⁊ in virtute numerat. sed amicitia fundata super bono vtili ⁊ delectabili fortuita est.

¶ Quibus oib⁹ solā beatitudinē desiderare liqt. Nā qd quisqȝ preceteris petit id summū eē indi cat bonū. Sȝ summū bonū beatitudinē eē diffi nim⁹ q̄re beatū iudicat eē statū quē preceteris qs qȝ desiderat. hēs igit āte oculos ppositā fere for mā felicitatis hūane: opes: honores: potētiā: glo riā: voluptates. Que qdē sola əsiderās epicur⁹ əsequēter sibi sūmū bonū voluptatē eē əstituit q cetera oia iocūditatē animo videant afferre.

¶ Quib⁹ oibus solā beatitudinē. In ista pte probat pbia q omnes pdicti querebāt beatitudinē.in his bonis.⁊ dic Omnib⁹ desiderātibus pdicta bona liquet.i.manifestū ē. ipsos desiderare beatitudinē: nā illud bonū qd qsqȝ petit i. desiderat pre ceteris.illud iudicat esse sūmū bonū: ſȝ nos diffinim⁹ summū bonū esse beatitudinē quare statū illū quē qsqȝ desiderat p ceteris iudicat esse statū btū.i.btitu dinem. Et tūc recolligit bona false felicitatis dicens.ha bes ante oculos tuos propositā formā humane felicita tis.s.opes: honores.potentia gloria voluptates.q conside rans epicurus cōstituit voluptatē ei⁹ summū bonū.eo q oia cetera vident afferre.i.dare.anio.iocunditatē. ¶ No ta q oēs appetētes pdicta bōa appetebant beatitudinē.nā qcqd aliqs eligit p aliis hoc videt sibi eē summū bonū.ſȝ aliqs preceteris eligit diuitias.ergo diuitie videbant sibi summū bonū.aliqs honores.⁊ sic de aliis.ergo oēs predi cti appetebāt beatitudinē. ¶ Nota q pdicta bōa videntur cōferre aliquā iocūditatē.oia vident eē ordinata ad iocū ditatē tanqȝ ad finē.⁊ qȝ in voluptatib⁹ ē maxie iocūditas ideo epicuri posuerūt felicitatē consistere in voluptatibus

¶ Sed ad hoim studia reuertor quoruȝ animus ⁊ si caligante memoria: tū bonum summū repe tit: sed velut ebrius domum quo tramite reuer tatur ignorat.

¶ Sed ad hominū studia reuertor. Hic ostēdit pbia q licꝫ hoēs in predicto mō errent.tn̄ eoꝝ intentio semp fert ad verā beatitudinē.secūdo ostēdit vnde hoc pueniat.ibi In quo quanta sit. Primo pmittit intentū suū.secūdo decla rat ibi. Nam eni. Primo dicit. Ego reuertor ad studia idest ad intentiones hominū quoꝝ anim⁹: etsi pro qȝuis memoria caligāte.i.obscurata sup.desiderio pfetū bono rū tn̄ semp repetit p nālē inclinationē summū bonum sed ignorat quō illud repetat velut ebri⁹ q ignorat quo trami te.i.q via reuertat domū. ¶ Nota sicut ebrius scit se habe re domū.sed propter defectū rationis nescit quō ad eā re deat.sic homines aliquo mō in generali sciūt ⁊ cognoscūt summū bonū et naturaliter inclinant ad illud tanqȝ ad principiū a quo processerūt sed inebriati amore tempaliū bonoꝝ nesciūt quō ad id peruēiant.

¶ Nū eni vident errare hi q nihilo indigere nitū tur: At q nō ē aliud qd eque pficere beatitudineȝ possit: q copiosus bonoꝝ oiȝ status nec alieni egēs ſȝ sibiipse sufficiēs: Nū vo labuntur hi qui qd sit optimū id ēt reuerētie cultu dignissimū putāt: mi nime Neqȝ eni vile quiddā cōtēnendūqȝ ē quod adipisci oiȝ fere mortaliū laborat itētio. An in bo nis nō ē numerāda potētia: Quid igit. Nū ibecil lū ac sine virib⁹ estimādū ē qd oibus reb⁹ cōstat eē prestātius. An claritudo nihili pēdēda ē: Sȝ seqstrari nequit quin oē qd excellētissimū sit: id ēt videat clarissimū. Nā nō eē anxiā tristēqȝ beati tudinē.nec doloribus molestiisqȝ subiectā: qūid attinet dicere: quando minimis quoqȝ rebus id appetit qd hēre fruiqȝ delectet. Atqui hec sunt q adipisci hoies volunt: eaqȝ de causa diuitias: di gnitates: regna: gloriā: voluptatesqȝ desiderant q per hec sibi sufficientiam: reuerentiam: poten tiam: celebritatē: leticiā credunt eē venturaȝ Bo num ē igit q tam diuersis studiis hoies petunt.

¶ Num eni vident errare hi. Hic declarat intentū suū scȝ q omnes querentes pdicta bona querebāt aliqd qd pro prie puenit

pile conuenit, summo bono. ⁊ primo ostendit hoc de diuitiis dicens. Num ꝓ nunquid. isti videntur errare p intentionem a summo bono qui nituntur nihilo indigere ratione cuius querebant diuitias. q. d. non errant a summo bono: quia nihilo indigere marime spectat ad summum a bonum. vnde dicit Atqui ꝓ certe. non est aliud quod eque possit perficere beatitudinem quam status copiosus omnium bonorum: nec alieni egens sed sibiipse sufficiens Tunc ostendit idem de honoribus dicens. Num vo labuntur supple ad intentionem summi boni. q illud quod sit optimum putant id etiam esse dignissimum cultu reuerentie. i. honoris. ⁊ respondet. minime supple labuntur. neque enim est vile ⁊ contemnendum quod intentio omnium mortalium laborat adipisci. ⁊ sic querentes honorem querebant aliquid quod est in summo bono: eo quod summum bonum est honorabilissimum. Tunc ostendit idem de potentia dicens. An pro nunquid. in bonis. i. inter bona. non est numeranda potentia. q. d. sic. Quid igitur est dicendum nisi quod querentes potentiam etiam tendunt ad summum bonum. cum summum bonum sit potentissimum. non enim istud est estimandum imbecillum ⁊ sine viribus. i. sine potentia. quod constat esse prestantius. i. potentius omnibus rebus. Tunc ostendit idem de gloria dicens. An claritudo. i. gloria est nihili pendenda ita vt querentes gloriam non tendant ad summum bonum. q. d. non est nihili pendenda sed negat. i. non potest sequestrari. i. negari. quin omne quod sit excellentissimum illud etiam videatur esse clarissimum. i. gloriosissimum. Tunc ostendit idem de voluptate dicens. Quid attinet dicere. q. d. de se manifestum est beatitudinem esse non anriam ⁊ tristem: nec subiectam doloribus ⁊ molestiis. sed supple magis est plena voluptate. ⁊ iocunditate ⁊ per consequens querentes voluptatem ⁊ leticiam tendunt ad summum bonum. quod autem iocunditas ⁊ voluptas includatur in bono summo. probatur per locum a minori dicens. Quando in minimis rebus. s. appetendis patet: quod aliquid appetitur quod delectat habere ⁊ ipso frui Hec igitur sunt que homines volunt adipisci. ⁊ ea de causa desiderant. i. cupiunt vel querunt diuitias dignitates. regna gloriam. ⁊ voluptates. quia per hec credunt sibi esse venturam sufficientiam: reuerentiam: potentiam: celebritatem ⁊ leticiam. bonum igitur est quod homines petunt diuersis studiis. i. intentionibus.

¶ Nota quod ex tota littera potest formari vna ratio. s. quod querentes predicta bona querunt beatitudinem. Ratio est ista. Illi tendunt ad beatitudinem qui tendunt ad sufficientiam. reuerentiam. potentiam. celebritatem ⁊ letitiam. sed appetentes predicta bona. s. diuitias dignitates. regna. gloriam ⁊ voluptates: tendunt ad sufficientiam: reuerentiam. ⁊ sic de aliis. ergo tendunt ad beatitudinem. Maior est nota. quia sufficientia reuerentia sunt conditiones beatitudinis. que perfectissime replentur in beatitudine. Querentes ergo proprietates beatitudinis tendunt ad beatitudinem. minor patet ex littera. ¶ Nota quod querentes diuitias propter sufficientiam ferebantur in summum bonum naturali appetitu. quia in summo bono est vera sufficientia ⁊ in hoc non errabant. sed quia sufficientiam que nullius indigentie: putabant sibi prouenire per diuitias in hoc errabant. Similiter querentes dignitates propter reuerentiam naturali intentione ferebantur in beatitudinem. eo quod beatitudo est reuerendissima sed quia summam reuerentiam putabant sibi subuenire per dignitates temporales. ideo in hoc errabant ⁊ sic intelligitur de aliis.

¶ In quo quanta sit nature vis facile monstratur. cum licet varie dissidentesque sententie: tamen in diligendo boni finem consentiunt.

¶ In quo quanta sit nature vis. Hic ostendit philosophia vnum hoc prouenire quod quantumcumque intentio hominum sit diuersa. tamen intendit in beatitudinem. ⁊ ostendit quod hoc prouenit ex vi naturalis inclinationis que nulli auferri potest. ⁊ dicit. In quo. s. appetitu boni vel beatitudinis facile monstratur quanta sit vis nature cum licet sint varie ⁊ dissidentes. i. discordantes sententie hominum de summo bono tamen homines consentiunt. i. concordant in diligendo. i. diligenter appetendo finem boni. i. beatitudinem. ¶ Nota quod fine existente vno potest diuersificari actiones tendentes in illum finem. si. n. propter diuersitatem actionum esset diuersitas finium non esset euenire ad vnum finem: sed procederetur in infinitum in finibus. quod patet falsum ex secundo metaphisice. ⁊ hoc est verum de fine cuius gratia omnia fiunt quod ille est vnus ⁊ non de fine quo vt prius visum est licet ergo sint diuerse sententie ⁊ studia hominum. tamen conueniunt in appetendo vnum finem. s. beatitudinem.



¶ Metrum secundum libri tertii.

Quantas rerum flectat habenas
Natura potens quibus immensum
Legibus orbem prouida seruet.
Stringatque rigans irresoluto
Singula neru: placet arguto
Fidibus lentis promere cantu.



¶ Metrum secundum tertii libri.

Quantas rex flectat habenas. Hic incipit secundum metrum huius tertii. quod dicitur pindaricum ab inuentore. anapesticum a pede predominante ⁊ est dimetrum. quia constat ex quattuor pedibus quorum duo constituunt vnum metrum. in quo metro quia philosophia supra dixerat quod vis nature operatur. quod intentio hominum semper tendit in bonum. ideo hic commendat vi nature ostendens. quod tanta est vis nature quod quantumcumque res abducatur assuefactione vel violentia ad aliquid quod est sibi preter naturam. tamen sibiipsi derelicta semper redit ad illud quod iest sibi secundum naturam. ⁊ premittit suam intentionem. secundo manifestat propositum ibi. Quamuis. primo dicit. Mihi placet hic promere. i. manifestare. cantu arguto. i. sonoro. lentis fidibus. idest cordis lente sonantibus quantas habenas. i. naturales inclinationes potens natura flectat. i. regat. quibus legibus prouida natura seruat. i. conseruat imensum orbem ⁊ quibus legibus natura stringat ligans singula irresoluto neru. i. coniunctione indissolubili. ¶ Nota triplex est natura. natura naturans: naturans sicut est deus a quo dependet celum ⁊ tota natura. Alia est natura naturans ⁊ natura simul. sicut celum quod dicitur natura naturata inquantum dependet a deo. ⁊ dicitur natura naturans inquantum influit naturis istorum inferiorum. Alia est natura naturata tantum. quam boetius aug. sic diffinit. Natura est quedam vis ⁊ potentia diuinitus insita rebus creatis que vnicuique rei suum esse tribuit: que cum quisque male vtitur malus esse iudicatur. In proposito dictum philosophie potest intelligi de natura tertio modo dicta. licet quidam exponant pro natura primo modo sumpta. ¶ Item leges nature hic vocat determinationes ⁊ proprietates naturales cuiuslibet rei a deo sibi constitutas.

¶ Quamuis peni pulchra leones
Vincula gestent: manibusque datas
Captent escas: metuantque trucem
Soliti verbera ferre magistrum.
Si cruor horrida tinxerit ora.
Resides olim redeunt animi.
Fremituque graui meminere sui:
Laxant nodis colla solutis.
Primusque lacer dente cruento
Domitor: rabidas imbuit iras.

¶ Quamuis peni pulchra leones. Hic philosophia manifestat propositum per quattuor exempla. secundo generaliter concludit similiter esse in omnibus aliis ibi. Repetunt. Prima in quattuor partes secundum quattuor exempla que patebunt. Primum exemplum est de quadrupedibus sicut de leonibus quod licet ex quadam assuefactione domentur. ita vt mitescant metuendo suum magistrum. tamen si multum offendantur redit eorum crudelitas naturalis. ita vt primo lacerent dentibus magistrum suum. Unde dicit in littera Quamuis leones peni. i. libici. gestent. i. portent pulchra vincula idest catheas in collo. ⁊ captent. i. recipiant. escas datas. i. porrectas eis manibus sui magistri. ⁊ quamuis metuant trucem. idest crudelem magistrum leones idest soliti ferre. i. pati verbera magistri. idest si cruor tinxerit. i. madidauerit. horrida ora. idest colla leonum per nimia verbera. tunc animi leonum resides. i. getti redeunt ad naturalem crudelitatem ⁊ leones meminere sui. i. nature. graui fremitu. i. magno rugitu. ipsi laxant. i. soluunt colla solutis nodis. i. ruptis vinculis. ⁊ primus solus domitor. s. magister. ille imbuit. i. recipit lacer. i. laceratus. rabidas iras cruento dente. s. leonis. ¶ Nota secundum Isid. lib. ethimo. peni sunt homines carthaginenses. Est autem carthago ciuitas libie: propter quod leones libie vocat leones peni. ⁊ huiusmodi leones li-

bie facilius domant. ¶ Nota quantumcunqz leões domētur ⁊ assuefactiōe ducant a sua crudelitate. ſi tñ afficiant cruore vel ſanguine redeunt ad naturalē crudelitatem.

¶ Que canit altis garrula ramis
Ales cauee clauditur antro.
Huic licet illita pocula melle:
Largasqz dapes dulci studio
Ludens hominum cura ministret:
Si tamen arto saliens tecto.
Nemorum gratas viderit vmbras:
Sparsas pedibus proterit escas.
Siluas tantum mesta requirit.
Siluas dulci voce susurrat.

¶ Que canit altis garrula ramis. Hic ponit ſm exemplum qḋ ē de volatilib⁹: ⁊ ē tale. Auicula capta q̄ p̄ter naturā domesticat quātūcūqz foueat delitiis hoīz. tñ bita oportunitate redit ad siluestritatē. vñ dicit in lr̄a. Ales garrula q̄ canit altis ramis ſi illa capta claudit in antro cauee. i. domūcule. ſup. vt ibi maneat ad ſolatiū hoīuz: licet ludēs cura hoīuz ministret huic aui pocula illita. i. illinita melle qz pro ⁊ largas dapes ministret dulci studio ſi tñ illa auis saliens ex arto tecto. i. ex arta domūcula. viderit gratas vmbras nemoz. ipa pterit pedib⁹ ſuis escas ſparsas ⁊ ipa mesta qz fuit detēta. reqrit siluas: ⁊ dulci voce susurrat. i. cātat in siluis. ¶ Nota natura non assuescit in ɔ̄riū. ſi. n. lapis centies millesies pīciat ſursum. nō assuescit ascendere ſursum. licet ergo aliq̄ consuetudine vel violētia natura possit ad tps impediri. tñ ſp inclinat ad propriū opus

¶ Validis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen.
Hanc ſi curuans dextera remisit.
Recto spectat vertice celum.

¶ Validis quondā virib⁹ acta. Hic ponit tertiū exēplū de vegetabilib⁹ sicut de virga crescēte qḋ tale est. ʒ virgula creata p violētiā incuruet. tñ relicta ꝓpriē nature ipa sursum erigit. vñ dicit i lr̄a. Virga quodā acta. i. coacta. validis virib⁹ ſup. hoīs icuruātis cā. ipsa flectit pronū cacumē. ʒ ſi dextra curuās remisit hāc. ipsa spectat. i. respicit celū recto vertice. q. d. deposita violētia icuruātis virga tēdit ad naturalē rectitudinē. ¶ Nota ʒ natura rex iaiatax ñ facile assuescat in ɔ̄riū tñ in hoīb⁹ rōnalib⁹ multū facit assuescēdo vel ɔsuescēdo. qz ʒ aliqs sit male ɔplexionatus tñ p vsum ⁊ cōsuetudinē habilitat ⁊ cōplexio mutat Unde Seneca. Consuetudo est altera natura.

¶ Cadit hesperias phebus in vndas
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos vertit ad ortus

¶ Cadit hespias pheb⁹ in vndas. Hic pħia probat intentū ſuū ponēdo q̄rtū exēplū i corpib⁹ celestib⁹ ⁊ ē tale. sol mot⁹ ab oriēte in occidētē cadit i mare hespicū: ʒ naturali iclīatiōe redit ad oriētē sub nr̄o hemispio. Vñ dicit i lr̄a Pheb⁹. i. sol cadit i vndas hespias. i. occidentales. ʒ secreto tramite. i. secreta via. s. sub terris. rursus. i. iteꝝ. vtit currū idē cursū ſuū ad solitos ort⁹. i. ad ptes oriētales.
¶ Nota qꝛ boeti⁹ hic loquit more poetaꝝ. q dicebāt solē tpe vespīo dscēdere i mare occidētale vt ibi lauaret a sordib⁹ ⁊ puluere quo maculat⁹ fuit exñs in nostro hemisperio ʒ hoc non est veꝝ qꝛ sic apparet ruditati hoīum.

¶ Repetunt proprios queqz recursus
Redituqz suo singula gaudent.
Nec manet vlli traditus ordo.
Nisi quod fini iunxerit ortum.
Stabilemqz sui fecerit orbem.

¶ Repetūt ꝓprios q̄qz recursus. Hic pħia ɔcludit idez eē i oīb⁹ aliis entib⁹. vʒ qꝛ oīa entia q̄cūqz mō p violētiā seu assuefactiōez a sua abducāt natura: tñ sibi derelicta ſp redeūt ad illud qḋ inest eis p naturā. vñ dic in lr̄a. Queqz idē q̄lībʒ etiā repetūt proprios recursus. i. naturales motus. ⁊ singula. i. oīa entia. gaudet suo reditu. ſup. redeūdo ad illud. ſup. quod ɔuenit eis ſm naturā. Nec vlli manet idē adest tradit⁹ ordo nisi quod ſuo fini iūxerit ortū. i. pricipiū. ⁊ fecerit stabilē orbē. i. circulatōnē sui ɔiūgēdo finē pricipio. ¶ Nota qꝛ orbis i proposito ē circul⁹ vel lica circūducta rediēs ad idē pūctū. vñ icepit eq̄liter distās a medio. facit ār hō stabilē sui orbē procedēs a dō tanq̄ a suo pricipio: trāsit p tpalia in quib⁹ nō sistit. ſed redit ad deū tāq̄ ad suum finem per cōtēplatiōnē mentis.

¶ Prosa tertia libri tertii.

Vos quoqz o terrea aīalia tenui ʒ imagine vr̄m tñ pricipiū ſōniatis: verūqz illū btitudīs finē: ʒ mime pſpicaci: qualicūqz tñ cogitatiōe ꝓspicitis: eoqz vos ⁊ ad verū bonū nāl' ducit itentio: ⁊ ab eodē multiplex error abducit. cōsidera nāqz an p ea qb⁹ se hoīes adepturos btitudinē putāt: ad destiatū finē valeāt puēire. Si. n. vel pecūia vel honores ceteraqz tale gd afferāt. cui nihil bonoꝝ abeē videat: nos quoqz fateamur fieri aliquos hoꝝ adeptiōe felices. Nō ſi neqz id valēt efficere qḋ ꝓmittūt: bonisqz plurib⁹ carēt: nōne liqdo falsa i eis beatitudinis species deprehenditur.

¶ Prosa tertia tertii libri.
Vos q̄z o terrena aīalia. Ista ē tertia ꝓsa h⁹ tertii: in q̄ ⁊ in aliis seq̄ntib⁹ ōndit qꝛ vera felicitas nō ɔsistit i ill' q̄ qdā putauerūt eē sūma bōa. ʒ tñ ē falsa felicitas i ipis. ⁊ prio pħia ea q̄ dicta sūt i metro adaptat spālr ad hoīes. ⁊ cū hʒ propōit intētum suū. secūdo ꝓbat itētū ibi. Primū igit. Dicit prio dictū ē qꝛ oīa repetūt suū finē vos qʒ o terrena aīalia. i. vos homines q estis traditi terreis. sōniatis. i. ipfecte cognoscitis vr̄m pricipiū. ʒ tenui imagine. i. exili similitudine. ⁊ ꝓspicitis illū veꝝ finē btitudinis ʒ cognitiōe minime pſpicaci. tñ q̄licūqz cognitiōe eoqz. i. iō natural' intētio ducit vos ad verū bonū. ⁊ mltiplex error ab eodē vos abducit. ⁊ tūc ꝓpōit intētū suū dicēs. Considera nāqz o boeti an hoīes valeāt puēire ad destinatū finē. i. ad btitudinē. p ea quib⁹ putāt se adepturos btitudinē. Si. n. pecunia vel honores ceteraqz afferūt. gd. i. aliqd tl'e. cui nihil bonoꝝ videat abesse. nos fateamur aliquos fieri felices adeptiōe hoꝝ bonoꝝ: ʒ ſi ñ valēt efficere. i. facere qḋ ꝓmittūt. ⁊ carēt plībus bonis. nōne liqdo. i. manifeste falsa spēs btitudīs in his dephēdit. q. d. sic ¶ Nota pricipiū oīm reꝝ qḋ ē de⁹ ē vera btitudo vt postea patebit. tale pricipiū q̄si somniando cognoscit ⁊ difficulter ad ipm deuenit. nō. n. pfecte i pn̄ti statu ipm cognoscim⁹: qꝛ itellect⁹ nr̄ hʒ se ad ipm sicut ocul⁹ noctue ad lumē solis. ex secūdo metaphisice: Etiam ad talē btitudinē cū difficultate puenit. vñ alan⁹ in anticlaudiāo dicit. Difficil' accessus ad hāc facilisqz recessus. Accessus paucis casus pʒ oīb⁹. In quā vir aliqs transire pōt. Valet oīs ab illa declinare via. q̄ paucis puia multis claudit arta. nimis itrāti largo ruine.

¶ Primū igit teꝑm q pauloañ diuitiis affluebas iterrogo inter illas habūdantissimas opes. nunq̄ne aīm tuū ɔcepta ex qualibet iniuria cōfudit anxietas. B. Atqꝫ inq̄ tā libero me fuisse aio qn aliqd ſp angeret reminisci neqō. P. nōne qꝛ vel aberat qḋ abeē non velles: vel aderat qḋ adesse noluisses. B. Ita est inquam. P. Illius igitur

igit̃ p̄ñtiã huius absentiã desiderabas. B. cõfiteor inq̃. P. Eget ṽo inq̃t eo qđ q̄sq; desiderat B. Eget inq̃. P. Qui ṽo eget aliquo nõ ẽ vsq;quaq; sibiipse sufficiẽs. B. mĩme iq̃. P. Tu itaq; hãc insufficientiã plenus inq̃t opibus sustinebas. B. Quidni inquã. P. Opes igitur nihilo indigentem sufficiẽtẽq; sibi facere nequeũt ⁊ hoc erat quod promittere videbantur.

¶ Primũ igit̃ teip̄m. Hic p̄hia probat intẽtũ suũ ꝙ ista bona nõ efficiãt quod ꝓmittũt. ⁊ ꝑ ꝯñs in eis ẽ falsa btitudo. ⁊ p̄rio oñdit hoc de diuitiis. p̄ idẽ de aliis bonis. p̄rio ergo ꝓbat ꝙ diuitie nõ ꝯferũt sufficiẽtiã quã vident̃ promittere. ⁊ ꝓpter quã appetũt̃. Scđo ꝓbat ꝙ diuitie cõferũt indigẽtiã. tertio ꝓbat ꝙ idigẽtiã nõ auferũt. secũda ibi. Atq̃ tertia ibi: Quis aũt modꝯ. P̄rio ĩtẽdit talẽ rõnẽ In illis nõ cõsistit vera felicitas. q̄ nõ reddũt hoiem sibi sufficiẽtẽ s; diuitie sũt hmõi. ergo ⁊c. maior ẽ nota. q̄r felicitas est bonũ sufficiẽtissimũ nulliꝯ egẽs. minorẽ declarat ĩ lr̃a ⁊ ꝓcedit p̄hia more didascolico. i. interrogãdo ⁊ rñdẽdo ⁊ dicit sic. Primũ igit̃ teip̄m boetiũ iterrogo q̄ pauloañ diuitiis affluebas. i. habũdabas. nũq̃; ne anxietas. i. tristitia cõcepta ex q̄lib; iiuria ꝯfudit aiũ tuũ iter opes habũdãtissimas ⁊ rñdet boetiꝯ. Atq̃ ꝓ certo. ego neq̃o remisci me fuisse tã libero aĩo. q̄n sꝑ angerer. i. offẽderer aliquo. Et dic̃ p̄hia. Nõne tibi aliq̄d aberat. qđ abeẽ nõ velles vl' tibi aliq̄d aderat quod adeẽ noluisses. Rñdet boe. Ita ẽ iq̃. Tũc p̄hia cõcludit dicẽs. Iõ illiꝯ qđ aberat presentiã ꝺsiderabas: hꝯ ãt qđ aderat desiderabas abñtiã. dicit boe. Cõfiteor iq̃; p̄hia inq̃t. Eget ṽo. i. caret quod q̄sq; desiderat. Dic̃ boe. Eget. ⁊ p̄hia. Qui ṽo eget aliquo ñ ẽ vsq;q̃q; sibi sufficiẽs. Dicit boe. Minime sup. ẽ sufficiẽt ⁊ p̄hia. Tu itaq; hãc isufficiẽtiã sustiebas plenꝯ opibꝯ cõcludit ergo p̄hia ex ꝯcessis dicẽs. igit̃ opes neq̃unt facere nihilo idigẽtẽ ⁊ sibi sufficiẽtẽ: ⁊ h̄ erat ꝙ ꝓmittere videbãtur. ¶ Nota ꝙ ois appetitꝯ ẽ rõne carẽtie. vñ illđ ꝙ q̄s h; ꝓprie nõ desiderat. s; magis amat. vñ aug. 9. li. de trini. dic̃. Idẽ appetitꝯ q̄ q̄s inhiat rei cognoscende fit amor rei cognite. Iõ dic̃ p̄hia. eget ṽo ꝙ q̄sq; desiderat. ¶ Nota p̄hia dicit. q̄ eget ñ ẽ sibi sufficiens. Cõtra hoc diceret aliq̄s. sapiẽs eget: q̄r idiget bonis exterioribꝯ sine q̄bꝯ viuere ñ p̄t. ⁊ tñ sapiẽs ẽ sibi sufficiẽs ꝑ senecã. 9. ep̄la. q̄ dic̃. sapiẽs seip̄o ꝯtẽtꝯ ẽ. Ad h̄ dicẽdũ ꝙ sapiẽs idiget q̄busdã ad viuẽdũ: s; ad btẽ viuẽdũ seip̄o ꝯtẽtꝯ est. Vñ dicit señ. 9. epistola. Sapiẽs seip̄o ꝯtẽtꝯ ẽ ad btẽ viuẽdũ s; nõ ad viuẽdũ. ad viuẽdũ. n. m̄ltis rebꝯ illi opꝯ ẽ. s; ad btẽ viuẽdũ tm̃ cõtẽtus ẽ aĩo sano, ⁊ erecto ⁊ despiciẽte fortunam.

¶ Atq̃ hoc quoq; maxie cõsiderandũ puto: ꝙ nihil habeat suapte natura pecuniã: vt is a quibus possidet̃ inuitis neq̃at auferri. B. Fateor inquã P. Quid ni fateare cũ eã quotidie valentior aliquis eripiat iuito. Vñ. n. forẽses q̄rimõie: nisi ꝙ vel vi vel fraude a nolẽtibus pecunie repetũt̃ erepte. B. Ita ẽ iquã. P. Egebit igit̃ iquit extrisecus petito presidio quo suã pecuniã quisq; tueat̃. B. Quis id iquã neget. P. Atq̃ui ñ egeret eo nisi possideret pecuniã quam possit amittere. B. Dubitari inquã nequit. P: In cõtrariũ igit̃ relapsa res ẽ: Nã q̄ sufficiẽtes sibi facere putabãt opes: alieno potius presidio faciunt indigentes.

¶ Atq̃ hoc q̄q;. Hic ꝓbat p̄hia ꝙ diuitie ꝯferũt idigẽtiã ⁊ ꝑ ꝯñs nõ ꝯsistit ĩ eis felicitas. cũ felicitas sit bonũ sine oĩ indigẽtia. ꝓbat ãt ĩ lr̃a ꝙ pecunia ꝯfert idigẽtiã ꝑ hoc. q̄r pecunia facit vt hõ idigeat alieno p̄sidio. quo pecuniã suã tueat̃ ne ꝑ violẽtiã auferat̃. vñ subdit ĩ lr̃a. Atq̃ ꝓ certo. ego puto hoc maxime ꝯsiderãdũ ꝙ pecũia nihil hẽat suapte nã. i. in sua nã. vt neq̃at auferri his iuitis. i. nolẽtibꝯ a q̄bꝯ possidet̃. Dic̃ boe. Fateor inq̃;. Et p̄hia q̄dni fateare q. d. oꝫ vt fatearis. cũ quotidie aliq̄s valẽtior. i. fortior. eripiat eã iuito. i. nolẽti. vñ. n. sũt q̄rimonie forẽses. i. iudiciales. nisi ꝙ pecunie erepte vi vel fraude repetũt̃ ĩ iudicio. rñt bo. Ita ẽ iq̃;. ⁊ p̄hia. Egebit igit̃ q̄sq; p̄sidio. i. auxilio extrisecꝯ petito q̄ tueat̃ suã pecuniã quã posset amittere. Rñt boe. dubitari neq̃t. Tũc p̄hia ꝯcludit ex dictis. dicẽs. Igit̃ res ẽ relapsa. i. mutata in ꝯ̃riũ. Nã opes q̄ putabantur sibi facere sufficiẽtes: faciũt potiꝯ idigẽtes alieno p̄sidio. ¶ Nota illđ ꝙ ꝑ violẽtiã acq̄rit̃ ꝑ violẽtiã p̄t auferri. s; pecũia ꝑ violẽtiã acq̄rit̃: q̄r dic̃ aris. i. ethi. ꝙ ois pecũiosus ẽ violẽtꝯ. g°. violẽt̃ aufert pecuniã ꝑꝑ q̄; violẽtiã fiunt querimonie forenses. Vbi sciendũ ꝙ forum ẽ locus rerum venaliũ. s; forꝯ ẽ locꝯ exercendarum litiũ corã iudicio. Inde forẽs: ꝙ idẽ ẽ qđ iudicialis.

¶ Quis ãt modus ẽ quo pellat̃ diuitiis indigẽtia Nũ. n. diuites esurire neq̃unt. Nũ sitire nõ p̄ñt Nũ frigus hibernũ pecuniosorum mẽbra nõ sentiũt. Sz adest inq̃iẽs opulentis quo famẽ satiẽt siti frigusq; depellãt. s; hoc mõ cõsolari quidem diuitiis idigẽtia p̄t: s; auferri penitus nõ p̄t. Nã si hec hiãs sꝑ atq; aliquid poscẽs opibus explet̃: maneat necesse est q̄ possit expleri. Taceo ꝙ nature minimum: ꝙ auaritie nihil satis est. Quare si opes nec summouere indigẽtiã p̄ñt ⁊ ipse suaz faciũt. q̄cq̃d est ꝙ eas sufficientiã p̄stare credatis.

¶ Quis aũt modus ẽ. Hic p̄hia ꝓbat ꝙ diuitie nõ auferũt indigẽtiã ⁊ sic ꝑ ꝯñs nõ ꝯsistit ĩ eis felicitas. ⁊ dicit q̄s est modꝯ quo idigẽtia pellat̃ diuitiis: nũq̄d diuites neq̃ũt esurire. q. d. sic. Nũq̄d ñ p̄ñt sitire. q. d. imo. nũq̄d mẽbra pecuniosorum nõ sentiũt frigꝯ hibernũ. i. hiemale. q. d. sic. s; tuinges. i. dices. opulẽtis. i. diuitibꝯ adẽ. aliq̄d quo famẽ satiẽt. siti q; ꝓ ⁊ frigꝯ depellant. Rñdet p̄hia. hoc mõ idigẽtia p̄t ꝯsolari diuitiis: sed penitus auferri nõ p̄t. Nã si hec. s. idigẽtia. semꝑ hiãs. i. ꝺsiderãs ⁊ poscẽs aliq̄d expletur opibꝯ. Necesse ẽ tñ vt maneat idigẽtia q̄ possit expleri q̄r q̄;tũcũq; sitis diuitiis vel fames mitiget̃. adhuc diues post sitiet ⁊ esuriet. ⁊ qđ nature minimũ ẽ auaritie nihil satis ẽ: q̄re si opes nõ p̄ñt ibidẽ summouere. i. repellere idigẽtiã s; faciũt idigẽtiã. qđ ẽ. id ẽ q̄uo cẽ põt. ꝙ credatis eas p̄stare. i. dare sufficiẽtiã. q. d. nullo mõ dꝫ credi. ¶ Nota ꝙ ois idigẽtia vel ẽ idigẽtia nature vel auaritie. Indigentia nãe paucissimis suppleri põt eo ꝙ natura paucis minimisq; cõtẽta ẽ. Vñ ꝓpter nãz ñ oꝫ multũ q̄rere diuitias nec ꝑ diuitias idigẽtia nãe amoueri põt. sicut nec ipsa natura mutari p̄t. indigẽtia ṽo auaritie ẽ: q̄ nullo mõ expleri p̄t. ⁊ ita diuitie eã amouere ñ p̄ñt. iõ plꝯ augẽt: q̄r dr̃. auarus ñ iplebit̃ pecunia. ¶ Nota ꝙ diuitie nõ solũ nõ iducũt sufficiẽtiã s; nec inducũt sapiam. vt dicit señ. Quid ꝓ sunt stulto multe diuitie dũ ꝑ eas nõ possit fieri sapiens.



¶ Metrum tertium libri tertii.

Quãuis fluente diues auri gurgite.
Nõ expleturas cogat auarus opes:
Oneretq; baccis colla rubri littoris
Ruraq; centeno scindat opima boue.
Nec cura mordax deserit superstitem.
Defunctumq; leues non comitantur opes.

Quãuis fluente ⁊c. Istud ẽ tertiũ metrum hꝯ tertii qđ dr̃ archiloicũ ab inuẽtore. Iambicũ a pede p̄dñante. cui ꝯiũgit̃ metrum elegyacũ. i quo metro p̄hia iuebit̃ ꝯ̃ auaros quos in p̄ñti vita so!

ſlcitudō diuitiarū affligit ⁊ in morte derelinquitt ⁊ dicit. Quamuis diues ſup. auarus. fluente. i. habundante auri gurgite. i. multitudine cogat. i. ꝯgreget opes. ñ expletu ras ſuā cupiditatē: ⁊ q̄ꝫuis diues oneret. i. premat colla ſua bacchis. i. gēmis ꝑcioſis rubri littoris. i. rubri maris. q2 gēme colligūt̃ i littore rubri maris. ⁊ q̄ꝫuis ſcindat. i. diuidat arādo rura opima. i. agros fecūdos cēteno boue. i. cū centū bob⁹. adhuc cura mordax. i. ſollicitudo. nō deſerit ip̄m ſupſtitē. i. viuētē. ⁊ leues opes q̄ leuiter trāſeūt ñ cōmitāt̃ ip̄ꝫ defūctū. i. mortuū. ¶ Nota q̄ circa lr̄aꝫ gurges ſ̄ꝫ Hugui. ⁊ iſidoꝝ. li. ethimol̃. ē loc⁹ alt⁹. i. ꝓfūdus i flumie ⁊ i ꝓpoſito ſignat habūdātē affluētiā auri. ¶ Itē ſ̄ꝫ Hug. bacca ꝑ duplex. c. iuēit̃ poſitū ꝓ fructu oliue vel lauri. vel ꝓquolꝫbꝫ fructu. aliqñ āt iuenit̃ ꝓ gēma ꝑcioſa ⁊ ſic ſumit̃ h̄. ¶ Itē diues auar⁹ duplici malo ꝑmit̃ i preſēti vita ſemꝑ ſollicitat̃ ⁊ p⁹ mortē nihil ip̄ꝫ d̄ diuitiis cōitatur. de quo diuite loq̄t̃ alan⁹ i li. de plāctu nāe dicens. Ut loculis varia nūmoꝝ fercula donet. Imponit ꝓprio diues ieiunia ventri. Itē oculat̃ ocellis diues in argento ſed venter ꝑbarl cogit̃.

¶ Proſa quarta tertii libri.

Sed dignitates honorabilem reuerēdū qꝫ cui prouenerint reddunt.

¶ Proſa quarta tertii libri.

Sed dignitates. Iſta ē q̄rta ꝓſa h⁹ tertii i q̄ ꝓbat
8 ꝑhia q̄ dignitates tꝑales nō ꝯferūt honorē ⁊ reuerētiā quā ꝓmittere vidēt̃ ⁊ ꝑ ꝯñs ñ ē i eis vabtitudo ⁊ p̄io ꝓpōit q̄ dignitateſ faciūt honorabilē. ſcd̄o iprobat illd̄ ibi. Nū vis. p̄io dicit. Sꝫ dignitates reddūt hoīeꝫ honorabilē ⁊ reuerēdū cui ꝓuenerit. ¶ Nota honor ē exhibitio reuerētie alicui in teſtimoniū v̄tutis. ſic accipit̃ ex. 4. ethi. vel aliter. honor ē opinionis bn̄factiue ſignū. vt dicit Ariſt. li. rhet. qñ. n. opinamur nob̄ poſſe bn̄ fieri ab aliquo ip̄m honoramus. ſed reuerentia eſt decens ac natura grauitas ſ̄m Tullium.

¶ Nū vis ea ē magr̄atib⁹ vt vtētiū mētibus virtutes iſerāt: vitia d̄pellāt. Atq nō fugare ſꝫ illuſtrare potius neq̄tiaꝫ ſolēt. Quo fit vt idignemur eaſ ſepe neq̄ſſimis hoibus cōtigiſſe. Uñ catulus lꝫ i curuli. Nonium ſedentem: ſtrumātū appellat. Uides ne quātū dedecus mal̃ adiiciāt dignitates. Atq minus eoꝝ patebit idignitas ſi null̃ honoribus iclareſcāt. Tu quoqꝫ nū tandē tot ꝑicul̃ adduci potuiſti: vt cū decorato gerere magr̄atuꝫ putares: cum i eo mētē neq̄ſſimi ſecure delatoriſ qꝫ reſpiceres. Nō. n. poſſumus ob honores reuerētia dignos iudicare quos ipſis honoribus iudicamus idignos. At ſi quē ſapia ꝑditū vides: nū poſſes eum vel reuerētia vl̃ ea qua ꝑdit⁹ ē ſapia ñ dignū putare. B. Minime. P. Ineſt enim dignitas ꝓpria virtuti: quā ꝓtinus i eos qb⁹ fuerit adiuncta trāſfūdit. Qd̄ q2 ppl̃ares facere neq̄ūt honores liquet eos propriā dignitatis pulchritudinē non habere.

¶ Nū vis ea ē magr̄atib⁹. Hic ꝑhia iprobat ꝓpoſitū quadruplici via. ſ. q̄ dignitates ñ ꝯferūt honorē ⁊ reuerētiam Primo q2 malis ſepe eueniūt. ſcd̄o q2 ꝑ dignitates vitia iproboꝝ inoteſcūt. tertio q2 opinione hoiuꝫ vileſcunt. q̄rto q2 tꝑoꝝ mutatiōe deſinūt. ſcd̄a ibi. In quo. tertia ibi. Atqꝫ vt agnoſcas. q̄rta ibi. Sꝫ h̄ apd̄. Primo dic̄. Nū ꝓ nunq̄d ea vis. i. tal̃. ē magr̄atib⁹. i. dignitatib⁹ vt iſerāt v̄tutes mētib⁹ vtētiū eis vt depellāt vitia. q. d. nō. vñ ſb̄dit. Atq ꝓ certe dignitates nō ſolēt fugare neq̄tiā. ſꝫ poti⁹ illuſtrare. i. manifeſtare. q̄ ñt. i. ꝑꝑ qd̄ fit vt nos idignemur eas ſepe ꝯtigiſſe hoib⁹ neq̄ſſimis vñ catulus q̄ erat vir ſapiēs ⁊ v̄tuoſus. Noniū q̄ erat hō vitioſus appellat ſtrumā lꝫ viderit ip̄m ſedētē i curuli. i. i ſede dignitatis iudiciaria. vides igit̃ q̄ꝫtū dedec⁹ dignitates adiiciāt hoib⁹ mal̃. ⁊ māifeſtāt eos eē ꝯtēptibiles a bonis. Atq ꝓ certe. indignitas. i. malicia eoꝝ min⁹ patebit ſi nullis honorib⁹ iclareſcāt. i. ſplēdeāt. O Boeti. nū. i. nūq̄d. tu potuiſti tot ꝑiculis adduci. i. affligi. vt cū decorato. i. tali viro magr̄atū gereres cū i eo reſpiceres mētē neq̄ſſimi ſcurre ⁊ delatoriſ. q. d. ñ: nūq̄d poſſum⁹ iudicare dignoſ reuerētia ob honoreſ. i. ꝑꝑ dignitates. q̄s iudicam⁹ idignos ipſis honorib⁹. i. dignitatib⁹. q. d. nō. At ſi quē videres ꝑditū ſapia. lꝫ nō h̄ret dignitatē nūq̄d poſſes cū nō putare dignū reuerentia vel ſapia q̄ ꝑdit⁹ ē. q. d. nō poſſes cū iudicare idignū ſapia ⁊ virtute ſua: q2 ꝓpria dignitas ineſt v̄tuti. quā vt⁹ trāſfūdit in eos qb⁹ fuerit adiūcta. ⁊ q2 ppl̃ares honores h̄ facere neq̄unt. liq̄t. i. manifeſtū ē. eos ꝓpriā pulchritudinē dignitatis nō h̄re. ¶ Nota ex l̄ra pōt formari tal̃ rō. Illd̄ qd̄ adueniēs alicui nō ꝯfert ⁊ ñ adueniēs ñ aufert honorē illd̄ ñ fac̄ ve honorabilē: ſꝫ dignitates ñ ꝯferūt honorē cui adueniunt nec tollūt ſi nō adueniūt. ergo ⁊c. Maior ꝓbat̃ quia honor ſeq̄t̃ v̄tutē ex. 4. ethi. Uñ vitioſū nullo honore dignū reputam⁹ in quacūqꝫ dignitate fuerit. ſꝫ ſolū v̄tuoſū. et̃ ſi nō ſit i dignitate. cū igit̃ dignitates tꝑales nō ꝯferāt v̄tutē nec tollāt vitia māifeſtū ē q̄ honorabilē nō faciunt ¶ Nota catulus erat vir ſapiēs ⁊ v̄tuoſus q̄ Noniū ſedentē i curuli ex aī idignatiōe vocabat ſtrumā: eo q̄ viro tam malicioſo collata fuit dignitas. Eſt āt ſtruma ꝯgeries humoꝝ i collo. ſub hac autē ſilĩtudine ip̄m appellabat ſtrumā. q2 i pectore hūit ꝯgeriē vitioꝝ. ¶ Nota q̄ rex theodoric⁹ voluit quēdā noīe decoratū violēter itrudere i magr̄atū vt vna cū Boetio rēpublicā regeret. c⁹ neq̄tiā Boeti⁹ deteſtat⁹: recuſauit ſibi aſſociari: ꝑꝑ qd̄ Boeti⁹ multis iniuriiſ afflict⁹ fuit a rege Theodorico. ¶ Nota q̄ ſcurra ſ̄ꝫ Hugui. idē ē qd̄ lecator vel vaniloqu⁹. ꝓpriē āt d̄r̃ q̄ ſeq̄tur curiā gr̄a cibi. ¶ Nota q̄ virt⁹ facit hoīeꝫ reuerēdū ⁊ nobilē: nō dignitas: q2 dicit Señ. 44. ep̄la. vt⁹ nō accepit platonē nobilē ⁊ reuerēdū: ſꝫ fecit: qs. ē eni generoſuſ: virtuoſus ⁊ dign⁹ niſi q̄ ad virtutē ē bñ diſpoſit⁹. Non facit hoīeꝫ nobilem atriū plenū famoſis imaginibus ⁊ nūmis. ſed animus ⁊ virtus ſupra fortunam ſurgens.

¶ In quo illud eſt aīaduertendū magis: nā ſi eo abiectior eſt quo magis a pluribus quiſqꝫ cōtēnitur: cum reuerendos facere nequeat: quos pluribus oſtendat deſpectiores potius iprobos dignitas facit: Uerꝫ non ipune. Reddūt nāqꝫ iprobi parē dignitatib⁹ vicē q̄s ſua cōtagiōe cōmaculāt

¶ In quo illud ē. Hic ꝑhia ꝓbat ſcd̄a via q̄ dignitateſ nō faciūt hominē nobilē ⁊ honorabilē: q2 vitia iproboꝝ manifeſtant dicens. In quo. ſ. q̄ dignitas aduenit mal̃. illud ē magis aīaduertēdū q̄ ſi aliq̄s eo eſt abiectior. i. vilior. quo. i. quātomagis cōtēnitur a pluribus cum dignitas nequeat facere improbos reuerendos. ipſos facit deſpectiores quos pluribus oñtat. verū pro ſed. hoc non eſt impune. i. dignitas non facit hoc impunita. nāqꝫ pro quia improbi parem vicem reddunt dignitatib⁹ quas ipſi commaculant ſua ꝯtagione. q. d. ſicut dignitas maculat iprobos. q2 eoꝝ maliciam manifeſtat. ſic ecōtra improbi commaculāt dignitates. ¶ Nota ꝑ dignitates vitia iproboꝝ innoteſcūt. q2 p̄cipat⁹ viꝝ oñdit: cū igit̃ vitiū faciat hominē ꝯtēptibilem: tꝑalis dignitas adueniēs improbis facit eos deſpectiores. Uñ Iuuenal̃ poeta. Oē animi vitiuꝫ tanto deſpectius in ſe crimen habet: quanto qui peccat maior Et Señ. Loco ignominie apd̄ idignū ē dignitas.

¶ Atqꝫ vt agnoſcas veram illam reuerentiam ꝑ has vmbratiles dignitates non poſſe cōtingere:

sic collige

sic collige. Si quis multiplici consulatu functus in barbaras nationes forte deuenerit veneran dum ne barbaris honor faciet. Atqui si hoc naturale munus dignitatibus foret ab officio suo quoquo gentiū nullo mō cessarent. Sicut ignis vbiqꝫ terrarum nunq̄ tamen calere desistit. Sed quoniā id eis non propria vis sed hominū fallax annectit opinio: vanescunt illico cum ad eos venerint qui dignitates eas eē nō estimāt.

¶ Atqꝫ vt agnoscas. Hic phia probat tertia via ꝙ dignitates non faciunt reuerendū: qꝛ opinione hoiuꝫ vilescūt. qui enim dignitatibus funguntur q̄uis a suis honorent tamen apud extraneos hoies non curant. vt ab illis qui sunt alterius dyocesis. Vñ dicit. Atqꝫ pro certe. vt agnoscas verā reuerētiā que est btitudo non posse cōtingere alicui homini ꝑ has dignitates vmbratiles. i. transitorias ad moduꝫ vmbre sic collige. si qs hō functus. i. vsus multiplici ꝯsulatu. idest dignitate. deuenerit forte i barbaras natiōes. i. extraneas gentes: faciet ne honor ꝯsulatus ipm venerandū barbaris. q. d. non. At qui pro certe. si h. s. facere reuerēdū barbaris. foret. i. naturale mun⁹ dignitatib⁹. nullo mō cessarent ab officio suo. quoquo. i. quocūqꝫ loco gentiū. Sicut ignis vbiqꝫ terrarū nunq̄ desistit calere. i. cremare. ſꝫ qm̄ id scꝫ reuerēdū facere. eis āneciit fallax oppinio hoium ⁊ nō ꝓpria vis. illico. i. statim vanescūt: cū ad eos venerint q non estimant eas esse dignitates. sicut sunt nationes barbarice. i. extranee. ¶ Nota ꝙ res nō destruitur a sua ꝓpria opatiōe cum eni opatio sit finis hñtis opationē. scdo celi ⁊ mūdi. res destituta a sua opatiōe destitueret a suo fine. ⁊ sic eēt frustra. Si ergo facere reuerēdū eēt nālis opatio dignitatū. vbiqꝫ gentiū facerent hoiem reuerendū. ſꝫ videm⁹ ꝙ dignitates q̄ faciūt aliquē reuerēduꝫ apud suos. apd extraneos non faciūt ipm reuerendum.

¶ Postremo qđ a qualibet. Hic pħia ponit scđam rōnez ꝙ summū bonū in deo non differt ab ipso. ꝛ est rō talis. Illud quod est diuersum ab alio non est illud a quo est diuersum. Si ergo summū bonū esset diuersū a deo: deus nō esset summū bonū quod nephas est dicere. vñ dicit i lr̃a. Postremo illud quod est diuersum a qualibet re. illud nō est illud a quo intelligit̃. i. videt̃ esse diuersuꝫ: quare quod sui natura diuersum est a summo bono. illud non est summum bonum. si igit̃ summū bonū ita sit in deo ꝙ ꝫm naturam est diuersum ab eo. seq̄t̃ ꝙ deus non sit summum bonū: quod nephas est cogitare de deo. quo nihil cōstat eē prestantius. ¶ Nota si aliqd esset in deo diuersum ab ipso: deus esset compositus. ꝛ non essentie simplicis quod ē falsum. ¶ Itē qđ est in deo diuersum ab ipso. vel est accidens vel est pars eius. non accidens: qꝛ deus nō ē subiectū alicuius accidentis. si est pars eius cum pars precedat totū aliqd erit prius deo: quod falsum est.

¶ Oīno enim nullius rei natura suo pricipio melioꝛ poterit existere. Quare qđ oīum pricipiuꝫ sit id etiā sui sb̃a summū esse bonum verissima rōne concluserim. B. Rectissime inquā. P. Sed summū bonum btitudinem esse concessū est. b. ita ē inquā. P. Igitur inquit deum esse ipsam beatitudinem necesse est confiteri. b. Nec iquam ꝓpositis prioꝛibus refragari queo: ꝛ ab illis hoc illatum consequens esse perspicio. P.

¶ Omnino enim nullius rei natura. Hic pħia ponit tertiā rationem que talis est. Illud quod est principiū oīuz formaliter est summū bonū: qꝛ sūmū bonū nō potest eē pricipiatuꝫ: sed deus est pricipiū oīuz. ergo formalr̃ est summū bonuꝫ: sūmū aūt bonū est btitudo. ergo deus formaliter est summa btitudo. vñ dicit in lr̃a. Oīno. i. generaliter nullius rei natura poterit existere. i. esse melioꝛ suo pricipio q̄re qđ oīuz sit pricipiū sicut deus illud etiā ꝯcluserim verissima rōne. summū esse bonū sb̃a. i. per sb̃am. cui assentiēs Boetius dicit. Rectissime inquā ꝯclusum est. sed summū bonū esse btitudinē ꝯcessum est dicit. Boetius: ita est inquā. Cōcludit ergo pħia. Igit̃ necesse est deū ꝯfiteri ipaꝫ btitudinē. dicit Boetius. nec queo refragari. i. resistere. prioꝛibus ꝓpositis. i. premissis. ꝛ ego ꝑspicio hoc illatuꝫ esse ꝯn̄s illis. i. ad illa. ¶ Nota ꝙ pricipiū oīum rez opꝫ esse summū bonū substātialiter: qꝛ si aliqd aliud a principio esset sūmū bonū substātialiter sicut aliqd pricipiatū. seq̄tur ꝙ pricipiatū sit nobiliꝰ suo pricipio. nā bonū substātialiter nobilius est bono accidentalr̃. ¶ Item si pricipiū non est bonum substantialr̃ sed accidentalr̃ cum oē quod est tale per accidens reducat̃ ad aliqd tale per se: tunc pricipiū reduceret̃ ad aliqd: ꝛ ꝑ ꝯn̄s non eēt principium.

¶ Respice inquit an hinc quoqꝫ idem firmius approbetur: ꝙ duo summa bōa que a se diuersa sint esse non possunt. Etenim que discrepant bona: nō esse alterum quod sit alterūꝫ liquet: quare neutrum poterit esse ꝑfectū: cuꝫ alterutri alterū de-

eſt. Sed qđ ꝑfectũ non ſit: id ſummũ nõ eẽ mani
feſtũ eſt: nullo mõ igitur que ſumma ſunt bona:
ea pñt eſſe diuerſa. Atqui ⁊ btitudinẽ ⁊ deum ſũ-
mũ bonũ eſſe collegimus. quare ipſam neceſſe ẽ
ſũmã eſſe btitudinẽ q̃ ſit ſumma diuinitas. B.
Nihil inquã nec re ipa verius nec ratiocinatiõe
firmius: nec deo digni⁹ cõcludi poteſt. P.

¶ Reſpice inquit an hinc. Hic ponit quartam rationez ꝙ
btitudo i deo ñ differt ab ipſo. Si btitudo differret a deo
cum vtrũqꝫ tã deus q̃ꝫ btitudo ſit ſũmũ bonũ: eſſent duo
ſumma bona. quoꝝ vnũ non eſſet alteꝝ. ⁊ cũ vnum deſit
alteri neutrũ erit ꝑfectũ ⁊ ſummũ bonũ: qꝛ ꝑfectũ ẽ cui ni
hil deeſt. ergo neceſſe eſt btitudinẽ eſſe idẽ cum deo. vñ di
cit in lr̃a. O Boeti reſpice an hinc qđ modo dicã illud qđ
probatum eſt firmius approbet. duo ſumma bona eſſe ñ
pñt que ſint a ſe diuerſa. etenim liquet. i. manifeſtũ eſt. ꝙ
bona que diſcrepant. non eſſe alteꝝ ſup. eoꝝ bonoꝝ: qđ
ſit alteꝝ. quare cuꝫ alteꝝ deeſt alterutri. i. alteri. neutrum
poterit eſſe perfectũ: cũ perfectũ ſit cui nihil deeſt. ¶ Sed
manifeſtum eſt. illud non eſſe ſummũ bonũ: qđ non eſt ꝑ
fectũ igit nullo mõ pñt eẽ diuerſa ea que ſunt ſumma bo
na. Atqui pro certe. deũ ⁊ btitudinẽ collegimus eſſe ſũmũ
bonum. quare neceſſe eſt ipſam naturã que ſit diuinitas.
ſ. naturam dei eſſe ſummã btitudinẽ. qđ Boetius appro-
bans dicit. nihil verius eſt ipſa re nec ratiocinatione fir-
mius: nec deo dignius concludi põt. ¶ Notandũ ex q̈r-
to topicoꝝ qđ per ſuꝑhabundãtiã dicit vni ſoli conuenit
cum igitur ſummũ bonum dicatur ꝑ ſuperhabũdãtiã nõ
erunt duo ſumma bona. ¶ Item ſi eſſent duo ſumma bo
na vel eſſent eiuſdem ſpeciei: vel differrent ſpẽ: ſi eiuſdem
ſpẽi erunt equaliter perfecta ⁊ vnũ erit ſuꝑfluũ. ſi d[illegible]ferũt
ſpẽ vnum erit ꝑfectius altero. qꝛ impoſſibile ẽ duas ſpẽs
eſſe equalr̃ ꝑfectas: ſed qđ eſt imperfectius non eſt ſum-
mum bonum. ergo non ſunt plura ſumma bona.

¶ Super hec inquit igitur veluti geometre ſolent
demonſtratis propoſitis aliquid inferre que po
riſmata ipſi vocant: ita ego quoqꝫ tibi veluti co-
rolarium dabo. Nam qm̃ btitudinis adeptione
fiunt hoies bti. Btitudo võ ẽ ipa diuinitas: diui
nitatis adeptõe fieri btõs manifeſtũ eſt. Sed vti
iuſtitie adeptione iuſti: ſapientie ſapientes fiunt:
ita diuinitatẽ adeptos deos fieri ſimili rõne neceſ
ſe eſt. Ois igitur beatus deus ſed natura quidẽ
vnus: ꝑticipatiõe võ nihil prohibet eſſe q̃ꝫ pluri-
mos. B. Et pulchrum inq̃ꝫ hoc atqꝫ precioſuꝫ
ſiue poriſma ſiue corolarium vocari mauis. P.

¶ Super hec inquit. Hic phĩa ꝯcludit ex dictis quãdã con
cluſiõem corolariã dicens. Sup hec. ſ. ꝑdicta ego tibi da
bo corolariũ. i. ꝯcluſionẽ corolariã. ita. ſ. ſicut geometre
aliqd ſolent demonſtratis ſuis propoſitis inferre. que illa
ta ipſi vocãt poriſmata. i. apitiões. Et tunc ponit corola
riũ ꝙ ois btũs eſt deus. qđ ſic infert. qꝛ adeptione btitudi
nis fiunt hoies bti: btitudo võ eſt ipſa diuinitas vt proba
tũ eſt manifeſtũ eſt hoies btõs fieri adeptiõe diuinitatis.
ſed ſicut adeptiõe iuſtitie fiunt hoies iuſti: ⁊ adeptione ſa
piẽtie ſapiẽtes. ita neceſſe eſt adeptiõe diuinitatis eẽ btõs
ſiue deos. igit ois beatus eſt deus. ſed natura quidez vn⁹
deus eſt ⁊ nõ plures: participatiõe võ nihil ꝓhibet plures
deos eſſe. hanc concluſionem cõmẽdãs. B. dicit. Et pul
chrum inq̃ꝫ hoc. ſ. qđ modo ꝯcluſiſti. atqꝫ ꝓcioſum ſiue
poriſma ſiue corolariũ mauis. i. magis velis ipſum voca
ri. ¶ Notandum ꝙ ois beatus eſt deus: hoc probatur ex
lr̃a ſic. Hoies fiũt bti adeptiõe btitudinis: ſꝫ btitudo ẽ di-
uinitas. ergo hoies fiũt bti adeptiõe diuinitatis ſꝫ adeptio
ne diuinitatis aliqs efficit de⁹: ergo ois btũs ẽ deus. vel
põt ſic argui. Adeptiõe diuinitatis aliqs efficit de⁹. ade-
ptiõe diuinitatis aliqs efficit btũs cum diuinitas ſit ideꝫ
cũ btitudine: ergo omnis btũs ẽ de⁹. ¶ Nota ſm Hug.
ꝙ porus. ri. eſt ſubtile foramen in corpore per qđ ſudor
emanat. inde poriſma tis. i. apertitio vel illuminatio ſen-
ſus. Dicunt etiã poriſmata regule quas geometre ꝓpo-
nunt ad aliqd oñdendũ eo ꝙ aperiant ⁊ illuminent men-
tẽ lectoris: ⁊ ipſe allegat Boe. in hoc libro de hoc noie
poriſma. ¶ Notãdũ ſꝫ eũdẽ Hug. a corona venit corona
riũ qđ eſt ꝓmiũ victorie vel ꝓmiũ belli vel certaminis. ſ.
corona vel aliqd aliud vel coronariũ ẽ vñ aliqs meret ho
norẽ: vel adipiſcit coronã. Et etiã allegat Boetiũ in hoc
loco de hoc noie coronariũ. ſed cõiter ipſũ noiamus coro
lariũ. ⁊ ẽ corolariũ cõcluſio ſequens ex premiſſis. ¶ Nota
aliqs diceret. Si ois btũs eſt deus cũ plures ſint bti. plu
res erũt dii. Rñdit Boetius ꝙ vnus eſt deus nãlr ⁊ eſſẽ
tialiter: ſed participatiue. ſ. ꝑticipatiõe virtutis ⁊ imortali
tatis pñt eſſe plures dii. vñ ps. Ego dixi dii eſtis ⁊ filij ex
celſi oẽs. ¶ Itẽ innuit phs. 12. metha. vbi ſic cõcludit. nõ
valet pluralitas pricipũ. ſit ergo vnus priceps. ſ. ſm natu
ram ⁊ eſſentiã. Ergo dicit Seneca. Uir ſpeculatiuus eſt q̃
ſi deus i humano corpore hoſpitatus. ¶ Pro quo vlte-
rius notandũ ꝙ deus ẽ quadruplex. aliqs eſt de⁹ nuncu
patiue vt idolum. Alius vſurpatiue vt demones cultũ dei
ſibi vſurpantes vt dicit ſcriptura. Oẽs dii gentiũ demõia
Tertius ꝑticipatiue vt hoies btitudinez ꝑticipãtes. Quar
tus eſt deus natura hñs eſſentie eternitatẽ. imutabilitatẽ
⁊ cõicabilitatẽ. primis tribus modis pñt bene eſſe plures
dii. ſed non quarto mõ. ¶ Ultimo nota deitatem ſiue di-
uinitatem ꝑticipare: non eſt niſi imortalitatẽ. impaſſibili
tatem. ſubtilitatẽ ⁊ agilitatẽ adipiſci. Nã mortale additũ
nobis ſeparat nos a dijs: vt dicit porphyrius. ergo ade-
ptione imortalitatis erimus dij.

¶ Atqui hoc quoqꝫ pulchrius nihil eſt quod his
annectẽdũ eſſe ratio ꝑſuadet: B. Quid inquã.
P. Cum multa inquit btitudo continere videat
vtrum ne hec oia i vnuꝫ veluti corpus btitudinis
quadã partiũ varietate coniungãt. An ſit eorum
aliquid qđ btitudinis ſubſtãtiã compleat. ad hoc
võ cetera referãt. Uellẽ inquã id ipſaꝝ reꝝ com
memoratiõe patefaceres. P. Nõne inquit bti-
tudinẽ bonũ eſſe cẽſemus. B. Ac ſummũ quidẽ i
q̃ꝫ. P. Addas inquit hoc omnibus lꝫ. Nam ea
dem ſufficientia ſumma eſt. eadem ſumma potẽ
tia. reuerentia quoqꝫ claritas ⁊ voluptas btitudo
eſſe iudicatur. B. Quid igitur. P. Heccine oia
bona ſufficientia: potentia: ceteraqꝫ veluti quedã
beatitudinis membra ſunt. an ad bonum veluti
ad verticem cuncta referuntur. b. Intelligo in-
q̃ꝫ quid inueſtigandũ proponas ſed quid conſti
tuas: audire deſidero. P.

¶ Atqui hoc quoqꝫ pulchrius nihil eſt. Hic phĩa mouet
circa ꝑdicta quãdã dubitationẽ. ſcđo ſoluit eã ibi. Cuius
diſcretionem. Primo dicit. Ex quo dicis hoc corolariũ
eſſe pulchrum. Atqui pro certo hoc qđ iam dicam nihil
ẽ pulchrius. qđ rõ ꝑſuadet eſſe annectendũ his. ſ. ſupradi
ctis ⁊ dicit Boetius qđ eſt pulchrum illud. dicit phĩa. cũ
btitudo videat multa ꝯtinẽre. videat vtrũ hec oia cõiun-
gant. i. ꝯſtituant veluti vnũ corpus btitudinis. quadã va
rietate partium. an ſit aliqd eoꝝ quod cõpleat ſbam bti-
tudinis. ⁊ ad hoc cetera referãtur. Tũc Boeti⁹ petit hãc
qõnẽ magis elucidari dicens. Uellem inquã vt pateface
res illud

¶ Nonne inqt mõstra. ea. Hic pħia aggredit intentū ostēdendo qd sit bonū: ꝛ intendit ꝓbare istā ɔclusionē. bonū est illud qd oia appetunt: quā ꝓbat tali rōne. Unum ꝛ bonū sunt idē. ꝛ sed oia appetūt eē vnū. ergo oia appetūt bonum. Circa istā rōnem sic procedit. primo ꝓbat maiorē. scdo minorē. tertio resumpta maiore infert ɔclusionē scda ibi. Nosti ne igit. tertia ibi. Est ne igit. probat ergo maiorem ꝙ vnū ꝛ bonū sunt idē per modū ɔōnis. Et prio querit dicens. Nonne supra monstrauimus in nona ꝓsa ea q appetunt a plurib⁹ sup. sufficientia. reuerentia. potentia. idcirco non esse vera bona ꝛ pfecta. qm discrepāt a se inuicem sup. eo mō quo appetunt a pluribus ꝛ cū alterū abesset alteri non posse afferre plenū ꝛ absolutū bonū: qd nullo indigeat. tunc aūt sup. monstrauimus vnū vez bonū fieri cū colligunt in vnā formā btitudinis atqꝫ efficientiam. i. in vnā cām efficientē. s. deū vt que sit sufficientia. eadē sit potentia. ꝛ reuerentia. claritas ꝛ iucunditas. nisi vo oia sint vnū ꝛ idem: monstratū est ea nihil hre quo numerent. i. cōputent inter expetenda. i. desideranda. Et dicit Boetius demonstratū est inquā nec vllo mō dubitari pōt Ulterius querit. pħia. Illa que cum discrepant minime sunt bona. ꝛ cum ceperint esse vnū sūt bōa. Nonne hec cōtigūt fieri bona adeptione vnitatis. dicit Boetius. Ita videt inqꝫ. Et subdit pħia. sed oē qd est bonū participatione boni ɔcedis esse bonū an minime. Et dicit Boetius ita ē Tūc pħia ex ɔcessis ɔcludit maiorē dicēs. igit pili ratiōe oportet vt ɔcedas vnum ꝛ bonū esse idē: ꝛ ɔfirmat illam ɔclusionem per locū ab effectu dicēs. Nāqꝫ eadē ē substātia eoꝝ. quoꝝ non est naturaliter diuersus effectus: qꝛ idē inquantum idem natum est facere idem. Boetius concedens dicit. negare inqꝫ nequeo. ¶ Nota ex littera sic ꝓbatur ꝙ vnum ꝛ bonū sint idē. Quecūqꝫ non sunt bona nisi qꝛ sunt vnū illa nō sunt bona nisi adeptiōe vnitatis. sꝫ oia sunt bona adeptione vnitatis: ergo vnū ꝛ bonū idē sunt. vel aliter arguit sic. Oia sunt bona adeptione bōitatis oia sunt bona adeptione vnitatis. ergo bonum ꝛ vnū sunt idē Aliā rōnem innuit in lrā dicens. Illa sunt vnū quoꝝ nō est diuersus effectus. qꝛ idem inquātum idem nō facit nisi idē. ex secundo de generatione. sed vnius ꝛ boni non ē diuersus effectus: qꝛ effectus vtriusqꝫ est bonū. ergo sunt idē. ꝛ hec conclusio pꝫ ex. 4. methaphice. vbi Aristo. vult ꝙ bonum. ꝛ vnum conuertantur:

¶ Nosti ne igitur inquit omne qd est tādiu manere atqꝫ subsistere q̄diu sit vnum. Sꝫ interire atqꝫ dissolui pariter atqꝫ vnum esse destiterit. B. Quonam mō. P. Ut in aialibus inquit: cū in vnū coeunt ac pmanent aia corpusqꝫ: id aial vocat. Cū vo hec vnitas vtriusqꝫ separatiōe dissoluitur interire: nec iam esse aial liquet. ipsum quoqꝫ corpus cū vna forma mēbroꝝ cōiunctōe pmanet: humana visit species. At si distribute segregateqꝫ ptes corporis distraxerint vnitatem: desinit esse qd fuerat. Eoqꝫ mō pcurrenti cetera p culdubio patebit subsistere vnūqdqꝫ dum vnū ē. Cū vo vnū eē desinit esse interire. B. Cōsideranti inq̄ mihi plura minime aliud videtur. P

¶ Nosti. ne igit omne qd est. Hic pħia ꝓbat minorem. s. ꝙ oia appetunt esse vnū p talem rōnē. Unūqdqꝫ tandiu manet atqꝫ subsistit q̄diu est vnum. sed oia nāliter appetunt manere ꝛ subsistere. ergo oia appetunt esse vnū. Illi⁹ rōnis prio declarat maiorē. scdo minorē ibi. Est ne igit. tertio resumpta maiore ɔcludit intentū ibi. si qd aūt iquit. Prio ergo declarans maiorē ꝙ vnūqdqꝫ tandiu manet q̄diu est vnū. dicit. Nosti o Boeti. oē qd ē tādiu manere atqꝫ subsistere q̄diu sit vnū. ꝛ cū destiterit. i. desinit eē vnū pariter ɔtingit dissolui atqꝫ iterire. querit Boetius Quonā mō. pħia declarat in exemplo dicens. In aialibus h patet cū aia ꝛ corpus in vnū coeūt atqꝫ permanent vnū illud vnū vocat aial. cum vo hec vnitas dissoluitur sepatione vtriusqꝫ sup. aie ꝛ corporis. liquet. i. manifestū ē aial interire ꝛ non iam eē aial. Ponit aliud exemplū. ipꝫ ēt corpus humanū cū pmanet in vna forma coniunctiōe mēbroꝝ tūc visit. i. videt humana spēs. sed si partes corporis distribute ꝛ segregate. i. sepate ab inuicem. distraxerint vnitatē. corpus desinit eē qd fuerat. eodē mō percurrenti cetera pculdubio patebit vnumqdqꝫ subsistere. i. pmanere. deum ē vnū. cū vo desinit eē vnū interire videtur Et dicit. B. minime inqꝫ videt mihi aliud ɔsiderāti plura. ¶ Nota ꝙ aliqs diceret. non videt ꝙ esse ꝛ eē vnū sint eadē. qꝛ mali sunt ꝛ tñ nō sūt vnꝫ. ꝓbatio. vnum ꝛ bonū sunt idē vt iā ꝓbatum est. sed mali nō sunt boni. ergo nō sunt vnū. Ista rō soluit ex quarto huius negando maiorē qꝛ pħia quarto huius ꝓbat malos non solū non esse potētes: sed simpliciter nō eē. Uñ mali bene sunt mali: sed ꝙ simpliciter dicant esse non est verū sicut hō mortuus simpliciter non est hō. ꝛ de hoc videbit in quarto.

¶ Est ne igitur inquit quod inquantū naturaliter agat relicta subsistendi appetentia venire ad interitum corruptionēqꝫ desideret. B. Si aialia inquā considerē: que hūt aliquā volēdi nolendi qꝫ naturā: Nihil inuenio quod nullis extra cogētibus abiciant manendi intentionē ꝛ ad interitū spōte festinēt. Oē namqꝫ aial tueri salutem laborat: mortem vo perniciēqꝫ deuitat. Sed quid de herbis arboribusqꝫ: quid de inanimatis oino consentiā rebus: prorsus dubito. P.

¶ Est ne igitur inqt. Hic pħia probat seu declarat minorē. s. ꝙ oia appetāt esse ꝛ pmanere. ꝛ prio ondit h. scdo ꝓbat ꝙ talis appetitus ē naturalis. scda ibi. Neqꝫ nunc nos. Primo ondit intentū in aialibus. scdo in vegetabilibus. tertio in rebus inanimatis. scda ibi. Atqui nō ē. tertia ibi. Ea etiam. Primo dicit pħia. Est ne aliqd ꝙ inquātū naturaliter agat. desideret veire ad interitū. i. ad mortē. ꝛ ad corruptionem relicta appetentia subsistendi. Rñdet Boe. Si ɔsiderem aialia que hnt naturā. i. appetitū volendi. i. prosequendi ꝛ nolendi. in fugiendi aliqd. nihil inuenio ꝙ abiciant intentionē manēdi sup. in reꝝ natura. ꝛ festinent sponte. i. voluntarie. ad interitū nullis causis extra cogentibus. qꝛ oē aial laborat tueri salutem. ꝛ deuitat mortē ꝛ perniciem. sed ego prorsus dubito qd de herbis ꝛ arboribus ꝛ quid de rebus inanimatis oio ɔsentiā sup. an talia appetant esse ꝛ permanere. ¶ Nota Boe. nō dubitat qui aialia appetant. pmanere cuius rōnem innuit. Illud qd laborat tueri salutem ꝛ vitare mortē. h appetit esse. ꝛ pmanere. sed oē aial est hmōi ergo ꝛc. Sed vtꝝ ita sit in vegetabilibus ꝛ in rebus inanimatis de hoc dubitat. ꝛ pōt esse rō dubitationis qꝛ in talibus non sunt opationes ita manifeste subseruientes appetitui naturali pmanendi sicut i aialibus que mouent ad percipiendū nutrimētū. ꝛ ad alia que pertinent ad conseruationem vite.

¶ Atqui non est ꝙ de hoc possis ambigere: cū herbas atqꝫ arbores intuearis primum sibi conuenientibus innasci locis. Ubi quantū earū natura queat cito exarescere atqꝫ interire nō psit. Nam alie quidem: cāpis alie montib⁹ oriunt. alias ferūt paludes: alie saxis herent. aliarum fecunde sūt steriles arene: quas si i alia quispiā loca trāsferre conet: arescāt. Sꝫ dat cuiqꝫ natura qd conuenit. ꝛ ne dū manere possunt iterent elaborat.

¶ Atqui nõ est q̄ de hoc. Hic ph̄ia ꝓbat q̄ vegetabilia sicut herbe ⁊ arbores appetant esse ⁊ ꝑmanere. ⁊ hoc ꝓbat quattuor modis sicut patebit: primo ex locoꝝ qualitate. q: in talibus locis nascunt̄ vbi diutius possunt cõseruari in esse. Unde dicit. Atqui ꝓ certe. O boeti nõ est q̄ possis ambigere. i. dubitare de hoc. vtrũ inanimata ⁊ vegetabilia appetãt esse primũ. i. prio signo. Cũ tu intuearis herbas atq3 arbores nasci in locis sibi ꝯueniẽtib⁹ vbi quantũ earũ natura. i. vigor nature queat nõ possunt cito exarescere ⁊ interire. nam alie campis oriũtur sicut oliue: alie mõtibus sicut cipssi: alias ferũt paludes sicut alnos ⁊ salices Alie herent saxis sicut herbe que dicunt̄ capilli veneris ⁊ barba iouis. Aliaꝝ herbaꝝ sunt secunde. i. habundantes steriles arene vt illi⁹ herbe que dicit̄ merica: quas si q̄spiam. i. aliquis conetur transferre in alia loca arescant. sed natura dat vnicuiq3 quod sibi conuenit ⁊ elaborat ne intereant q̃diu manere possunt. ¶ Nota locus est principiu3 ḡnatiõis: q: saluat ⁊ cõseruat locatũ: ⁊ ipso mediante virtus celestis īfluit ipsi locato. Cũ igit̄ vegetabilia sicut herbe ⁊ plante requirãt determinata loca in quib⁹ saluant̄ ⁊ in aliis arescant. p3 q̄ ipsa appetant esse ⁊ permanere.

¶ Quid dicam: q̄ omnes velut in terras ore demerso trahunt alimẽta radicibus ac per medullas robur corticemq3 diffundunt. Quid q̄ nobilissimũ quodq3 sicuti medulla est in interiore semper sede reconditur: extra vero quadam ligni firmitate. Ultimus autẽ cortex aduersum celi intẽperiẽ: quasi mali patiẽs defensor opponitur. Ja3 vo quanta est nature diligentia: vt cuncta semine multiplicato propagentur: que omnia nõ mõ ad tempus manendi: verum generati quoq3 quasi imperpetuum permanendi. veluti quasda3 machinas esse quis nesciat.

¶ Quid dicã q̄ omnes velut in terras. Hic ph̄ia probat idẽ alio signo quod sumit̄ ex modo situationis partiũ ꝺm ꝯueniẽtiã ad attractionẽ alimẽti quo cõseruat̄ esse eorum Et dicit quid dicã ex hoc q̄ omnes. s. herbe ⁊ arbores trahunt alimẽta radicibus velut ore demerso in terras: ⁊ diffundunt sibi alimentũ ꝑ medullas. ꝑ robur ⁊ ꝑ corticẽ qð nõ est nisi propter appetitũ ꝑmanendi. Tũc ponit aliud signũ quod sumit̄ de dispõne partiũ ad prohibẽdũ nocumẽtũ extrinsecũ dicens. quid dicã ex hoc q̄ molissimum qðq3 sicut est medulla semꝑ recondit̄. i. locat̄ in interiori sede. i. in medio plante. extra vero tuet̄ quadã ligni firmitate. vltimus autẽ. i. exterior cortex arboris. quasi patiẽs mali. i. potens sustinere mala opponit̄ defensor versus intẽperiẽ celi. i. aeris. Tunc ponit aliud signũ quod sumit̄ ex propagatiõe seminis. que ordinat̄ ad cõseruationẽ nature in alio simili in specie cũ nõ possit manere idem nũero. Et dicit. Jã vero quanta est diligẽtia nature vt cũcta ꝓpagent̄ semine multiplicato sup. considera que omnia semina quis nesciat esse tanq̃3 quasdã machias. i. instrumẽta manendi. non modo. i. nõ tm̃ ad tp̃s verũetiã manendi in ꝑpetuũ: generatim. i. successiua generatiõe. q. d. nullus est cui hec nõ pateãt. ¶ Notãdũ q̄ radices plantaꝝ ori similes sunt: cũ habeãt eandẽ operationẽ sup. trahere alimẽtũ habent autẽ plante radices infixas terre. quia ex terra humorẽ trahũt ⁊ alimẽtũ quod primo diffundit̄ ī medulla. deinde in robur. deinde in corticẽ. est medulla mollissimũ quod est in medio plante vel arboris. nõ potẽs pati intemperiẽ caloris ⁊ frigoris. ideo natura ipsa3 locauit in medio. quã circũdat robur quod est lignum arboris. robur autẽ circũdat̄ cortice exteriori tanq̃3 defensore ab intemperie aeris. ¶ Notandũ q̄ quia vegetabilia non possunt idẽ nũero manere. iõ natura ꝓducit in eis semina per quoꝝ ꝓpagationẽ permaneãt idem in spẽ. s. in suo simili

¶ Ea etiam que inanimata esse credũtur: nonne quod suũ est queq3 simili ratione desiderãt. Cur enim flammas quidem sursum leuitas vehit: terras vo deorsum pondus deprimit: nisi q̄ hec singulis loca motionesq3 cõueniũt. Porro autẽ qð cuiq3 consentaneũ est: id vnũqðq3 conseruat. sicuti ea que sunt inimica corrũpũt. Jã vo que dura sunt vt lapides adherẽt tenacissimis partibus suis. ⁊ ne facile dissoluãtur resistũt. Que vero liquentia vt aer atq3 aqua facile quidẽ diuidentibus cedunt: sed cito in ea rursus a qb⁹ abscisa relabũtur. Ignis vero oẽ3 refugit sectionem.

¶ Ea etiã que ianimata. Hic ph̄ia probat q̄ etiã inanimata appetãt esse duob⁹ signis: Primo ex inclinatione naturali eoꝝ ad locũ. Et dicit sic. Ea etiam que credũt̄ eẽ inanimata vt lapis. aer. ignis. nõne ꝺsiderãt. i. appetũt. q̃q3. i. omnia inanimata. qð suũ est. i. sue nature consonu3 est: simili rõne propter cõseruatiõe3 sui esse. q. d. sic. Cur enim leuitas vehit. i. mouet flãmas sursum. ⁊ pondus. i. grauitas. deprimit terras deorsum non propter aliam cãm. nisi q̄ hec loca ⁊ motiões cõueniũt singulis sup. ꝓ saluatione eorum esse. ⁊ subdit. Porro illud qð est cõsentaneũ. i. cõueniẽs cuiq3. illud sup. cõseruat in eẽ vnũquodq3 sicut ea que sunt inimica. i. cõtraria corrũpũt. Secũdo ꝓbat illud ꝑ aliud signũ sumptũ ex cõseruatione naturalis proprietatis hmõi est cõtinuitas quã quelibet res natural' nititur cõseruare. Unde dicit. Jã sup. ista vero que dura sũt vt lapides adherẽt tenacissimis. i. firmissimis suis partibus. ⁊ resistunt per suã duritiẽ ne facile dissoluant̄. q̃ vero sunt liquentia. i. mollia. sicut aer ⁊ aqua. facile cedunt diuidẽtibus. sed cito relabũtur. i. redeũt in ea a quib⁹ sũt abscisa. sed ignis refugit omnẽ sectionẽ. ¶ Nota q̄ hoc vltimũ q̄ dicit ignẽ fugere oẽm sectionẽ. dupliciter exponitur. Primo sic aliq̄d secat̄ cum partes eius abinuicẽ separãt̄ ita vt in nullo cõueniãt sed partes ignis non sic possunt secari. quin semꝑ ī aliquo cũueniãt: vt maxime patet de igne q̄ ẽ flãma. Alio mõ exponitur sic q̄ ignis refugit oẽm sectionẽ q: ꝑꝑ vehemẽtiã sue actionis corrũpit ip̃3 qð debet secare ⁊ igniendo ip̃m in sui naturam cõuertit.

¶ Neq3 nunc nos de voluntariis anime cognoscentis motibus. sed de naturali intentione tractamus. Sicuti est q̄ acceptas escas sine cogitatione transigimus q̄ in somno spm̃ ducimus nescientes. Nam ne in animalibus quidem manẽdi amor ex anime voluntatibus verum ex nature principiis venit. Nã sepe mortem cogentib⁹ causis: quã natura reformidat: voluntas amplectit̄. Cõtraq3 illud quo solo mortaliu3 reꝝ durat diuturnitas gignendi opus quod natura semper appetit: interdũ coercet voluntas: adeo hec sui charitas non ex animali motiõe sed ex naturali intentione procedit.

¶ Neq3 nũc nos. Hic ph̄ia ponit q̄ desiderium essendi nõ ẽ appetit⁹ volũtari⁹ s3 nal'. Et dicit. Neq3 nos tractamus nũc de motib⁹ volũtariis aie cognoscẽtis: s3 de nãli itentõe: s3 nãle ẽ qð trãsigim⁹. i. digerim⁹. acceptas escas sine cogitatiõe. ⁊ qð ī sõno nesciẽtes ducim⁹ spiritũ. i. respiram⁹. Nã amor. i. appetit⁹. manendi. i. subsistendi in aialibus. s. non prouenit ex voluntatibus sup. sicut tu estimas q: supius posuisti solũ in animalibus esse appetitũ manẽdi. sed venit ex principiis nature. quia natura reperitur tã in animatis q̃3 in inanimatis. Q ð aũt appetit⁹ manendi

non sit

non fit ex voluntate. probat dupliciter. Primo probat hoc quia voluntas sepe amplectitur mortẽ que tollit esse indiuidui. Unde dicit. Volũtas sepe amplectit' mortẽ. quã natura reformidat. i. abhorret. cogentib' causis. i. extrinsecis. sicut p3 de martirib'. Secũdo probat idẽ ex hoc. q volun tas q̃nq3 cohibet operationẽ cõseruatiuã esse specifici dicẽs cõ'raq3. i. p cõtrariũ. illud opus gignẽdi. quo solo durat diuturnitas. i. pmanentia rerũ mortaliũ. quod natura appetit. interdũ coercet voluntas. sicut patet in continentibus. adeo hec charitas. i. appetitus sui sup. manendi nõ pcedit ex animali motiõe. sed ex naturali intentione quã deus indidit nature.

¶ Dedit enim prouidentia creatis a se reb' hãc vel maximã manendi causã vt quoad possunt na turaliter manere desiderent. Quare nihil est q vllo modo queas dubitare: cuncta que sunt ap petere naturaliter constãtiã permanẽdi. deuita re perniciẽ. b. Confiteor inq̃ nunc me indubita to cernere. que dudum incerta videbantur.

¶ Dedit enĩ pũidentia diuina reb' creatis a se. hanc maximã cãm manendi. vt desiderent permanere naturaliter q̃diu possunt. quare nihil est q vllo mõ queas. i. possis dubitare. cũcta que sunt naturaliter appetere constantiã per manendi. ⁊ deuitare perniciem. qð boetius cõcedens dicit Cõfiteor inq̃. nunc me cernere indubitato. i. sine dubitatione que dudũ incerta videbant' sup. q vegetabilia ⁊ inanimata naturaliter appetũt pmanentiã essendi. ¶ Notandũ q duplex est appetitus naturalis ⁊ animalis. Naturalis est qui consequitur formã naturalẽ. ⁊ quia prima pfectio illius quod habet formã naturalẽ est eẽ. iõ appetitus cuiuslibet rei naturalis ẽ ad suũ esse habendũ si careat. vl' ad cõseruãdũ si habeat. Appetitus aialis est qui consequit' formã apprehẽsam. ⁊ si ẽ forma apprehẽsa p sensus. sic ẽ appetitus sensitiuus. qui semp tendit in cõueniẽtia nature. si aũt est forma apprehensa p itellectũ. tunc semp inclinatio conueniẽs est appetitus rõnalis qui est voluntas ⁊ q2 illud qð ẽm se est discõueniens nature sibi est mors. illud homo apprehẽdit quandoq3 tã q̃ cõueniẽs propter aliud annexũ. s. propter premiũ eterne vite. ideo voluntas sepe amplectit' mortẽ quã natura reformidat ex quo p3 q appetit' essendi nõ est primo ⁊ principaliter ex appetitu intellectiuo. sed ex appetitu naturali. Nam appetit' intellectiu' nõ inuenitur in oib' in qb' inuenit' appetit' natural'.

¶ P. Nõ ãt inquit subsistere ac pmanere appe tit id vnum esse desiderat. Hoc eniз sublato nec esse quidẽ cuiq̃ pmanebit. b. Verũ est inq̃. P. Oia igit' inquit vnũ desiderãt. b. Cõsensi. P. Sed vnum idipm mõstrauimus eẽ quod bonũ est. b. Ita quidẽ. P. Cuncta igit' bonum petunt qð quidẽ ita describas licet: ipз bonum esse qð d sideret ab oibus. b. Nihil inq̃ verius excogita ri potest: nã vel ad nihilum cuncta referuntur. ⁊ vno veluti vertice dstituta. sine rectore fluitabũt aut siquid est ad quod vniuersa festinent. id erit omnium summum bonorum.

¶ Nõ autẽз inquit subsistere. Hic pħia resumpta maiore concludit intentũ dicens. quod aũt appetit subsistere ⁊ pmãere. illð desiderat esse vnũ. hoc enĩ sup. vno sublato nõ pmanebit cuiq̃ rei suũ esse dicit Boetius verũ est. cõcludit ergo pħia. Oia igit' vnũ esse desiderant. Et boeti' con sentiẽs dicit cõsensi. ⁊ tunc maiorẽ principalis syllogismi resumit vt cõcludat diffinitionẽ boni dicens. sed nos mõstrauimus vnũ esse idipm quod bonũ est. dicit boetius ita quidẽ. tunc pħia concludit intentũ formãdo diffinitionez boni dicens. igitur cuncta bonum petunt. qð bonũ l3. i. licitũ est. vt ita describas bonum est qð desideret' ab oib' Et dicit boetius nihil veri' excogitari põt. q2 vel ad nihilũ cuncta referũt' ⁊ destituta vno vertice. i. principio cuncta fluitabũt sine rectore. Aut siqd est ad qð vniuersa festinent. illud erit sũmũ oiũ bonoꝝ. ¶ Notãdũ q oẽ qð ẽ vel appetit pfici vel in sua pfectione saluari. cũ igit' pfici ⁊ in pfectione saluari sit bonũ oia appetũt bonũ. ¶ Notandũ cũ dicit' omnia appetũt bonũ ibi non accipit' bonũ precise p bono morali. nec precise pro bono naturali. sed pro bono cõiter accepto. quod bonũ cõiter acceptũ est esse eẽntiale vel accidentale conueniens rei vt pficiatur. vel in sua perfectione saluetur.

¶ P. Et illa nimiũ inquit O alumne letor. ipaз enim medie veritatis notam mẽte fixisti. Sed in hoc patuit tibi quod ignorare te pauloante dice bas. b. Quid inq̃. P. Quis esset inquit rerum oium finis. Is est enĩ profecto qð desiderat ab oib'. quod quia bonum esse collegimus. oportet rerum oium finem bonum esse fateamur.

¶ Et illa nimiũ inquit. Hic pħia ex dictis reducit boetiuз in cognitionẽ cuiusdã quod supra se ignorare confessus ẽ scз quis sit finis oium rerum. Et primo cõmendat dictuз Boetii dicẽs. O alũne nimiũ letor. q2 tu fixisti. i. attigisti notã. i. cognitionẽ. mente medie veritatis. i. perfecte veritatis que est in medio. sed hoc patuit tibi quod dicebas te ignorare pauloante sup. in primo libro sexta prosa. Et q̃rit Boetius. quid inq̃ sup. est illud. dicit pħia. qs esset finis oium reꝝ. Et subdit. Is enĩ est finis omniũ rerũ quod desiderat' ab omnib'. quod quia bonũ esse collegimus: vt p3 ex diffinitiõe boni. oportet vt fateamur bonũ esse finẽ oium reꝝ. Notandũ q p notam medie veritatis intelligit noticiã diuinã. sicut pũctũ est mediũ circuli. a quo oẽs linee ducũtur. sic deus est mediũ veritatis. a quo omnis veritas procedit. ¶ Notandũ q oia appetũt sui finẽ cũ finis sit pfectio rei. ⁊ res destituta suo fine frustrat'. Cũ igit' de ratiõe finis sit esse bonũ. quia auferentes finẽ auferũt naturã boni ex scðo metaphisice. iõ finis oim reꝝ ẽ bonũ.



¶ Metrum. xi. huius tertii libri.
Quisquis pfunda mẽte vestigat verum
Cupitq3 nullis ille deuiis falli.
In se reuoluat itimi lucem visus:
Lõgosq3 in orbem cogat iflectẽs motus.
Animumq3 doceat quicquid extra mollitur.
Suis retrusum possidere thesauris.
Dudum quod atra texit terroris nubes
Lucebit ipso pspicatius phebo.



¶ Metrum vndecimum tertii libri.
Quisquis profunda. Istud est vndecimum metrũ huius tertii quod dicit' gliconicũ ab inuentore. iãbicũ a pede predñante. in quo metro pħia oñdit qũo possum' cognoscere bonũ ⁊ verũ ⁊ puenire in cognitionẽ reꝝ. ex quo boeti' pri' fassus ẽ se nõ scire qð pri' ignorabat. Primo ergo oñdit moduз quo possum' deuenire in cognitioneз veritatis. Secundo assignat cãз eius. ibi. Nõ oẽ. dicit prio. Quisqs vestigat. i. inuestigare vult. verũ profũda mẽte. i. subtili. q3 pro ⁊ cupit falli nullis deuiis. i. falsis opinionibus. que faciunt a vero deuiare. ille resoluat in se. i. excitet intra se. lucem. i. speculationẽ. intimi visus. i. rõnis ⁊ itellectus interioris. ⁊ ipse cogat. idest reducat longos motus. idest operationes anime procedẽtes ab anima. inflectens eos motus in orbẽ. idest in circulum redeundo ad animã. ⁊ quicquid animũ doceat molit'. i. laborat speculando extra. idest circa res exteriores. ille doceat aim retrusũ. i. ad se cõuersum.

possidere suis thesauris. idest potētiis que sunt memoria et intellect⁹. et tūc illō qd atra nubes. idest obscuritas ignorantie. dudū texit. i. occultauit. illud lucebit. i. apparebit ꝑspicatius. idest euidētius ipso phebo. q. d. quod longo tempore fuit obscurū lucidū apparebit intellectui. ¶ Notandū ꝙ qui vult cognoscere verū dirigat rationē et itellectū ad ipsam rez extra et ad rerū proprietates. et si aliqd cognoscit ex his nō statim iudicet. sed in se reuertatur deliberando an ita sit vel nō sit. qr sepe videt̄ hoi esse quod nō est. et non esse quod est. sine enim deliberatione non est iudicandū. quod non est longa deliberatione probatū. ideo dicit phia. reuoluat in se lucē intimi visus. Notandū ꝙ orbis est linea circūducta rediens ad idem. inflectere ergo longos motus in orbem est cum virtus anime ab anima vsqz ad ipsam rem diuertitur. et ad animam reuertitur deliberando an ita sit vel non sit ꝫm ꝙ cognouit.

¶ Nō omne namqz mente depulit lumen
Obliuiosam corpus inuehens molem.
Heret profecto semen introrsum veri.
Quod excitatur ventilante doctrina.
Nam cur rogati sponte recta censetis:
Ni mersus alto viueret fomes corde.
Qd si platonis musa personat verum.
Quod quisqz discit immemor recordatur.

¶ Non omne namqz mente depulit lumen. Hic philosophia assignat causam eius. qd dictū est. scz quare possum⁹ cognoscere verū dicēs. Nā corpus inuehens. i. inducens obliuiosam molē. idest grauitatē qua homo fit obliuiosus nō depullit omne lumē. idest cognitionem veritatis mēte. idest de mente. qr habit⁹ pricipiorꝫ manet in mēte. et subdit ꝓfecto. idest pro certo. semē. i. pricipiū veri. i. veritatis. heret. i. manet introrsum. i. intrinsec⁹ in aīa. qd excitat̄ ventilante. i. exercente doctrina. ꝙ autē semen veri sit in aīa ꝓbat̄ ꝑ hoc ꝙ puer ignarus. quādo recte rn̄dit ad interrogata vtrū dualitas sit numerus par vel impar. vnde dicit. Nā cur rogati. i. interrogati censetis. i. iudicatis. vel respōdetis recta spōte. i. volūtarie. nisi fomes i. radix veritatis mersus. i. latens viueret alto corde. i. ꝓfunda mēte. et subdit ꝙ si musa. i. sapientia platonis ꝑsonat verū illud qd qsqz discit. i. recordatur imemor. i. oblitus. ¶ Notandū ꝙ platoni imponit̄ ꝙ voluerit animas oia sciuisse anteqz coniungerent̄ corpib⁹: sed adiuncte corporibus oia tradidisse obliuioni. sed per studiū et exercitiū sapientiā recuꝑasse. ergo voluit ꝙ scire non est aliud nisi quoddā antiquorꝫ reminisci ad quā intentionē videt̄ hic loqui phia sed nō est dicendū ꝙ scire fiat per reminiscētiā sed scientia de nouo acqrit̄ ꝑ inuentionē vel doctrinā. verum est ꝙ intellectus noster naturalr̄ habet se in cognitionē principiorꝫ: per que virtute intellect⁹ agētis et ꝑ doctrinā deuenit in cognitionem principiatorꝫ. Vn̄ linconiēsis. primo posteriorꝫ dicit. Non solū vox doctoris exterius sonans nec littera visa docet. sed hec duo mouent et excitant Uerus autē doctor est qui mentē vlterius illuminat et veritatē ostendit. ¶ Notandū ꝙ sicut sanitas quādoqz causat̄ a principio intrinseco. s. a corde quandoqz a pricipio interiori et exteriori puta a medico et corde. sed nunqz causatur a principio exteriori sine interiori sic et scientia quandoqz acqrit̄ a principio interiori puta ab intellectu agente: sicut patet in habētibus scientiā per inuentionē. qn̄qz acqritur a principio interiori et exteriori simul. sicut a doctore: et intellectu agente. nunqz autem acquiritur a principio exteriori siue interiori.

¶ Duodecima prosa tertii libri:



Tum ego platoni inqz vehementer assētior: nam me borū iam secundo cōmemoras: primum ꝙ memoriaz corporea contagiōe: dehinc cum meroris mole pressus amisi. p. Tum illa si priora inquit concessa respicias: ne illud quidē longius aberit quin recordearis quod te dudum nescire cōfessus es. b. Quid inqz. p. Quibus ait illa gubernaculis mūdus regatur. b. Memini inqz me inscitiā meam fuisse confessum: sed quid afferas licet iam prospitiā: planius tn̄ ex te audire desidero. p.

¶ Prosa. iz. tertii libri.



Tum ego platoni inqz. Ista est. iz. prosa et vltia huius tertii in qua phia reducit in cognitionez Boetiū alterius cuius ignorantiā prius cōfessus est. s. quibus gubernaculis mūdus regat̄. Prio facit hoc. secūdo boeti⁹ mouet quādā qōnē phie. scda ibi. Ludis ne me. prio ondit phia ꝙ deus oia gubernat sua bonitate. Secūdo ostendit modū quo oia gubernat ibi. Sed quid dicā. tertio ex his concludit maluz nihil eē ibi. Sz vis ne. Primo Boetius assentit dictis platonis in metro. et ondit phia ipsum posse deduci in cognitionē cuiusdā. cuius ignorātiā confessus est. Secūdo philosophia reducit ipm in cognitionē illius. secūda. ibi. mūdū hunc. primo dicit. Tum ꝓ tūc. ego boetius inqz vehementer assentior. i. consentio platoni. Nā me o phia borum sup. ꝙ deus sit finis oium rerū et sūmū bonū. secūdo cōmemoras. idest recordari facis. primum ꝙ amisi mēoriā. i. quod erat in memoria corporea contagione. i. corporis grauedine. et me dehinc. i. secundo cōmemoror bonū cū amisi memoriā. pressus mole. i. pōdere meroris. Tūc phia ostendit ꝙ non tantū borū recordabitur ꝓpter dicta sed cuiusdā alterius qd ignorare se dicebat dicens. si illa priora cōcessa respicias nō aberit longius. s. a memoria tua quin facile recorderis quod dudū cōfessus es te nescire. i. ignorare in primo libro. Et querit Boc. Quid inqz dicit phia quib⁹ gubernaculis mūdus regat̄. et dicit boe. Memini inquā me fuisse cōfessum inscitiā. i. ignorantiaz meā. et licet iā ꝑspiciā. i. agnoscaz. tamē desidero plani⁹ audire ex te quid afferas. i. quid de hoc dicas. ¶ Notandū ꝙ boetius dicit se secūdo cōmemoratū ꝑdictorꝫ. ꝙ de⁹ sit finis rerꝫ: et quid sit summū bonū. Primo postqz mole corporis oppressus est amisit memoriā eorꝫ. et postea ꝑ studiū recordatus est. secundo quia merore et tristitia affectus in ignorantiam eorum lapsus est. sed postea per instructionē philosophie ad memoriam reduxit.

¶ Mundū hunc inqt deo regi paulo an̄ minime dubitandū putabas. b. Ne nunc quidem arbitror inqz: nec vnqz dubitandū putabo. qbusqz in hoc rationibus accedā. breuiter exponā. Mundus hic ex taz diuersis cōtrariisqz ꝑtibus in vnā formam minime cōuenisset. nisi vnus esset qui tam diuersa cōiungeret coniuncta vero naturarꝫ ipsa diuersitas inuicē discors dissociaret atqz diuelleret: nisi eēt vnus qui quod nexuit cōtineret. Non tā vero certo nature ordo procederet: nec tam dispositos motus: locis: tēporibus: efficientia spaciis qualitatibus explicaret nisi vnus esset q has mutationum varietates manens ipse disponeret. hoc qcqd est quo cōdita manēt atqz agitant̄ vsitato cunctis vocabulo deum nomino. p.

¶ Mundū hunc inqt deo regi. Hic phia vult ostendere intentū. et primo admonet boetiū de quodā prius concesso. et boetius illud fatetur et ratione cōfirmat. secūdo philosophia ostendit qbus gubernaculis regat̄ mūdus. ibi. Tūc

illa inquit. Primo dicit. O boeti tu pauloante.s.in primo libro putabas minime dubitandū hunc mundū regi a deo. Dicit boetius minime arbitror. dubitandū. nec vnq̄ putabo. ⁊ ego breuiter exponā quib⁹ rationib⁹ accedā ad hoc probandū. Et innuit boeti⁹ ratiōes suas dicēs. hic mūdus minime cōuenisset in vnā formā ex taz diuersis ⁊ contrariis partibus. nisi esset vn⁹ qui tā diuersa cōiūgeret sup. qui est deus. ⁊ ipsa diuersitas naturarū huius mūdi discors inuicē dissociaret. atq3 diuelleret cōiuncta. nisi eēt qui cōtineret. idest cōseruaret qd̄ nexuit. idest coniunxit qd̄ sup. est deus. ordo do nature tam certus nō ꝓcederet. nec explicaret tam dispositos motus. idest ordinatos motus locis temporib⁹ efficiētia spaciis. qualitatibus. nisi esset vnus q ipse manens. s. immobilr̄ disponeret has varietates mutationum quicqd autez hoc est quo condita. idest creata manent ⁊ agitant. i. mouent illud vsitato cūctis vocabulo nomio deū. ℭ Notandū q̄ boe. innuit tres rōnes q̄ mūdus regat a deo. Prima sumit ex diuersaꝝ reꝝ cōiunctiōe que talis est. Diuersa ⁊ cōtraria nō vniūtur inuicem p se. cū igit mūdus vnitus sit ex partib⁹ cōtrariis ut ex elemētis oportet ut aliqd sit vniēs eas ⁊ hoc ē deus. ergo mūdus regit a deo. Hanc ratiōem tangit ibi. Mund⁹ hic. Secunda ratio sumit ex contrarioꝝ simul coniūctorum conseruatione. que talis est. Diuersa cōtraria ex proprietate sue nāe dissocient abinuicē nisi ab aliquo ꝯseruētur. s3 partes mūdi sunt diuerse ⁊ cōtrarie. ergo. ⁊c. Hanc ratiōz tangit ibi. Coniuncta vo. Tertia ratio sumit ex ordinata motuum dispositiōe que talis ē. Nihil certitudinaliter ⁊ regulariter mouet ſm dispositionē loci tempis efficiētie. spacii ⁊ q̄litatis nisi sit vnū rectificans ⁊ regulans s3 motus eoꝝ qui fiūt in mundo fiunt regulariter ſm p̄dicta quinq3. ergo necesse ē ponere rectificantē ⁊ regulantē qd̄ est deus. ergo mundus regit a deo. Hanc rationē tangit ibi. Non tā vo certus. ℭ Notādū q̄ regulares motus fiūt in mūdo locis q̄tum ad proximationem ⁊ elōgationē solis in obliquo circulo. fiūt etiā tēpibus q̄tum ad variationē diei et noctis. fiunt efficientia. q2 luna efficit augmētationem ⁊ diminutionē humidoꝝ ſm sui crescentiā ⁊ decrescentiam ⁊ efficit fluxum ⁊ refluxum maris. fiunt ēt ordinati motus spaciis: q2 luna ⁊ alii planete maiori et minori spacio quādoq3 distant a sole ⁊ ab inuicē. ēt fiunt q̄litatibus: q2 in estate causat calor. in hyeme frigus.

ℭ Tum illa: cum hec inq̄t ita sentias: paruam mihi restare operaz puto. ut felicitatis cōpos patriā sospes reuisas: sed que proposuimus intueamur Nonne in beatitudine sufficientiā numerauim⁹ deūq3 beatitudinem ipsam eē cōcessimus. b. Ita quidem. p. Et ad mundū igitur inquit regēdum nullis extrinsecis adminiculis indigebit. alioqui si quo egeat plenam sufficientiam non habebit. b. Id inq̄ ita est necessarium. p. per se igit solum cuncta disponit. b. Negari inq̄ nequit. p. Atqui deus ipm̄ bonū esse mōstratus est. b. Memini iq̄. p. per bonum igit cūcta disponit. Si quidē p se regit omnia: quem bonum consensimus: ⁊ hic est veluti quidam clauus atq3 gubernaculū. quo mundana machina stabilis atq3 incorrupta seruatur. b. Uehementer assentior inq̄: ⁊ id te pauloante dicturam tenui licet suspitione prospexi. p. Credo inquit: iam eniz ut arbitror vigilanti⁹ ad cernenda vera oculos deducis.

ℭ Tum illa cū hec inquit ita. Hic phia supposito q̄ mundus regat a deo probat. q2 ab ipso regatur p suam bōitatem ⁊ dicit. O boeti cū hec ita sentias q̄ mundus regitur a deo. puto mihi restare paruā operā. i. paruū laborē ut tu cōpos. i. potens felicitatis. sospes. idest sanus. reuisas patriam. i. cognoscas beatitudinē. Tūc ꝓbat q̄ deus regat mundum sua bonitate dicens. intueamur que proposuimus. nōne numerauimus supra in. 9. prosa in beatitudiē esse sufficientiam ⁊ cōcessimus deū esse ipsam beatitudinē dicit Boetius. Ita est inq̄. ex hoc concludit philosophia deum nullo indigere ad regendū mundū. dicit ergo. ad mundū regendū deus nullis extrinsecis adminiculis idigebit. alioquin si ita esset q̄ aliquo egeat. nō habebit plenam sufficientiam. Et dicit Boe. Illud inq̄ ē necessariū Ideo concludit phia. deus cūcta disponit. i. regit. p se solum. dicit boetius. negari nequit. sed deus monstratus ē esse ipm̄ bonū: memini inq̄ dicit boe. ergo p bonū de⁹ cūcta disponit: siquidē per se regit omnia. que consensimus eē bonū. ⁊ hic deus est veluti quidā clauus atq3 gubernaculum. quo machina mūdana seruatur stabilis ⁊ incorrupta. dicit boe. vehemēter. i. valde assētior. ⁊ illud te dicturam pauloante. prospexi. licet tenui suspitiōe: dicit phia. Credo inq̄t q̄ hec preuidisti. iā eni ut arbitror vigilantius q̄ prius deducis oculos ad vera cernenda. ℭ Notandū q̄ ex littera accipiunt due rōnes ad probādū intētū. prio probat q̄ deus p se regit omnia et talis in beatitudine est summa sufficiētia sed de⁹ est beatitudo. ergo in deo ē summa sufficientia tale autem non indiget extrinsecis gubernaculis. ergo per se deus regit omnia. Scd̄a ratio ꝓbat q̄ deus per suaz bonitatē que nō distiguit a deo regit oīa sicut deus p se regit omnia vt visum est: sed deus est ipm̄ bonū ergo per bonum regit omnia. ut patet de se quia ꝓ sua bonitate ⁊ clementia.

ℭ Sed quod dicam non minus ad contuendum patet. b. Quid inq̄. p. Cum deus inquit omnia bonitatis clauo gubernare iure credat. eademq3 omnia sicuti docui. ad bonum naturali intentione festinent. nū dubitari potest qn voluntarie regant seq3 ad disponentis nutū veluti conueniētia contēperataq3 rectori sponte conuertant. b. Ita inq̄ necesse est nec beatū regimen esse videret. siquidem detrectantiū iugum foret. non obtempantium salus. p. Nihil ē igitur qd̄ naturā seruans deo cōtraire conetur. b. Nihil inq̄. p.

ℭ Sed qd̄ dicam Hic ponit per quē modum deus omnia gubernat. Et primo ostendit q̄ omnia gubernat suauiter. q2 oīa sibi obediunt. Secundo q̄ gubernat omnia q2 nihil sibi resistere potest. secūda ibi. quid si conet prio dic Illud quod dicā non minus patet ad contuendū. idest ad desiderandū. ⁊ dicit boetius. quid inq̄. Et dicit philosophia: cum deus iure credat omnia gubernare clauo bōitatis sue. ⁊ oīa festinent naturali intentione ad bonū. sicuti docui prius in prosa decima. num pro nūquid. potest dubitari. quin voluntarie regantur et sponte cōuertant se ad nutum disponentis veluti conuenientia. i. obedientia. ⁊ cōtemperata. i. coaptata suo rectori. dicit boetius. Ita iq̄ necesse est. quia non videret beatū esse regimen dei. si foret iugū detrectantiū. i. recusantiū sicut bos lasciuus recusat iugū ⁊ si nō eēt salus obtēperantium. idest obedientiuz ergo dicit philosophia: nihil est quod naturam seruans conetur. idest laboret cōtraire deo. Dicit boeti⁹. Nihil inq̄. ℭ Nota q̄ cū gubernare nihil aliud sit nisi in finez ordinare. nec aliud est deū per bonitatē gubernare. q̄3 p bōitatē in finē dirigere. ⁊ cum oīa naturaliter tendant ad bonum tanq̄ in finē: manifestū est q̄ omnia sponte in finez dirigūtur ⁊ ita naturaliter omnia spōte obediūt gubernāti. ⁊ per consequēs deus regit omnia suauiter. ℭ Nota q̄ voluntariū ſm pfectam sui ratiōem tantū inuenit in habētibus voluntatē. sed extendendo voluntariū ad oēm ap

petitum nõ coactum sicut potest reperiri in omnibus. ⁊ sic accipitur hic. ¶ Nota q̄ nihil seruans naturã repugnat deo licet eni peccator videat deo repugnare ipse non seruat naturã. q̄r peccatũ diminuit ⁊ deprauat naturã. Etiã boe. loquit hic de appetitu nature vt patet ex supioribus

¶ Quid si conet ait: nuȝ tandẽ proficiet quicq̄ aduersus eum quẽ iure potentissimũ beatitudinis esse cõcessimus. B. Prorsus inq̄ nihil valeret p. Non est igit aliquid qd̄ summo huic bono vel velit vel possit obsistere B. Non inq̄ arbitror. p. Est igit summũ bonum inqt quo regit cuncta fortiter suauiterqȝ disponit. b. Tum ego q̄ inq̄ me nõ mõ ea que cõclusa summa rationũ: veruȝ multomagis hec ipsa quibus vteris verba delectant: ut tandem aliquando stulticiam magna lacerantem sui pudeat. p. Accepisti inquit in fabulis lacessentes celũ gigantes: sed illos quoqȝ vti condignum fuit benigna fortitudo disposuit.

¶ Quid si conetur: ait num tandem. Hic ostendit p̄hia q̄ deus regit oia fortiter: q̄r nihil est quod possit sibi resistere. Secundo confirmat hoc p̄ quandã fabulam. ibi accepisti. Primo dicit. Si quid conet resistere deo. nũquid aliquid ꝓficiet aduersus eũ quẽ cõcessimus esse potentissimũ iure beatitudinis. i. ex eo q̄ ẽ beatitudo. dicit Boeti⁹. Prorsus nihil valeret supple resistere. Igitur dicit p̄hia non est aliquid quod huic summo bono vel velit vel possit obsistere. Dicit boetius. Non arbitror. Ideo dicit philosophia summum bonũ est quod regit cũcta fortiter, suauiterqȝ disponit. dicit Boetius q̄. i. q̄tum. me ea summa rationuȝ que modo conclusa est non modo. i. non tantũmodo me delectat. verum pro sed hec ipsa verba quibus vteris multomagis delectant me. ita ut stulticiã. idest me stultum lacerantem. i. male reprehendentem. magna. s. q̄ tangunt diuinam gubernationem pudeat sui. Tunc confirmat per fabulam q̄ nihil potest resistere deo que talis est. Gigantes volentes expellere deos de celo posuerunt montem super montẽ ut ascenderent: quod videns iupiter ipsos fulmine deiecit ⁊ montibus depressit. ⁊ hec in secundo metamorpheos. Unde dicit. O boeti accepisti. i. didicisti in fabulis gigantes lacessentes. idest lacerare volentes celuȝ. sed fortitudo benigna. s. dei. illos disposuit ⁊ deposuit vti condignũ fuit. ¶ Nota philosophia hic alludit verbis sacre scripture que dicit Attingit ergo a fine vsq̄ ad fineȝ fortiter et disponit omnia suauiter: ideo dicit boetius se non tantum delectari in istis rationibus quantum in suis verbis.

¶ Sed visne rationes ipsas inuicem collidamus forsitan ex hmõi conflictatione pulchra quedaȝ veritatis scintilla dissiliet. b. Tuo inq̄ arbitratu p. deũ inquit esse omnipotentem nemo dubitauerit. b. Qui quidã inq̄ mente consistat: nullus prorsus ambigat. p. Qui vo ẽ inquit omnipotẽs: nihil est qd̄ ille non possit. b. Nihil inq̄. p. Nuȝ igit deus facere malum potest. b. Minime inq̄ p. Malum igit inquit nihil est cum id facere ille non possit: qui nihil non potest. b.

¶ Sed visne rationes ipsas inuicem. Hic philosophia concludit ex dictis q̄ malũ nihil sit. Et primo petit assensum boetii. d. Uisne ipsas ratiões. idest propositiões ratiõe ꝓbatas. inuiceȝ collidamus. idest cõponamus forsitan ex cõflictatiõe hui⁹ dissiliet. idest procedet. quedã pulchra scintilla veritatis. Et dicit Boe. fiat inq̄ tuo arbitratu. i. tua voluntate. Tunc ponit propositionem manifestã dicẽs. Nemo dubitauerit deum esse omnipotentẽ. Dicit boeti⁹ Nullus prorsus ambigat. qui mente consistat. i. qui sane mentis ẽ Tunc assumit aliã propositionẽ dicens. qui vo est oipotẽs. nihil est qd̄ ille non possit. dicit boetius nihil inq̄. Tunc ponit aliam propositionẽ deus non potest facere malũ. dicit. boe. minime. igit cõcludit p̄hia. malũ nihil est. cum illud facere non possit. ille qui nihil nõ potest facere. idest oia facere. ¶ Notanduȝ sicut deus est causa efficiens omniũ ita ẽ finis omniũ. vñ quicq̄d fit ab eo ordinat ad ip̄m tanq̄ ad finẽ. si ergo de⁹ faceret malũ ordinaretur ad ip̄m tanq̄ ad finẽ. ⁊ cum ipse sit bonũ malũ ordinaret ad bonũ ergo deus non potest facere malũ tanq̄ aliq̄d p̄ se intentũ. Est ergo conclusio quã p̄hia infert q̄ malũ nihil est ratio cõclusionis est. deus potest facere omne quod est cũ sit omnipotẽs. sed deus nõ potest facere malum. ergo malũ nihil est. Et si diceres si malũ nihil est cuȝ homo damnet pro malo danabit pro nihilo. Dicendũ q̄ malum dicit defectũ boni. nõ negatiue sed priuatiue. ⁊ iõ malum est defectus boni quod debȝ haberi. ⁊ q̄r in potestate hominis est illud habere. ⁊ si nõ habet illud bonũ cum debet habere. ideo damnat ⁊ ponitur exẽplũ. Aliquis tenet soluere centũ libras. ⁊ si non soluat incarcerabit. certum est q̄ non soluere non est aliquid sed nihil. non tantum simplr̄ dicitur aliquis incarcerari pro nihilo sed ideo quia nihil erat quod debuit aliquid esse.

¶ Nam nihil ex nihilo existere vera sententia est: cui nemo vnquā veterum refragatus est. Qūq̄z id illi nō de operāte p̄ncipio sed de materiali subiecto: hoc est oīuz de natura rōnū quasi quoddā iecerit fundamētū. At si nullis ex causis aliqd oriatur: id de nihilo ortū esse videt̄. Quod si hoc fieri nequit. nec casum quidē huiusmodi esse possibile est qualē paulo āte diffiniuimus. B. Quid igitur inquā nihil ne est quod vel casuz vel fortuitū iure appellari queat. An est aliqd: tāetsi vulgus lateat: cui vocabula ista conueniant. p.

¶ Nam nihil ex nihilo existere. Hic ponit aliam rationem ꝓbantē q casus nō pōt esse sine omni causa productus sicut dicebāt antiq. ⁊ arguit sic. Quod est ex nihilo nihil ē sed qđ ē ex nulla causa ex nihilo ē. ergo qđ ex nulla causa est nihil est. Sȝ ẜm antiquos casus ē ex nulla causa. qꝛ est productus sine omni cōnexione causaꝝ. ergo casus nihil ē vnde dicit in littera. Uera sniā est cui nemo vnq̄ȝ veterum refragatus est. i. ꝯtradixit. s. ex nihilo nihil. existere. q̄ȝq̄ȝ illi āntiqui illā propositionē ex nihilo nihil existere iecerint .i. posuerit quasi quoddā fundamētū nō de operante principio. scȝ de deo creatore. qꝛ ille ex nihilo aliqd fecit. sed intellexerunt hoc de materiali subiecto. i. de tota natura fūdata in materia. ⁊ exponit seipm̄ dicens. hoc est de natura omniū rationū. i. de materia que est subiectū formarum naturaliū. Sed si aliquid oriat̄ ex nullis causis. id videtur esse ortū ex nihilo. sed hoc fieri negt vt aliqd oriat̄ ex nihilo ergo nō est possibile casum esse hmōi. i. taleȝ qualē paulo ante diffiniuimus ẜm antiquos q sit euentus temerarius sine cōnexione causaꝝ. Quid ergo dicēdū ē de casu q̄rit boe. Est ne nihil in rerū natura quod iure queat. i. possit appellari casus vel fortuitū vel ē aliqd. tametsi pro q̄ȝuis. lateat vulgus cui ista vocabula conueniāt. ¶ Notandū q hec ꝓpositio ex nihilo nihil existere vera est in comꝑatione ad causam ꝑticularē. que in sua actione ꝓ̄supponit materiā tamē in cōparatiōe ad causā vniuersalē que ē causa totius entis non est vera. Unde dicim⁹ deum oīa creasse ex nihilo ⁊ fide tenem⁹. sed antiqui de isto modo productionis ꝑ creationē nō loquebant̄. sed prio mō. vn̄ aristoteles prio phisi. Impossibile est aliqd fieri ex his q̄ nō sūt de hac. n. opiniōe couenīūt oēs qui de natura sunt.

¶ Aristoteles meus id inquid in phisicis ⁊ breui ⁊ veri ꝓpinqua ratione definiuit. b. quonaꝫ in q̄ȝ modo. p. Quotiēs ait aliquid cuiuspiā rei gratia gerit̄ aliudq̄ȝ quibusdā de causis: q̄ꝫ quod intendebat̄ obtingit: casus vocat̄. Ut si quis colendi agri causa fodiens humū defossi auri pondus inueniat. Hoc igitur fortuito quidē credit̄ accidisse. verū nō de nihilo est. Nā ꝓprias causas hȝ q̄rū improuisus inopinatusq̄ȝ ꝯcursus casum videtur opatus. Nā nisi cultoꝛ agri humū foderet. insi eo loci pecuniam suam depositoꝛ obruisset: aurū non esset inuentuȝ.

¶ Aristoteles me⁹. id iquit in phisicis. Hic pħia soluit questionē de casu ⁊ prio oñdit eā eē solutā ab aristotele ⁊ ostēdit modū eius. scđo declarat q licet casus nō habeat causas ꝑ se: hȝ tn̄ causas ꝑ accn̄s ibi. He sunt igit̄. Primo dicit aristoteles meus. idest doctrina mea nutritus ⁊ deditus definiuit casū in phisicis. i. in secūdo phisicoꝝ breui ratione ⁊ ꝓpinq̄ veri. i. veritati ꝯ̄rit Boetius. Quonā i quā mō. dicit philosophia. Quotiēs aliqd gerit̄. i. fit grā cuiuspiā rei. i. alicui⁹ rei ⁊ aliud obtingit quibusdā de causis quā qđ itēdebat̄ illud vocatur casus. vt si aliqs cā colēdi agri fodiēs humū iueniat pōdus auri defossū: hec inuētio auri credit̄ fortuitu. i. a casu accidisse verū ꝓ sed. talis euētus casualis nō ē de nihilo. i. de nulla causa. sicut dicebat diffinitio antiquoꝝ. nā euēt⁹ casualis. hȝ ꝓprias cās. quarū cōcursus inopinatus ⁊ iprouisus supple ab eo qui aliqd fecit causa alteri⁹ rei. vr̄ opat⁹ eē casū. nisi. n. cultoꝛ agri foderet humū que sup. fossio est vna causa inuentionis auri. ⁊ nisi eo loci. i. loco depositoꝛ obruisset. i. abscōdisset pecuniā suā: que est alia causa iuētionis auri: aurū nō eēt inuētū. ¶ Notandū q casus ẜm arist. est qn̄ aliquid fit ꝓpter aliquē finē: vt fossio agri propter seminationē: si aliqd aliud euenit ex quibusdā causis preter hoc quod itēdebat̄ hoc est casus: vt inuētio thesauri casualis est q̄ nō itēdebat̄ a fossore agri. ex quo ꝑȝ q inuentio thesauri est casualis: nō iō q nō ē ꝓuisa a deo sed qꝛ nō ē ꝓuisa ab homine ⁊ ita casus. nihil ē quo ad deū: sȝ est aliqd quo ad hoieȝ ꝑter cui⁹ itētionem ⁊ ꝓuisionē euenit.

¶ He sūt igit̄ fortuiti cāe cōpendii: qđ ex obuiis sibi ⁊ cōfluētibus causis: nō ex gerētis intētiōe ꝓuenit. Neq̄ȝ. n. vel qui auꝝ obruit vel q agrum exercuit. vt ea pecunia repiret̄ itendit. sȝ vt dixi quod ille obruit. nunc fodisse conuenit atq̄ȝ concurrit.

¶ He sunt igit̄. Hic oñdit philosophia q lȝ casus habeat cās non tn̄ hȝ cās ꝑ se. sed per accidēs dicens. he igit̄ sunt cāe fortuiti compendii. i. fortuiti euentus quod fortuitum cōpendiū ꝓuenit ex causis obuiis ⁊ cōfluentib⁹. nō ex intētione gerentis. nō enim ille qui aurū obruit uel qui agruȝ exercuit. i. fodit intendit ut ea pecūia reperiret̄: sȝ vt dixi ꝑter gerentis intentionem euenit hunc fodere quā ille obruit pecuniā. ⁊ cōcurrit supple inuentio pecunie. ¶ Notādū q cā efficiēs non agit nisi moueat̄ a fine. finis aūt nō mouet nisi ẜm q ē in intentione ⁊ ideo respectu illius effectus qui est in intentione agens est causa ꝑ se: sed si aliqd cōtingat in actione preter intētioneȝ agentis illius agēs est causa per accidens ⁊ sic casus: quia contingit preter intētionē agētis: nō hȝ cāȝ agētē ꝑ se sȝ per accidens.

¶ Licet igitur difinire casum esse inopinatum. vt ex cōfluentibus causis in his que ob aliquid gerūtur: euentū. Concurrere vero atq̄ȝ confluere causas facit ordo ille ineuitabili ꝯnexione procedēs: qui de prouidētie fonte descendēs cūcta suis locis temporibusq̄ȝ disponit.

¶ Licet igit̄ definire. Hic philosophia soluit secūdā q̄stionē ostendēdo quid sit casus. Cōcludit ergo diffinitionem eius ex iam dictis. di. Licet igit̄ definire casum esse euentum inopinatū ex causis confluentibus in his q̄ gerūt̄ ob aliqd aliud. Tūc oñdit quō effect⁹ causalis cadit sub ordine ꝓuidētie. dictū est. n. q casus prouenit ex causis cōfluētibus. Qđ aūt cause confluant hoc prouenit ex ordine prouidētie. vnde dicit. Cās vō cōcurrere ⁊ confluere facit iste ordo supple fatalis procedēs ineuitabili cōnexione. s. causaꝝ. qui descendēs supple ordo de fonte prouidentie cuncta disponit suis tpib⁹ ⁊ locis. ¶ Notandum q diffinitio casus est bona. quia per eā casus distinguitur ab aliis. ꝑ hoc qđ dicit̄. casus est euētus inopinatus excluditur effectus necessario eueniēs. velut frequēter sicut solē oriri vł hoiem nasci cū. 5. digitis in vna manu. Talia enim non eueniūt casualiter ⁊ inopinate. ꝑ hoc quod dicitur ex confluentibus causis. excludit̄ casus primo modo dictus. qui ẜm antiquos ponebat̄ produci ex nulla cōnexione causarū per hoc aūt qđ dicit̄ i his que gerūt̄ ob aliqd aliud per hoc excluditur a casu causalitas per se. casus enim ⁊ fortuna sūt cause ꝑ accidēs. ⁊ fiunt preter intētionē agētis.

¶ Metrum primum quinti libri.

Rupis achemenie scopulis vbi versa sequentum
Pectoribus figit spicla pugna fugax
Tigris ⁊ eufrates vno sese fonte resoluūnt
Et mox abiunctis dissociātur aquis.
Si coeant: cursumq̄ȝ iteꝝ reuocentur in vnum:
Confluat alterni quod trahit vnda vadi.
Conueniant puppes: ⁊ vulsi flumine trunci.
Mixtaq̄ȝ fortuitos implicet vnda modos.
Quos tamen ipsa vagos terre decliuia casus
Gurgitis ⁊ lapsi defluus ordo regit.
Sicq̄ȝ permissis fluitare videtur habenis.

Fors patitur

Fors patitur frenos. ipsaqꝫ lege meat.



¶ Metrum primum quinti libri.

Upis achemēie scopulis. Istud est primū isti us qnti qđ dr̄ metrū elegaicū. ⁊ primū metrū est dactilicū exametrū. secundū est trochaicuȝ pēthametrū. vel dactilicū penthametruȝ. In quo pħia ōndit quōmō euētus casualis se hȝ ad ꝓuidētiā diuinā. Est aūt materia exēpli. ꝙ tigris ⁊ eufrates sūt duo fluii ab eodē fonte procedētes: qui postea abinuicem diuidunt. ⁊ si iteꝝ cōcurrāt necesse est naues ⁊ alia q̄ ꝑ ista flumina deferūtur cōcurrere. q quidē cōcursus ꝓuenit inqꝫtum regunt decursu istoꝝ fluuioꝝ. ⁊ tñ est preter intentionem istoꝝ qui regūt naues eodē mō cōcursus causaꝝ casualis. Q̄uis sit preter intētionē ipsoꝝ agentiū. tñ cōcurūt ꝫ defluxum ordinis fatalis ex regimine diuine prouidentie: ⁊ Q̄uis nobis ignorantibus ordinē diuine prouidentie videat aliquid casuale et fortuitū. tamen in compatione ad deū omnia sunt ordinata ⁊ prouisa. vñ dicit in littera: Tigris. ⁊ eufrates resoluūt se vno fonte scopulis. i. ex cōcauitatibus rupis achemenie. i. mōtis parthie. vbi. scilȝ in parthia fugax pugna versa spicula. i. sagittas figit pectoribus sequentū. est. n. consuetudo ꝑthorum ꝙ fugiendo pugnāt sagittando a tergo cōtra insequētes. ⁊ mox. i. paruuȝ post spaciū tigris ⁊ eufrates dissocianẗ abiūctis aqs sup. aliis ⁊ si dicti fluuii iteꝝ coeant. i. cōueniant. ⁊ reuocenẗ in vnū cursuȝ cōfluant. i. oȝ confluere. illud qđ vnda alterni vadi. i. vtriusqꝫ flumis. trahit. i. secū ducit ⁊ ꝯueniant pupes ⁊ trūci. vulsi. i. eradicati. flumine. i. ꝑ flumen. et vnda mixta. i. confluens. implicet. i. implcabit fortuitos modos. qꝛ vnda faciet concurrere fortuitu naues et truncos. quos tñ vagos casus. i. casuales euentus. regit ipsa decliuia terre. s. depressio terre dans viā fluuio. ⁊ defluus ordo lapsi gurgitis. i. currētis aque regit illos vagos cursus ⁊ ita ē đ euētu casuali respectu prouidentie vñ dicit. fors. i. casus vel fortuna que videẗ fluitare ꝑmissis ha. i. sine regine. illa ꝑatiẗ fre. i. regimia ⁊ meat. i. transit ipsa le. i. ꝑ ipaȝ legē diuine prouidētie. ¶ Nota ꝙ scribitur in genesi. Tigris ⁊ eufrates sunt flumina quoꝝ ortus est in ꝑadiso. Sed hiero. auctoritate Salustii dicit. ꝙ ortus tigris ⁊ eufrates demonstratur in armenia. i. in partia. cui videtur boe. ꝯsentire. Beatus autē august. sup genesim ad litterā istā contrarietatem concordat dicens. Illud cōtingit in istis fluminibus quod in aliis expimur. s. ꝙ aliqñ absorbenẗ a terra ⁊ iteꝝ oriūtur: ⁊ qꝛ hoc sepe potest cōtingere. ideo de ortu ipsoꝝ fluuiorum diuersa possunt dici. Q ñ. n. moyses dicit in geñ. ꝙ oriūtur in ꝑadiso potest intelligi de prima origine eoꝝ sed qđ dicit ab aliis ꝙ alias oriāẗ potest. intelligi de ortu eoꝝ secundario. ¶ Notandū ꝙ ꝑthia est regio quedā que alio noīe dicit achemenia vnde dicunẗ homines ꝑthi. qui vincūt hostes suos fugiendo. sagittas a tergo mittendo. ⁊ sic amor vincēdus est fugiēdo. vñ poeta dixit qua spē matris cedit victoria ꝑthis. cipris ea ꝑte simili quoqꝫ vincitur arte cipris. i. venus que colebaẗ in cipro. ⁊ paup. hen. ꝓscribas igiẗ gladiis ⁊ fustibꝰ ipm sup. amorem. ⁊ fugiendo. fuga. quē fuga sola fugat.

¶ Prosa secunda libri quinti.



Nimaduerto inquā: idqꝫ vti tu dicis ita esse consentio. sed in hac herentium sibi serie causarum est ne vlla nostri arbitrii libertas: an ipsos quoqꝫ humanoꝝ motus animoꝝ fatalis cathena cōstringit: p. Est inquit Neqꝫ enim fuerit vlla rationalis nā quin eideȝ libertas assit arbitrii. naȝ qđ ratione vti nāliter potest: id habet iudiciuȝ quo quodqꝫ discernat ꝑ se: igitur fugienda optandaue dinoscit. quod vō quis optandū iudicat eē: petit. Refugit vō quod existimat esse fugiendum.

¶ Prosa secunda quinti libri.



Nimaduerto inqꝫ. Hic incipit prosa scđa huius quinti in qua incipit determinare de ꝯuenientia liberi arbitrii ad prouidentiā diuinā. et prio q̄rit an liberū arbitriū possit stare cū ꝓuidentia diuina: ⁊ pħia probat liberū arbitriū eē. scđo ostendit quō diuersificaẗ in diuersis: ⁊ tertio ōndit actus liberi arbitrii cadere sub prouidētia diuina: scđa ibi. Sed hāc tertia ibi. Que tñ. Primo dicit. Animaduerto inquā. i. cognosco. quō casus stat cū prouidentia ⁊ ita consentio sic dixisti. ⁊ querit boeciꝰ. Est ne vlla libertas arbitrii in hac serie causaꝝ sibi herentiū. an fatalis cathena. i. fatal' necessitas constringit motus. i. affectus humanoꝝ aioꝝ. Tunc pħia probat liberū arbitriū eē dicēs. Libertas arbitrii est nō obstante predicta ꝯnexione causaꝝ. neqꝫ enim fuerit. i. esse poterit vlla rationalis natura quin libertas arbitrii eidem assit. ⁊ accipiẗ hic rationalis natura large ꝓ omni eo qđ habet cognitionem intellectiuā. probat autem ꝙ oī nature rationali insit libeꝝ arbitriū dicens. Illud qđ potest naturaliter vti ratione: id hȝ iudicium quo discernat vnūqđqꝫ. igiẗ ꝑ se dinoscit. i. discernit fugienda et optanda. quod autē quis iudicat optandū id petit. i. prosequiẗ ⁊ refugit illud quod estimat fugiendum.

¶ Quare quibus inest ratio: ipsis etiam inest volendi nolendiqꝫ libertas.

¶ Quare quibꝰ inest ratio. illis inest libertas volendi ⁊ nolendi. potest ergo sic ratio formari. Omne quod potest vti ratione habet iudiciū cognoscendi fugienda ⁊ optanda: ȝ quod quisqꝫ iudicat optandū prosequiẗ. ⁊ qđ iudicat fugiendū. hoc refugit. ergo oē qđ pōt vti ratione hȝ libertatē volendi ⁊ nolendi. ¶ Notandū ꝙ dicit illud quod vtitur ratione hȝ iudicium quo discernat vnūquodqꝫ. hoc dicit ad differentiam iudicii nālis. qđ est in brutis. quo non iudicaẗ vnūquodqꝫ agendū sed aliqđ ꝑticulare. sicut ouis non iudicat de quolibet fugiendo. sed tātū de lupo. ⁊ apes non habēt industriā ad faciendū aliqđ opus. nisi ad fauos mellis. ȝ iudiciū rōis est de quibuslibet q̄ agunẗ. ¶ Notandū ꝙ dicit qđ habens rōnis iudiciū per se iudicat prosequendum vel fugiendū. ȝ eni bruta quodāmodo cognoscāt fugienda vel prosequēda. non tñ per se: quia non sunt causa iudicii. Homo autem non solū cognoscit finē ⁊ ordinata in finē. ȝ cognoscit ea vniuersaliter ꝑ modū collationis et per modū syllogisticū ēt homo suū iudiciū iudicat. et discernit quia intellectus est virtus conuersa supra se.

¶ Sed hanc non in omnibus equā esse constituo Nam supernis diuinisqꝫ substantiis ⁊ perspicax iudicium ⁊ incorrupta voluntas. ⁊ efficax optatoꝝ presto est potestas. Humanas vō animas liberiores quidem esse necesse est: cum se i mentis diuine speculatione conseruant: minus vero cū dilabūntur ad corpora: minusqꝫ etiam cum terrenis artubus colligantur: extrema vero est seruitūs: cum viciis dedite rōnis ꝓprie possessiōe ceciderint. Nam vbi oculos a summe luce veritatis ad inferiora ⁊ tenebrosa deiecerint. mox inscitie nube caligāẗ. ꝑniciosis turbāẗ affectibus. Quibus accedēdo ꝯsentiēdoqꝫ quā iuerere sibi adiuuant seruitutem: ⁊ sunt quodammodo propria libertate captiue.

¶ Sed hanc non in oībus. Hic ostendit pħia quō liberum arbitriū diuersificaẗ in diuersis. scȝ in angelis et hoībus dicens. Hanc. s. libertatē arbitrii non constituo esse equā. i. equalē in omnibus. qꝛ maior ē i substantiis diuinis q̄ȝ

in hominib⁹. Nam supnis ꝛ diuinis substantiis inest per ſpicax iudicium.i.infallibile iudiciū. ꝛ inest eis icorrupta voluntas.idest inflexibilis ad malum. ꝛ in eis est presto. idest parata.efficax potestas optatorum.qꝛ non est in eis impedimentū executiōis. animas vō humanas necesse est esse liberiores.quando conseruant se in speculatione diui ne mentis.minus vō libere sunt cuꝫ dilabuntur ad corpo ra.i.ad curam rerum corpalium: ꝛ adhuc minus libere sūt cum colligantur terrenis artubus.i.affectibus.quib⁹ mi nus resistere possunt passionibus insurgentib⁹. Extrema vō.i.maxima est seruitus animaꝝ. quando dedite viciis ceciderint a possessione proprie rationis.qua regi.i.dirigi deberent in agendo. Naꝫ vbi.i.postqꝫ anime deiecerint oculos rationis.ꝛ intellectus a luce summe veritatis. ad inferiora et tenebrosa.i.ad terrēa et carnalia.mox caligāt idest obscurant nube inscitie.i.ignorantie: ꝛ turbant pni ciosis.affectibus.i.passionib⁹.quib⁹accedēdo et consētiē do adiuuant.i.augmentant seruitutē.quā sibi inuexere.i. induxerunt et anime viciosoꝝ sunt quodāmodo captiue ꝓ pria libertate: ¶ Notādū ꝙ liberum arbitriū est libertas iudicandi ꝛ exequēdi res. Uel ſm boetiū sup primo piar menias.liberū arbitriū est de voluntate iudicium animi nullo extrinseco aut violenter cogente aut violēter impe diente:nullo cogente ad faciendū qđ displicet nullo impe diente ne fiat qđ placet. ¶ Notandū ꝙ liberū abitriū in duobus consistit in libertate iudicandi. ꝛ in libertate exe quendi iudicata.primū scꝫ libertatē iudicandi ipedit igno rantia sed libertatē exequendi impedit impotētia executio nis ꝛ corruptio voluntatis. Quandoqꝫ enim possumus perficere:tamen voluntate corrupta vicio non perficim⁹. In substantiis aūt separatis non est ignorantia iudicandi nec impotentia perficiendi:nec corruptio volūtatis. ergo in eis est maxima libertas arbitrii. Intelligentie enī in nul lo falluntur.ergo habent pspicax iudiciuꝫ ꝛ nunqꝫ volūt nisi bonū.ergo in eis est incorrupta voluntas ꝛ possunt pficere quicqd desiderant ergo in eis est efficax potestas optatorum. ¶ Notādū ꝙ quidam dixerūt fuisse de inten tione platonis animas humanas sil'cē creatas in celo. ꝛ postea descēdere in corpa.ꝛ in eis detineri tanqꝫ in vincu lis.ſm illos gradus libertatis aiarū humanaꝝ quas pōit in littera sic distinguuntur.s.ꝙ cū sint in celo create in cō templatione diuine mentis sunt maxime libere.cum autē desiderio corporū incipiūt descendere ad corpus sunt mi nus libere. cū āt iam sunt colligate corpibus adhuc sunt minus libere.sed minima libertas est in eis quando sub duntur viciis.ista tamen expositio non tenet scđm verita tem.ideo aliter exponit ꝙ illas animas necesse est eē libe riores que cōtemplationi diuine inseruiūt ut anime vir tuosoꝝ ꝛ contemplatiuoꝝ quoꝝ conuersatio in celis est.il le autem sunt minus libere q̄ dilabūtur ad corpa.i.que de scendūt ad curā rerū tempalium.sicut sunt practici q ne gociantur circa bona tempalia ad cōmunem vtilitatē dis pēsanda.adhuc minus libere sūt anie q̄ terrenis artubus colligantur.i.q̄ descendūt ad curandū propriū corpus et ad propriā vtilitatē.minime āt libere sūt que subdite vicii s rationem amittūt.viciosus non vnius tantū dñi est seru⁹ sed tot dñoꝝ quot vicioꝝ ſm beatū augustinum.

¶ Que tamen ille ab eterno cuncta prospiciens ꝓuidētie cernit ītuitus.ꝛ suis q̄qꝫ meritis prede stinata disponit:omnia videt ꝛ omnia audit.

¶ Que tamē ille. Hic ostendit phia quod actus liberi arbi trii cadunt sub prouidentia diuina.qꝛ ꝑꝑ hoc ꝙ diuina cognitio se extendit ad omnia dicens. Que oia dicta quo ad diuersos gradus libertatis ꝛ quo ad omnes actus in de prouenientes.cernit ille intuitus prouidentie diuine cū cta prospiciens.ꝛ queqꝫ ꝑdestinata disponit suis meritis reddēdo bonis bona ꝛ malis mala.ꝛ hoc confirmat au ctoritate greca q̄ sonat in latino. Omnia videt deus ꝛ oia audit vel ſm alios sonat deus illustrat oia clarius qꝫ sol.

¶ Notandum ꝙ lꝫ diuina prouidentia ab eterno oīa ꝑ ſpexit.non tñ ꝑꝑ hoc necessitat liberꝫ arbitrium ad facien dum bonū vel malum qꝛ ſm aristot.3.eth. Homo est do minus suaꝝ opationū a pricipio vsqꝫ ad fineꝫ.ꝛ ergo ſm merita operationū liberi arbitrii recipit penam vel ꝑmiū.

¶ Metrum secundum quinti libri.

Puro clarum lumine phebum
Melliflui canit oris homerus.
Qui tamen intima viscera terre
Non valet aut pelagi radiorum
Infirma perrumpere luce
Haud sic magni conditor orbis.
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terre mole resistunt.
Non nox atris nubibus obstat
Que sint.que fuerint: veniantqꝫ
Uno mentis cernit inictu.
Quem quia respicit omnia solus
Uerum possis dicere solem.

¶ Metrum secundum.quinti.libri.

Puro clarū lumine phebū: Istud ē metrū scđꝫ hui⁹ quinti qđ dicit archiloicū ab inuentore dactilicū a pede ꝑdominante.in quo phia cō mendat excellentiam diuine cognitionis.i cō patione ad solē materialem dicens. Homerus oris melli flui.i.dulcis eloquētie canit.i.describit phebū.i.solē cla ruꝫ puro lumine.forsitan enī homerus fecit librū de clari tate solis.q.s.sol nō valet ꝑrumpere.i.penetrare.intima viscera.i.ꝑfunda terre et pellagi.i.maris. Infirma.i.de bili.luce radioꝝ.haud sic.i.nō sic hꝫ se cōditor magni or bis.s.deus:sꝫ ipse sua cognitiōe penetrat oia cuꝫ nihil pos sit ipm latere. huic.s.conditori tuenti.i.respicienti cuncta ex alto.scꝫ celo.terre sibi resistunt nulla mole.i.magnitudi ne sicut obsistūt radiis solis.nec etiā nox obscura obstat si bi atris nubibus imo in vno ictu mētis.i.in vnico men tali intuitu.cernit que sunt q̄tum ad ꝑñtia que fuerūt q̄ tum ad ꝑterita.que vēiunt q̄tum ad futura quē.s.ꝯdito rem.qꝛ respicit oia sol⁹.tu possis.dicere verū solē. ¶ No tandum lꝫ deus oia cognoscēdo ꝑuideat etiā illa q̄ fiunt ex libero arbitrio: voluit tamen quasdā creaturas esse libe ri arbitrii qꝛ hoc magis decet diuinā bonitatem.sic eniꝫ meli⁹ et nobilius est regnuꝫ in quo non tantū seruit regi a seruis sed etiam a liberis.qꝫ vbi tantū seruit a seruis. Sic meli⁹ erit regnū dei et decentius ex hoc ꝙ sunt alique crea ture libere seruientes.sicut homo et angelus:quā si essent sole creature seruiliter operantes:cuiusmodi sunt omnes creature preter hominem et angelum.que ex determinatō ne nature necessitant ad sua opera.

¶ Prosa tertia quinti libri.

Tum ego. En inq̄ difficiliori rursus am biguitate cōfūdoꝛ.p. Quenā iqt ista ē iā.n.qbus pturbare cōiecto. B.

¶ Prosa tertia quinti libri.

Tum ego. En inqꝫ. Hic incipit tertia ꝓsa hui⁹ q̄nti in qua boeti⁹obiicit.cōtra ꝑdicta: ondēs nō posse sil'stare ꝓuidētiā et liberū arbitrium Et prio ꝑmittit ꝙ dicta possunt habere dubitatione secū do ponit rōnē dubitationis ibi. Nimiū inqꝫ. ꝑrio dicit Tū.ꝑ tūc finitis ꝑdictis. Ego boetius inqꝫ. O philoso phia rursus ego cōfundoꝛ. difficiliori ambiguitate. Et q̄ rit philosophia quenā ē ista ambiguitas.iā.n.cōiecto. i. iudico.quibus tu pturbare.i.pturbaris. ¶ Notādū ꝙ cō iectare ē ex aliqb⁹signis aliquid putare.ꝛ sic philosophia coniectat per locū a cōiter accidentibus dubitationeꝫ boe

tii.quia

tii. q2 cōiter quicūq3 loquebantur de prouidentia ⁊ libero arbitrio dubitant de compassibilitate eorum.

¶ Nimium inq3 aduersari ac repugnare videtur prenoscere vniuersa deum: ⁊ eē vllum libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit deus: neq3 falli vllo modo potest: euenire necesse est quod prouidentia futurum esse preuiderit. Quare si ab eterno: non facta hominū modo: sed etiā consilia volūtatesq3 p̄noscit: nulla erit arbitrii libertas: Neq3 enim vel factum aliud vllum vel que libet existere poterit voluntas: nisi quam nescia falli prouidentia diuina p̄senserit. naz si aliorsuz q̄ prouisa sunt detorqueri valent: non iaz erit futuri firma p̄sentia: sed opinio potius incerta. qd̄ de deo nephas credere iudico.

¶ Nimiū inq3. Hic boetius exprimit suā dubitationē ostēdens prouidentiā ⁊ liberum arbitriū eē incōpassibilia. primo facit hoc. secundo excludit quasdam vias quibus aliq conabant̄ defēdere. prouidentiā ibi. Quid igit̄. Ad p̄bandum ergo icōpassibilitatē p̄dictoꝝ pōit tres rōes. scd̄a ibi Ad hec. tertia ibi. Postremo p̄io ponit primā rationē. secundo excludit quandā solutionē ei⁹. ibi. Neq3. n. Primo modo dicit. Nimiū videt̄ aduersari ⁊ repugnare deum prenoscere vniuersa. ⁊ esse vllū libertatis arbitriū. Quod autem ista repugnāt: probat. nā si deus prospicit cūcta. neq3 vllo modo falli pōt. necesse est euenire illud quod p̄uidētia p̄uiderit esse futurū. qd̄ si nō eueniret falleret̄ p̄uidētia. Quare si ab eterno nō mō. idest non tantū facta hoim sed etiam consilia et voluntates p̄noscit. nulla erit libertas arbitrii. sed omnia euenirēt de necessitate. Q̄ d̄ aūt deus sua prouidentia omnia precognoscat declarat. Neq3. n. poterit existere aliquod factuz vel aliqua volūtas nisi quā presenserit. i. presciuerit p̄uidentia diuina. nescia. i. nō potens falli nec possunt aliter euenire q̄3 preuisa sunt. nam si valent detorqueri aliorsum. s. ut aliter eueniāt q̄3 preuisa sunt. non erit iam firma prescientia dei sed potius erit incerta opinio. quod iudico nephas credere de deo. ¶ Notandum q̄ ex littera sic format̄ ratio. Illa que prouident̄ infallibiliter de necessitate eueniūt sed oia prouidēt̄ a deo infallibiliter ergo omnia de necessitate eueniūt. ⁊ sic perit libertas arbitrii. ¶ Notandū q̄ scientia dei nō est opinio q2 opinio est eoruz que sic ⁊ aliter se possunt habere. ex primo posteriorum. scientia autem est eorum que non possūt se aliter h̄re ergo scientia dei non est dicenda opinio.

¶ Neq3 enim illam probo rationem: qua se q̄daz credunt hunc questionis noduz posse dissoluere Aiunt enim non ideo quid esse euenturuz quoniā id prouidentia futuꝝ esse prospexerit: sed ecōtrario potius: quoniam quod futurorum est id diuinam prouidentiam latere non possit. Eoq3 modo necessarium est hoc in contrariam relabi partem. neq3 enim necesse est contingere que preuidentur: sed necesse est que futura sunt prouideri.

¶ Neq3 enim illā probo rationem. Hic p̄hia excludit quādam responsionem que posset dari ad predictam rationez Et primo ponit eā. secundo eā excludit ibi Quasi v̄o. Primo dicit. Neq3 enim probo. i. approbo illaz rationē. i. responsionē qua quidā credūt se posse dissoluere nodum. i. difficultatem questionis. Aiunt enim non ideo q̄d eē vēturum. q̄m prouidentia p̄spexerit illud esse futurū. i. vēturum. sed potius econtrario. i. econuerso. q̄m qd̄ futurum est: illud non possit latere prouidentiam diuinam quasi dicat. euentus rei est causa prescientie. ⁊ non econuerso. ⁊ id̄o ex euētu debet concludi necessitas prescientie non econuerso. s̄m eos. Et isto modo necessarium est. hoc sc3 quod cōcluditur de euentu relabi in cōtrariā partez. s. ut quod cōcluditur de euētu. hoc cōcludatur de p̄scientia. Neq3 eni necesse est contingere que prouident̄ s̄m eos. sed que futura sunt necesse ē prouideri. ¶ Notandū q̄ prior ratio p̄tendebat q̄ oia futura de necessitate eueniant. q2 deus futura infallibiliter preuidet. responsio autē quorundā dicit contrarium. Dicit enim non id̄o q2 deus p̄uidet futura necessario eueniūt: sed q2 ventura sunt id̄o deus ea preuidet.

¶ Quasi v̄o que cuiusq3 rei causa sit prescientia: ne futuroꝝ necessitas sit: an futurorū necessitas cā preuidentie laboret̄. Ac non illud demonstrare nitamur quoquo mō se habeat ordo causaꝝ: necessariū eē euētum prescitaꝝ reꝝ: et si prescientia futuris reb⁹ eueniēdi necessitatē n̄ videatur inferre. Et eni si q̄spiam sedeat: opionem q̄ eū sedere coniectat veram eē necesse ē. Atq3 ecōuerso rursus si de quopiā vera sit opinio q̄m sedet eū sedere necesse est. In vtroq3 igit̄ necessitas inest in hoc quidē sedendi. at v̄o in altero veritatis. s3 non idcirco quisq3 sedet: q̄m vera est opinio: sed hec potius vera est: q̄m quēpiam sedere p̄cessit. Ita cū3 causa veritatis ex altera parte procedat inest t̄n cōmunis in vtroq3 necessitas Similia d̄ prouidētia futurisq3 rebus rōcinari patet. nam etiam si idcirco quoniam futura sunt prouident̄. non v̄o ideo quoniā prouidentur eueniunt. nihilominus t̄n a deo vel ventura prouideri vel prouisa euenire necesse est quod ad perimendā arbitrii libertatē solum satis est.

¶ Quasi v̄o. Hic excludit istam responsionē dicens. Ista responsio procedit quasi laboraret̄ querendo cui⁹ rei cā sit p̄sciētia. vtrū sit causa necessitatis futuroꝝ: vel vtrū necessitas futuroꝝ sit causa p̄uidentie. sed nos nitamur. i. laboremus hoc demonstrare. s. necessariū esse euentū reꝝ p̄scitarū quoquo mō. i. quocūq3 modo se habeat ordo cāꝝ Etsi p̄ q̄3uis. p̄scientia non videat̄ inferre necessitatē eueniendi reb⁹ futuris. Quod declarat in exēplo dicens. Si aliquis sedeat: necesse est opinionem eē verā q̄ cōiectat eū sedere. ⁊ econuerso si de aliquo vera sit opinio quia sedet necesse est eū sedere. igit̄ in vtroq3. s. in opinione ⁊ sedente est necessitas. in hoc. s. in sedente est necessitas sedendi. i alтero. s. in opinione est necessitas veritatis: sed non iccirco quisq3 sedet supple causaliter. q̄m vera est opinio. quia veritas opinionis non est causa sessionis. sed hec. s. opinio potius est vera. q̄m precessit quēpiam. i. aliquem sedere. ⁊ ita cum causa veritatis ex altera p̄te procedat. tamē in vtroq3 est communis necessitas. et eodē mō contingit arguere de p̄uidētia et de his que prouidēter. vnde dicit. p3. i. māifestū est. rōcinari de p̄uidētia et de rebus futuris. Nam etsi pro q̄3uis iccirco prouidētur: quoniā futura sunt. nō tam̄ ideo eueniūt quoniā p̄uidētur nihilomin⁹ tamē necesse ē a deo vel vētura prouideri: vel p̄uisa euenire. ita q̄ vtriq3 parti inest necessitas q̄3uis alteri⁹ causalitas. quod solū satis est. i. sufficit ad p̄imendam libertatem arbitrii. ¶ Notandū q̄ respōsio ista quā innuit in literra videt̄ fuisse ipsius Origenis. qui supra epistolā ad Ro. sic dicit. Non p̄ pterea aliquid erit. q2 illud deus scit futurū: sed q2 futurū est ideo scit̄ a deo anteq̄3 fiat. Quod tamē potest intelligi dupliciter. vno mō q̄ euentus rei sit causa prescientie s̄m rationem consequētie. ⁊ sic respōsio est vera. Alio mō potest intelligi q̄ euētus rei sit causa prescientie s̄m existētiā. ⁊ sic

est falsa. et hoc modo iprobat hic a boetio. Primo ergo ōndit boetius q̄ ista rñsio non est ad ꝓpositū. scd̄o ōndit q̄ non includit veritatem ibi. Jam vero.

¶ Jam vō q̄ꝫ preposterū est ut eterne prescientie temporalium rerum euentus causa eē dicatur. Quid est autem aliud arbitrari. ideo deum futura qm̄ sunt euentura ꝓuidere: q̄ꝫ putare q̄ olim acciderunt causam summe illius esse ꝓuidentie

¶ Jam vō. Hic pħia ōndit q̄ ista respōsio includit falsitatem. q2 ponit q̄ aliquod temporale sit causa eterni. dicūt enim q̄ res future sint causa ꝓuisionis eterne vnde dicit. Jam vō preposterum est. i. ꝑuersum est. ut euentus rerū tempalium dicat̄ esse causa eterne p̄scientie. qd̄ dicitur in ista respōsione. vnde subdit. Quid est aliud arbitrari. deū ideo ꝓuidere futura qm̄ sunt euētura. q̄ꝫ putare que oliꝫ acciderunt. s. ipsa futura esse causaꝫ summe prouidētie. q. d. nihil est aliud dicere. ¶ Notandū q̄ nullum tempale est causa eterni sed potius econuerso. Indignius enim non est cā dignioris. eo q̄ causa dignior est effectu. tempale āt indignius est eterno: sic corruptibile icorruptibili. ergo. ꝛc̄

¶ Ad hec sicuti cum quid esse scio idipsuꝫ esse necesse est: ita cū qd futurū noui. idip̄ꝫ futurū eē necesse ē: sic fit igit̄ ut euēt9 p̄scite rei neq̄at euitari.

¶ Ad hec sicuti cū quid esse scio. Hic ponit scd̄am responsionem ad probandū scd̄am conclusioneꝫ dicens. Ad hec supple p̄dicta addenda est hec ratio. sicuti cū scio esse qd. i. aliqd. necesse est idipsum esse: ita cū noui quid futurum necesse est idip̄m esse futuꝝ. sic igitur fit. idest contingit. ut euentus rei prescite nequeat euitari. ¶ Notandū q̄ ratio sic p̄t formari. sicut se habet scientia respectu scibilis p̄ntis. sic prescientia respectu effect9 futuri. ſꝫ cū scio i p̄nti aliquid esse: necesse est ip̄m esse: ergo cum p̄scitur aliquid futurū esse. necesse ē ip̄m futurū eē. sed de9 prescit oīa futura. g°. necessario euēiūt: ꝛ sic iteꝝ tollit̄ libtas arbitrii.

¶ Postremo si quid aliqs aliorsuꝫ q̄ꝫ se se res hꝫ existimet: id non mō sciētia nō est: sed est opinio fallax ab scie veritate lōge diuersa. Quare si qd ita futurum est ut eius certus ac necessarius non sit euentus: id euenturum esse presciri qui poterit. Sicut eniꝫ scientia ipsa impermixta est falsitati. ita id quod ab ea concipit̄ esse aliter q̄ꝫ concipitur nequit. Ea nāqꝫ causa est cur mēdacio scientia careat. q̄ se ita rem quamqꝫ habere necesse est: vti eā sese habere scientia comprehendit.

¶ Postremo si qd aliquis. Hic ponit tertiā rōem ad idē dicens. Si qs existimet aliqd esse aliorsum. i. aliter q̄ꝫ res se habet. illud non modo. i. nō tantū non est scientia: sed ē fallax opinio longe diuersa a veritate sciētie. quare si aliquid ita futurū est. vt eius euētus non sit certus ꝛ necessarius. quō illd̄ poterit presciri euentuꝝ. q. d. nullo mō. Cuius rōm assignat dicens. Sicut ipsa scientia est impmixta falsitati. sic illud qd̄ concipit̄ ab ea non potest aliter eē q̄ꝫ concipit̄. q2 si posset aliter se habere: tūc scientia posset eē falsa. vñ subdit: ista est causa quare scientia careat mendacio. q2 necesse est vnamquāqꝫ rem ita se habere: sicut sciētia comprehendit eam sese habere. ¶ Notanduꝫ q̄ ratio quam intendit est ista. Quicūqꝫ existimat rem aliter esse q̄ꝫ est: eius existimatio est falsa ꝛ non est scientia: sed fallax opinio. ergo si deus prescit aliquod futurū esse. ꝛ si ipsuꝫ non necessario euēit sicut presciuit prescientia dei non erit scientia sed fallax opinio. ergo futura a deo preuisa necessario eueniunt. ꝛ sic perit liberum arbitrium.

¶ Quid igitur. Quonammodo deus hec incerta futura agnoscit. Nam si ineuitabiliter euentura censet que etiam non euenire possibile est: fallitur. quod sentire non modo nephas est: sed ēt voce ꝓferre: At si ita vti sūt: ita ea futura eē decernit: ut eq̄ vel fieri ea vl' ñ fieri posse cognoscat q̄ est hec prescientia que nihil certum: nihil stabile cōprehendit: aut qd hoc refert vaticinio illo ridiculo tiresie: qcquid dicā aut erit aut nō. qd ēt diuia ꝓuidentia humana opiniōe prestiterit: si vti homies incerta iudicat quoꝝ ē incert9 euēt9.

¶ Quid igitur. Hic pħia improbat modos quibus aliq nitunt̄ saluare prouidentiā. ꝛ p2io querit quō possit saluari prouidentia diuina. improbādo duos modos qbus aliq conabant̄ ip̄am saluare. Secundo ponit tertium modum similiter ip̄m improbādo. secunda ibi. Qd̄ si apud. Primo dicit. Quid igit̄ dicemus. quonāmō dici pōt q̄ deus prenoscit hec futura incerta. Primus mod9 est. ut dicat̄ deū ea q̄ prouidet iudicare ifallibiliter quāuis possint nō euenire. sed id est incōueniens. q2 tūc falleret̄ sua ꝓuidentia. vñ dicit. Naꝫ si deus censet. i. iudicet euenire infallibiliter q̄ etiam possibile est non euenire. fallit̄ sup. deus. qd̄ nō mō. i. nō tātū nephas ē sentire de deo. sed etiā nephas est voce ꝓferre. Secūdus modus est ut dicat̄ deum prouidere futura indeterminate sicut sunt futura. sed isto modo ꝓuidentia dei non est certa vnde dicit. Si deus decernit ista futura esse que prouident̄ indeterminate sicut sunt vt. s. cognoscat ea eque. i. equaliter posse fieri vel non fieri. q̄ est ista p̄scia q̄ nihil certū nihil stabile. ꝯp̄hēdit. q. d. talis prouidentia nulla est. ꝛ quid hec prescientia refert. i. differt ab illo vaticinio ridiculoso. Tiresie. q dicebat. qcqd dicā hoc erit vel non erit. Quid etiā. i. in quo diuia ꝓuidentia p̄stiterit. i. preualebit humana opinione. si iudicat incerta sicut homines ea quoꝝ euentus est incertus. q. d. in nullo differt. ¶ Notandum q̄ cū tiresia vidisset duos serpentes. simul coire proiecto baculo ipsos separauit abinuicem ꝛ mutatus fuit in mulieren. Post septimū iterum serpentes coeuntes baculo sepauit. ꝛ mutatus fuit in virum. Cum autem orta fuisset dissensio inter iouem et iunonem an maior esset delectatio in coitu viri q̄ꝫ mulieris. Electus fuit tiresia in iudicem q expertus erat sorteꝫ vtriusqꝫ sexus. Cum autem diceret maiorē eē delectationeꝫ mulieris. Juno cōmota excecauit ipsum. Jupiter aūt sui misertus in recōpensam amissi visus dedit sibi spiritū vaticinandi. Fuit autem hec sua vaticinatio. quicqd dicaꝫ erit vel non erit. Si ergo deus nō aliter p̄sciret futura indeterminata. nisi quia erunt vel non erunt non differt sua prescientia a prescientia tiresie quod est ridiculosum.

¶ Qd̄ si apud illū reꝝ oīum certissimū fōtē nihil īcerti eē potest certus eorum est euentus que futura firmiter ille p̄scierit. Quare nulla ē hūanis consiliis actionibusqꝫ libertas: quas diuina mēs sine falsitatis errore cuncta ꝓspiciēs ad vnum alligat ꝛ constringit euentum.

¶ Qd̄ si apud illū rerum. Hic ponit tertium modū conātiū saluare prouidentiā. Et est ut ponamus omnia euēire de necessitate et auferamus liberum arbitriuꝫ Prio ergo ponit istū modū. secūdo ostendit que incōuenientia sequātur ad ip̄m ibi. Quo semel. Prio ergo cōcludit istum modū dicēs. Qd̄ si apud illum certissimum fōtē omniū rerum nihil pōt esse incerti. certus est euētus eorum que ipse firmiter presciuerit futura. quare nulla erit libertas humāis cōsiliis ꝛ actiōibus. quas diuina mens sine errore falsitatis cuncta prospiciens alligat et constringit ad vnū euētū ¶ Notandū q̄ nulla mutatio cadit circa fontē omniū rerū quia cognitio eius non potest esse incerta. etiam si eēt icerta esset ip̄fecta ꝛ diminuta. si ergo est certa respectu futurorum

rorum

roꝝ. necesse ē ut oia futura p̄scita a deo necessario eueniāt.

¶ Quo semel recepto quantus occasus humanarum rerum cōsequaꝛ liquet. Frustra enim bōis malisq̄ premia penene opponuntur. que nullus meruit liber ac voluntarius motus animoruz: Idq̄ omnium videbiꝛ iniquissimū qđ nūc equissimū iudicaꝛ: vel puniri improbos vel remunerari probos: quos ad alterutrum non propria mittit volūtas: sed futuri cogat certa necessitas: nec vicia igiꝛ nec virtutes quicquā fuerint. sed oium meritoruz potius mixta atq̄ indiscreta confusio

¶ Quo semel recepto. Hic ponit incōueniētia que sequuntur si auferaꝛ liberū arbitriū. Et primo ostendit q̄ incōuenientia sequūtur ex p̄te hominū. secūdo que ex p̄te dei. tertio que ex parte ꝯiunctiōis hominū ad deū. scđa ibi. Quo nihil. tertia. ibi. Igitur nec sperandi. Incōuenientia ex p̄te hominū sunt. si non sit liberum arbitrium frustra ꝓponūtur hominis pene vel premia. ⁊ iniuste puniunꝛ mali et p̄miantꝛ boni. nec erūt vicia nec virtutes in homibus. sicut nec in aliis que agunt necessitate nature ⁊ nō libertate animi. vnde dicit. Quo semel recepto. idest. posito. s. ut negeꝛ liberū arbitriū. liquet. i. manifestū est quantus occasus. i. quanta destructio humanarum rerum cōsequaꝛ. frustra enim proponuntur bonis premia et malis pene. ita statuta ⁊ leges humane erunt inutiles que penas ⁊ premia statuūt que nullus motus animoꝝ liber ac voluntarius meruit ⁊ illud videbitur iniquissimū omniū qđ nūc iudicaꝛ equissimū. s. puniri improbos ⁊ remunerari probos. quos ad alterutrum. idest ad probitatē vel improbitatē nō mittit ꝓpria volūtas. sȝ cogit certa necessitas futuri: igiꝛ virtutes ⁊ vicia non fuerit quicq̄. sed potius erit mixta et indiscreta confusio oim meritorū. scȝ bonorū ⁊ maloꝝ. ¶ Nota q̄ omnes virtutes ⁊ vicia oriūtur ex libera electione boni ⁊ mali. ⁊ simililiter punitio et remuneratio fiunt ꝑꝑ liberam actionē boni vel mali. Si ergo tolliꝛ libertas arbritrii nō erit libera electio. nec libera actio bona vel mala: ⁊ ꝑ cōsequēs nulla erit virtus ⁊ nullū viciū. ⁊ iniuste malꝰ punietur cū ex necessitate malū opereꝛ et iniuste bonus premiabiꝛ cū ex necessitate opeꝛ bonū qđ est absurduȝ dicere

¶ Quoq̄ nihil sceleratius excogitari potest. cum ex prouidentia reruȝ ois ordo ducatur: nihilq̄ liceat consiliis humanis: fit ut vicia queq̄ nostra ad bonorum oim referantur auctorem.

¶ Quoq̄ nihil sceleratius. Hic ostendit incōueniens qđ sequiꝛ ex parte dei scȝ q̄ deꝰ erit auctor malorū. vñ dicit. Cum ois ordo rerum ducaꝛ ex prouidētia diuīa. ⁊ si nihil liceat libere fieri ex hūanis ꝯsiliis. fit. i. sequiꝛ vt vicia nostra referanꝛ ad auctorē omniū. sup. deū quo nihil sceleratius excogitari potest. q̄z deū dicere auctorē maloꝝ qđ tamen necessarium est ablata libertate. ¶ Notandū q̄ defectus in operatione qui defectus nō ē in potestate rei ut entetur necessario est ab agente ⁊ a producēte. Si ergo actio volūtatis nostre non est libera: defectus actiōis ꝺm voluntatem reduceꝛ in deum ⁊ sic deus erit causa defectuū nostrorum quod est absurdum.

¶ Igiꝛ nec sperandi aliquid nec deprecandi vlla ratio est. Quid enim vel speret quisq̄ vel etiam depreceꝛ quando optanda oia indeflexa series cō nectit. aufereꝛ igiꝛ vnicū illū inter homines deū q̄ cōmertiū: sperandi. s. ⁊ deprecandi. Siquidē iuste humilitatis precio inestimabilem vicē diuine gratie promeremur. qui solus modꝰ est: quo cuz deo colloq homines posse videātur: illiq̄ inaccesse luci prius quoq̄ q̄ impetrent ipsa supplicādi ratione coniungi. que si recepta futuroꝝ necessitate nihil viriū habere credātur: quid erit quo summo illi rerum principi cōnecti atq̄ adherere possimus? Quare necesse erit humanū genus vti pauloante cantabas dissaeptuȝ atq̄ disiunctū suo fonte fatiscere.

¶ Igiꝛ nec sperandi. aliqd. Hic ponit incōuenientia que sequuntur ex cōiunctione hominis ad deum. q̄ tollereꝛ actꝰ deprecandi ⁊ actus sperādi: quibꝰ maxie cōiungimur deo vnde dicit. Igiꝛ si tolliꝛ liberū arbitrium: nec vlla ratio ē sperandi aliqd nec deprecandi inter deū ut hoies. Quid enim quisq̄ dep̄cetur vel speret. si series indeflexa cōnectit omnia optanda. q. d. frustra fieret vtrūq̄. igiꝛ aufereꝛ illud vnicū cōmertium. s. sperandi ⁊ dep̄cādi inter deum et homies. vocat autem spem ⁊ deprecationē cōmertium. q̄ istis mercamur omnia beneficia. vnde subdit. siquidem p̄cio iuste humilitatis nos homies promeremur inestimabilem. vicem. i. retributionem diuine gratie qui modꝰ deprecandi solus est quo homines videanꝛ posse colloq cū deo ⁊ cōiungi inaccesse. i. inaccessibili luci sub. deo priusq̄ homines impetrent quod petūt. prius enim p̄ces porrigimꝰ q̄ effectum petitionis cōsequamur. que. s. spes et dep̄catio. si nihil credantur habere virium. recepta. i. cōcessa necessitate futuroꝝ. qd erit quo cōiungi possimꝰ illi summo principio rerū. q. d. nihil. q̄re necesse erit genus humanū dissaeptū. i. disiunctū suo fonte. i. a suo principio supple a deo fatiscere. i. deficere. vti pauloante cantabas in sexto metro quarti libri. ¶ Notandū q̄ actus deprecandi spectat ad intellectū. ⁊ ē oratio ꝺm Jo. dama. ascensus intellectus ad deū vel in deū. quo quidē actu insinuamus deo indigentiam nostram: nō q̄ deo ꝑ insinuationem nostrā aliqd innotescat qđ priꝰ ignorauerit. sȝ ut nos ipsa insinuatione vtendo consideremus in his eē recurrēdū ad diuinū auxilium. Actus autem sperandi pertinet ad voluntatem quia eiꝰ obiectū est bonū futurum. ꝑ istum actum adheremus deo tanq̄ perfecto principio bonitatis: innitētes eiꝰ auxilio ad consequēdū bonū quo indigemus. sed si huiusmōi bonum necessario eueniret uel impossibile esset euēire vterq̄ actus tā deprecandi quā sperandi esset inutilis.

¶ Metrum tertium libri quinti.

Quenam discors federa rerum
q Causa resoluit: quis tanta deus
Veris statuit bella duobus
Ut que carptim singula constent
Eadem nolunt mixta iugari.
An nulla est discordia veris:
Semperq̄ sibi certa coherent.
Sed mens cecis obruta membris
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenues noscere nexus.

¶ Metrum tertium quinti libri.

Quenam discors federa rerū. Hic incipit tertiū q metrū huiꝰ quinti qđ dꝛ adonicū: vel ꝺm alios archilogicū ab inuentore. dactilicū a pede p̄dominātē. in quo facit exclamationē super incōpassibilitate que apparet inter prouidentiā ⁊ liberū arbitriū. Et primo querit quare sint incōpassibilia cū per se considerata sint cōpassibilia. scđo pōit responsionē ad hoc. tertio cōtra responsionē obiicit. quarto obiectionem soluit. scđa ibi. An nulla. tertia ibi. Sed cur tanto. quarta ibi. Aut cum mentem. Primo dicit. Quenaȝ discors cā resoluit. i. separat federa. i. concordias rerum. scȝ diuine prouidentie. ⁊ liberi arbitrii. ne cōpatianꝛ se simul. aut quis deus tanta bel

la statuit duobus veris vt singula vera que carptim. idest sigillatim vel diuisim accepta. constent. idest permanent. eadem tamen mixta. i. coniuncta nolunt iugari. i. copulari. seinuicē compatiēdo. Tunc ponit responsionē dicens. Q d istis duobus verif. s. prouidētie et libero arbitrio nulla est discordia. sed apparentia discordie prouenit ex debilitate nostri intellect⁹. vñ dicit. An est nota solutiōis: nulla est discordia veris. semper certa coherent sibi. sed mēs nostra obruta. idest oppressa. membris cecis. idest cecantibus animā illa nequit igne. i. splendore. oppressi luminis sc3 intellectus noscere tenues. i: subtiles. nexus. idest coniunctiones rerum que videntur discordare. C Notandu3 si cōsideremus prouidentiam diuinā p se: possibile est ea3 esse. si considerem⁹ liberum arbitriū per se. etiam possibile est eū esse ut p3 ex dictis. Sed si considerem⁹ vtrūq3 sil' tūc videnē incompassibilia sicut patet ex rationibus superioribus. sm veritatem autem bene se compatiuntur. sed nobis non apparet. quia intellectus noster oppressus mole corporis non potest se eleuare in huiusmodi cognitionē Nā sm sapientem. Corpus qd corrūpitur aggrauat animam. ⁊ terrena habitatio opprimit sensū multa cogitantē

C Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas.
Scit ne quod appetit anxia nosse:
Sed quis nota scire laborat.
Et si nescit. quid ceca petit.
Quis enim quicq̄ nescius optet.
Aut quis valeat nescita sequi.
Quo ue inueniat: quis repertam
Queat ignarrus noscere formam:

C Sed cur tāto flagrat amore. Hic philosophia obiicit cōtra solutionē. Si eni3 aīa ignorat istas subtiles cōiunctiones: vnde est q desiderat eas scire: cu3 nihil ignotū possit desiderari. vnde dicit. Sed cur aīa flagrat. i. ardet. tanto amore. i. desiderio. repire notas tectas. idest notificatiōes latentes. veri idest veritatis. Scit ne mens illud quod ipsa anxia. idest sollicita appetit nosse. q. d. non. q2 nullus appetit scire illud quod scit. ⁊ hoc est quod dicit. Quis laborat scire nota. q. d. nullus. oportet igit̄ vt̄e q nesciat. ⁊ tunc sequitur aliud incōueniēs. s. q aīa desideret illud qd nescit. vnde dicit. Si nescit illud quod petit. qd petit. idest desiderat. mens ceca. i. ignorans. Q uis enim nescius optet quicq̄. Q uis enim valeat. i. possit. seq nescita. aut quis nescius possit noscere quo inueniat sup. illud quod q̄rit ⁊ quis ignarus. i. nescius queat. idest possit noscere formam repertā. q. d. nullus. C Notandū q dictū est in respōsione q aīa ignorat compassibilitatē prouidentie et liberi arbitrii. sed desiderat eam scire. Contra hoc arguit sic Nullus appetit scire quod scit. Si anima desiderat scire aliqd. vel ignorat illud vel scit. Si scit. ergo non desiderat ipm scire. q2 nullus appetit scire quod scit. cum oīs appetitus sit ratione carentie. Si autem ignorat illud qd desiderat. quomō ignotū desideraē cum voluntas non querat incognitū ideo si ignorat nunq̄ cognoscet. Q uis enim ignotū inueniet. Si enim paterfamilias quereret seruum fugitiuū quē ignoraret posset sibi multotiēs occurrere q ipm nō iueniret sic dicit Linconiensis sup p̄io posterioꝝ

C An cum mentem cerneret altam.
Pariter summam ⁊ singula norat
Nunc membrorum condita nube.
Non in totum est oblita sui.
Summāq3 tenet, singula perdens.
Igitur quisquis vera requirit:
Neutro est habitū. nam neq3 nouit.
Nec penitus tamen omnia nescit.
Sed quam retinens meminit sūmam
Consulit: alte visa retractans.
Ut seruatis queat oblitas addere partes.

C An cum mentē cerneret altam. Hic soluit obiectionem. Ubi notandū q plato posuit animas esse in celo creatas ⁊ habere cognitionem omniū perfectam. sed per lapsum ad corpora eam obliuisci cognitionem reꝝ in particulari ⁊ retinere eam in vniuersali. ⁊ postea per exercitiū recupare cognitionem reru3 in pticulari vnde dicit sic. An est nota solutionis: cu3 aīa cerneret. idest specularet. altā mentē idest pfundam mentē dei. ipsa pariter. i. simul norat. i. nouerat summā. idest vniuersalem cognitionē. ⁊ singula. i. singularem cognitionem rerū. sed nūc ipsa condita. i. tecta nube membrorū. nō ē oblita sui in totū. i. totaliter. sed ipsa tenet summā. i. cognitionē vniuersalem reru3. perdēs singula. i. singularem cognitionem igit̄ quisq3 requirit. i. inuestigat cognoscere vera. talis est neutro habitu sup. ut pfecte cognoscat vel q omnino ignoret vnde dicit. Nā neq3 nouit. s. in speciali ⁊ perfecte illud qd querit. nec penitus nescit omnia. sed ipse meminit. i. in memoria habet. sūmam. idest vniuersalem cognitione3. quam retinēs consulit supple actuali consideratione retractans. i. reuocans p studium alte. i. subtiliter. visa. idest prius in speciali cognita. ut ipsa queat addere oblitas partes ptibus seruatis supple in memoria. C Notandū q secundu3 istam viam platonis solueret ratio prius tacta vel aīa scit quod desiderat. vel nescit. Dico q nescit i speciali ⁊ in ppria forma s3 scit in vniuersali. Et cum dicit̄ nullus desiderat notū: verum est sicut notū in vniuersali. tamen desiderat ipm ut est ignotum in speciali. Et cum dicit̄ si ignorat nūq̄ inueniet. verum est si ignorat tam in generali q̄ in speciali ⁊ si ignorat in potentia ⁊ in actu. si tamen scit in potentia ⁊ in vniuersali. ⁊ ignorat actu ⁊ in propria forma. potest. ip3 inuenire ⁊ addiscere.

Prosa quarta libri quinti.

TUm illa. vetus inquit hec est de prouidentia querela: a Marco tullio cum diuinationem distribuit vehementer agitata. tibiq3 ipsi res diu prorsus multūq3 quesita: sed haud quaq̄ ab vllo vestru3 hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis causa est: q humane ratiocinationis motus ad diuine prescientie simplicitate3 nō potest admoueri. Que si vllo mō cogitari queat nihil prorsus relinquetur ambigui. Quod ita demum patefacere atq3 expedire temptabo si prius ea quibus moueris expediero.

C Prosa quarta quinti libri.

TUm illa vetus inquit Hec est quarta prosa huius quinti. in qua philosophia incipit dissoluere questionem de passibilitate pudentie et liberi arbitrii Et primo tangit difficultatem huius questionis ⁊ causam difficultatis: ⁊ tāgit modū procedendi circa ei⁹ solutionē. scdo dissoluit eā ibi. Q uero. n. Primo dicit. Hec q̄rela. i. q̄stio hec de pudētia est vet⁹ et est vehementer agitata. idest pertractata a Marco tullio. cum distribuit. idest diuidit. diuinationem. idest in libro diuinationū vbi diuidit diuinationem in suas species non solum hoc sed tibiipsi est res multum diu quesita. S3 haud quaq̄. idest. non alicubi. ab vllo vestrū satis diligenter. ⁊ firmiter expedita cuius caliginis. idest difficultatis causa est q motus. idest actus humane rationis. non potest admoueri. idest applicari ad simplicitatem diuine prouidentie que si vllo modo excogitari queat nihil relinqueē prorsus ambigui. qd. s. rationem ⁊ causam difficultatis. ita

tatis. ita demum patefacere et expedire temptabo si prius expediero. idest declarauero. ea quibus tu moueris. ¶ Notandum ꝙ questio de prouidentia diuina ⁊ libero arbitrio est omnium questionū difficillima. de qua multi antiquorum dubitabant. ⁊ nonnulli modernoruꝫ propter eius difficultatem lapsi sunt. tū tullius in libro diuinationum ꝑtractans non valuit dissoluere eius difficultatem. negans penitus prouidentiam ⁊ prescientiam futurorum a deo in predicto libro diuinationum.

¶. Contumelioso coitus appetitu. In hac parte Boetius prime speciei luxurie. s. coitus feculentiaꝫ dissuadēs exemplum ponit. Et duo facit. nam primo facit quod dictum est secundo ex proposito exemplo hanc spēm summopere detestandā ꝯcludit ibi. Ecce quātū. Prima adhuc i duas nā primo facit qd dcm̄ ē. secūdo circa hoc notabile qddaꝫ subiungit ibi. Filii patrem. Et dicit. prima spēs luxurie q̄ in coitu ꝯsistit oīo spernēda est. ⁊ hoc ne nobis ꝯtingat quē admodū sanguineo lucretii filio zenonis discipulo quē iuscatum. i. captum ⁊ detentum ꝯtumelioso appetitu coitus tota roma fleuit. ⁊ ibi roma pro pplo romano posita ē. q scꝫ sanguineus erat ortus clarissimis natalibus. i. parentibus. eratqꝫ quātitatis procere. i. forme qualitatis. i. complexionis sanguinee. mire quidem eloquentie. i. facundie īgenii perspicacis. i. subtilis. sed ipse gaudebat quotidiāis nuptiis. i. venereis actibus ⁊ hoc vltra debitū. i. supra vires nature sue. patre deferente. i. reportante penā huiꝰ enormitatis vt statim subiūget. Patrimoniū eni ⁊ cēsus idest reditus ac diuitias parentū ꝯsumebat. qꝫ pro. ⁊ eminebat. i. supcellebat subaudi in hoc vitio cunctis zelotipis idest mechis. semperqꝫ inhiabat. idest adherebat aleis. i. ludo alearum atqꝫ cellulis meretricū. quid vltra. i. sanguineꝰ adhuc non destitutus. i. dimissus pprio pruritu. i. luxu illo itercutāeo a pentibꝰ eiectꝰ ⁊ destitutꝰ ꝯsortibꝰ. i. sodalibus ⁊ amicis ⁊ fatigatus vndiqꝫ a creditoribus tandeꝫ studuit insistere. i. adherere notis ⁊ ignotis furtiꝫ. i. vitio furtiuitatis. quo in vitio idem sanguineus deprehensus atqꝫ sepius ac sepius patibulo adiudicatus atqꝫ creberrime a p̄re ab angustiis crucis. redēptus. s. prece vel precio vltimo redimi non potuit ⁊ hoc penuria parentis subaudi impediente. sed quid cū ampliꝰ redimi a crucis patibulo minime potuisset inter carnificis manꝰ compellebat eundū. s. suum parentem lachrymis venire ad se osculūqꝫ supple paternū petebat voce querula. motio aūt pietatis paterne erexit patrem ad filii petitionem sed filiꝰ secuit nasum erecti. s. patris morsu acutissimo dicēs indignanter vah me miseꝝ quare ego miser euasi incastigatꝰ: i. non correctus supple a te pater a meis. i. de primis meis erroribus subaudi qbus i ifantia pessime enutritus extiti. vt' qd idest quare non obediui documētis mei magistri. ⁊ quare contempsi meos socios subaudi eos non imitādo i bonis quasi dicat. si oia hec fecissem certe huic nephādo crucis patibulo adiudicatus minime fuissem. Exinde hoc posito exēplo quoddā notabile siue quādā sniam generalem ex ipso elicit dicens. Qui cauere velit ne predicta eueniant necesse est patrē ipsum indulgere. i. vt pater indulgeat. i. operam det castigationi. i. correctioni filii ⁊ hoc ex parte patris. filr necesse est magistruꝫ ipsum informare. i. qꝫ magister informet. i. doceat discipuluꝫ mores ⁊ h ex pte magistri dictum est. ¶ Notandū vt refert. Fulgentiꝰ secundo mirologiaꝝ. Quis in oībus libidinis amor turpis sit: turpior tñ est in honestis. naꝫ ipsa luxuria maiestati cōtraria est. Turpisima ergo sanguinei qui in argumētū ducit libido est cum clarissimis ortus natalibus mirificis nature dotibus p̄polebat. sed qm̄ vltra nature debitū coitu vtebat ꝯñs erat vt viam pditionis ingrederet. amor eniꝫ ille exiciosus atqꝫ fetidus concordat cum periculo: ⁊ dum ad illud solum vacat qd diligit nūq̄ꝫ videt quod expedit. qꝛ luxurie amor cecus est. Quobrem veteres libidineꝫ spreuerūt tanq̄ꝫ honoris inimicaꝫ. sic Scipio nasica ꝓhibuit theatra locaqꝫ meretricia. referēte Augustio libro de ciuitate. Item zelotipus. i. zelo plenus. s. inuidiosus vel suspiciosus. ⁊ accipitur tam in actiua q̄ꝫ passiua significatione quorum omnium quinqꝫ sunt que hoc versu continentur.

Hospes zelotipus conuiuaqꝫ vector alumnus. Actum siue pati signare nomina possunt. dicit etiam qñqꝫ zelotipia mechia. ⁊ zelotipus mechus. ⁊ hoc modo sumit in ꝓposito. Itē pruritꝰ idest prurigo ⁊ dicitur ardor vel adustio carnis cogens ad scalpendum. hic aūt pro luxuria sumit ⁊ non inepte. Item indulgeo diuersa significat. indulgere enim gratis dare sonat sic papa indulget ptātē. et significat remittere. vt indulge nobis peccata. significat quoqꝫ operam dare. vnde Indulgere gule noli que vētris amica est. ⁊ in hac significatione sumitur in proposito cū dicitur filii patrem ⁊c.

¶ Ecce quantū detestabilis est meretricū incursus. Est autem meretrix nonaria inferni ianua: via iniquitatis: scorpionis percussio: viscariū scelerum: puteus interitus. ⁊ si qua est alterius luxurie ignominia: spēs qualibet alia grauior scelere deteriorqꝫ. Interitus autem Jacinctinus cūctis patet ⁊ Jouinus. Et alibi meretricis labia fauū distillant sed absinthiū eius nouissima subministrant. Cōmessationibꝰ ⁊ ebrietatibus scda spēs luxurie dotata permutati tāq̄ cā ad causatū cū p̄dicta gaudet sustineri. pp coitum. n. fit ebrietas relatiue: necnō ⁊ ceteroꝝ viciorū genera. Vinū āt modice sūptū itellectui videt cōferre acumen: nō āt modice sumptū rōnem pturbat. intellectū ebetat: memoriā eneruat: obliuionē imittit: errorē infūdit: ad ignorātiā pducit. Ubi eni ebrietas ibi furor dominatur. vbi furor dñatur ibi nulla sapientia sꝫ insipientia puagat. Huius āt rationis quotidiana patent exēpla ⁊ virtutuꝫ detrimenta.

¶ Ecce quātum detestabilis. In hac pte exemplo superiori inductus. Boe. hoc vitiū luxurie sūmopere detestādum ꝯcludit. Et duo facit: naꝫ prio facit quod dcm̄ est quo ad coitū ordinatū. secūdo quo ad inordinatū atqꝫ bestialeꝫ siue sodomiticū ibi. ⁊ si qua. Et dicit ecce. i. vide exēplo superiori quātū ē detestabilis. i. abhominabilis incursus. i. accessus meretricū. qm̄ ipa meretrix nonaria. qꝛ nouem penis punit in inferno. vel dic nonaria vt infra proximo dicam est ianua inferni. via iniquitatis. pcussio. i. punctura scorpionis. viscarium. i. retiaculū. sceleꝝ. i. peccatoꝝ. puteus interitus. i. mortis tā aie q̄ꝫ corporis. ⁊ si qua ē al

terius

terius luxurie ignominia hoc ē spēs inominanda ob dedecus enorme illa spēs ē grauior qualibet alia atq3 deterior oī scelere. interitus aūt iacinctinus.i.iacinti illius scholaris atq3 iouinus.i.iouini patet cunctis qm̄ potius mori maluerūt q̄3 hoc deformitatis vitio dedecorari. ¶ Notādū vt fert helinandus inter omnia spectacula que delectatione in suis libidinibus admittunt deterius est turpium feminaꝝ collegium pro solo vitio congregatū. ꝓpriā eni3 carnem venditioni exponūt ꝛ ꝓtextu vite fornicatione victū sibi acquirunt q̄ nec amant nec amare querūt s3 ex fediori luxurie pte sue execrabili cupiditati subseruiunt. de his Teodolus inqt. Mens robusta viri leuitate cadit muliebri. q2.s.femina impudica laqueus est viri. ꝛ ideo subdit. Deflent assirii q͡ crediderunt mulieri. Et insup qdā3. femina corpus opes animum vim lumina voce3. Pollit anichilat necat eripit orbat acerbat. ꝛ alibi. Corpus opes aīam consortia federa famam. Debilitat perdit necat odit destruit aufert. Et haꝝ amor teste hieronymo ꝯ iouinianū prout ex dictis Aristotelis ꝛ Plutarchi colligit. rōnis est obliuio ꝛ insanie proximus turbans consilia. altos ꝛ generosos spūs frangens. hoīesq3 querulosos iracundos temerarios facit quapropter non imerito fugiendus est Demostenis exemplo qui Taydis meretricis māmas ioco palpitans quesiuit quāti hoc est cui ait mille denariis. cui Demostenes. ego precio tanto dolorē non emo ꝛ merito. nā stultu3 est emere precio cui dolor succedit. Itē nonaria meretrix est. ꝛ dicitur a nona. q2 ante nonā nō licebat ei exire de prostibulo. ante enim illam horam mos erat antiquis de cōmodo reipublice disputare. quare vetitum erat meretricibus vsq3 hinc latere ne iuuenes ad turpes delectationes inclinarent. Item viscarium a visco venit quod glutē est quo aues capiuntur. Inde viscarium. Ite3 ignominia infamia est quasi ꝯtra nomen. Est etiam peccatum ta3 sceleratum vt nominari detestabile sit vt in ꝓposito. Cōmessationibus ꝛ ebrietatibus. In hac parte Boeti⁹ postq̄3 primam luxurie spēm detestandā cōmonuit. nunc facit h̄ idē circa luxurie spēm alteram que cōmessationib⁹ atq3 ebrietatibus explet. Et diuidit in duas partes. nam prio facit qđ dcm̄ est. scđo comparat hanc secundā luxurie spēm ad primā ꝛ tertiam. ibi. hec aūt. Prima ite3 in duas. primo ꝑsuadet ipsa3 fugiendā atq3 detestandā fore cuilibet ꝛ h̄ i semetipso. scđo facit h̄ idē i alio ibi. q̄ ēt ꝯsorte. pria adhuc in duas. primo itētū suū ponit. scđo ꝯditiones detestabiles ebrietatis insinuat. ibi. Nō modice. Pria insup i duas. nā prio facit qđ dcm̄ est scđo quoddā documētū valēs ad sequentia subnectit. ibi. Uinum aūt. Et dicit q͡ scđa spēs luxurie dotata cōmessationibus .i.cōmestionib⁹ supfluis ꝛ ebrietatibus. vult dicere q͡ scđa spēs in voluptatib⁹ gule consistit sicuti prima in coit⁹ voluptate gaudet sustineri cum ꝑdicta specie.s.prima. ꝑmutatim.i. ordine ꝑmutato sicut cā ad causatū. Et rōnem assignans dicit. qm̄ ebrietas fit pp coitū necnon pp genera ceteroꝝ vitioꝝ ꝛ hoc relatiue.i.reciproce. qm̄ sicuti ebrietas pp coitū fit similiter quoq3 ꝛ coitus pp ebrietatē. illud qdē vt pp finē. hoc aūt in genere cause efficientis. ꝛ documentū subiungens dicit Uinum aūt modice sumptū videt ꝯferre acumen.i. penetrabilitatem cognoscendi intellectui. ꝛ deinde conditiones ebrietatis cōnumerans dicit. Uinum autem sumptū non modice sed excessiue perturbat rōnem ne verū cernere possit. intellectū ebetat.i. obtusum reddit i speculatione reru3 atq3 substantiaꝝ. memoriā eneruat.i. extenuat. ꝛ destruit oīa obliuionē inducit: qđ ad memoriā referas. errore3 infundit qđ ad rōnem applica. atq3 ad ignorātia3 perducit: qđ intellectui ꝯforma. Et rōnem hoꝝ annectēs dicit. qm̄ vbi ebrietas ibi dnatur furor. nā teste. Ouidio in libro de arte. Uina parant animos faciūtq3 caloribus aptos. Tūc veniunt vires ꝛ paup cornua sumit. sed vbi furor ibi nulla sapientia sed insipientia ꝑuagat. qm̄ sapientia non furore sed mansuetudine possidet. sedendo eni ꝛ quiescenddo aīa fit prudens Aristoteles. Huius aūt rōnis patent exempla quotidiana atq3 exinde supple patent non imerito detrimenta.i. minoramēta virtutū. ¶ Notandū sicuti moderatus victus honestatē corporis sanitatē quoq3 atq3 mentis ꝓsperitatē causat ac ꝯseruat: sic eius imodestia necesse est vt eam corrumpat. Cauenda est ergo summope scholasticis imoderata crapule frequētia ne illud psalmiste eis obiiciat. Turbati sunt ꝛ moti sunt sicut ebrius ꝛ oīs sapientia eoꝝ deuorata est. Copia eni ciboꝝ ꝛ potuū vt refert. Seneca subtilitas impeditur. qm̄ teste Hieronymo epl'a. 61. nō est eiusdem hoīs vina degustare ac ꝓphas intelligere. Crapulla nempe venerē excitat cū venē mero estuans cito in libidinem despumet. 35. di. §. i. Et sicut venus mentem obnubilat. sic ꝛ crapula ipsam offuscare necesse ē. Absit igit a scholasticis viris crapula. nā veteres cū parcimōia virisse legūtur. Socrates tēperatissim⁹ extitit ꝛ vnica refectione serotina ꝯtentabatur sciens paucis minimisq3 nām cōtentari. nihilq3 viro isto congruentius arbitrās sobrietate q̄ corporis ac mentis prosperitas roborat. Inde Eunodius sobrietas semp studiis referat honestis. Nulla fides letis itegra nec dubiis. Amplector sanas que dant bona semina frondes. Post culpas aīe sunt holocausta dei. Et Augelius libro prio inqt q͡ parcimonia apud veteres romāos ꝛ vict⁹ atq3 cenaꝝ temeritas nō solū domestica obseruatiōe ac disciplia. sed etiam publica aiaduersione legum custodienda est.

¶ Que ēt pestis ꝯsorte vinoso deterior: q2 si studere neqat ceteros gymnasiis inhiare volētes corrodit: errorem litis cōfouet vel pugnis ope3 orat O q̄lis ꝑmixtio studētib⁹ est cū dissoluto. Eiiciat ergo ab itegritate cōsortii tales prudētū discretō ordine irregressibili ꝛ hoc tempore determinato

¶ Que ēt consorte vinoso. In hac pte Boetius oñdit summopere fugiendā hanc secūdā luxurie spēm precipue cōsistentē in cōsortibus ꝓpterea qm̄ magnū studiosis ipis cōsocii crapulosi atq3 vinosi inducunt studii detrimentū. vt in littera. Et dicit. Que pestis.i. qđ vitiū deterior ē consorte vinoso.i. pleno vino. q. d. nulla. Et rōnem adnectēs dicit. qm̄ vinosus cōsors si studere nequeat tn̄ corrodit.i. impedit vicio ebrietatis ceteros volentes ihiare.i. itēdere gymnasiis.i. scholasticis exercitiis. aut enim errorem litis fouet.i. nutrit vel saltē cessus.i. percussus pugnis orat.i. depcat opem. q. d. qcqd vinosus ille agitat semp inqetudine torquet atq3 ceteros torquet. O de⁹ exclamatio est q̄lis ꝑmixtio.i. ꝑplexio atq3 desolatio ē studentib⁹ cū tali vinoso. Ergo discretio prudētū supple scholariū eiiciat.i. repellat tales.i. vinosos ab itegritate ꝯsortii.i. societatis. ꝛ h̄ ordine irregressibili. vt. s. haud.i. quaq̄3 reuertatur. ꝛ supple reiiciat ipsos non tpe ebrietatis sed terminato.i. cū ad sobrietatē reuersi fuerint. ¶ Notādū licet ebrietas plurima mala opet vti superius iam expositum est. habet tn̄ h̄ ipsa vt ipsa mentem ebetet. secreta reuelet. gestusq3 detur pet. eloquium enim scandalizat. nunc lites generat ac corporis vires exterminat. cadere iubet. bene agere prohibet requiem impedit. sensum alienat. obliuionem inducit libidinem mouet: nauseam prouocat. visum minuit. ꝛ ab oī virtute hoīem destituit. vnde Gualterus in alexādreidos Rōis vile sepulchrū ebrietas. hic. Seneca epl'a. 82. nihil aliud est ebrietas q̄3 voluntaria insania. oē vitiū intendit ꝛ detegit. verecūdiā remouet. verba dubia: oculos incertos. gressu3 errantē: vertigine3 capitis ꝛ cetera hmōi cāt nā. sero oīa ꝑmittūt ebriosi sed mane obliuioni tradūt vn̄ Martialis coquus. Oīa ꝑmittis cū tota nocte bibisti nō faciāt queq3 pocula nostra rex. Bn̄ ergo dcm̄ ē a Boetio ꝯsorte vinoso nil posse deteri⁹ cristiari: Itē viosus sa. sū.i. vio plen⁹ ebri⁹ vel ebriosus: ꝛ cōparat. cui⁹ sup latiuū Plautus ponens ait. Quid opus ē verbis. viosissima ē

¶ Hec autem secūda species prime quādoq3 pre

ambula posterioris autem pedissequa appetitiua. o quantũ erroris imittit ebrietas in mẽtẽ discipuli nisi freno sobrietatis castigetur ad vnguẽ

¶ Hec aũt. In hac parte Boe. hãc spẽm luxurie ad primã ⁊ ad tertiam comparat Et dicit ꝙ hec spẽs. s. que in cõmessationibus ⁊ ebrietatibꝰ ꝯstare ꝓbatur est ꝑambula idest antecessoria prime. s. spẽi que ĩ coitu ꝯsistit. ⁊ rõ huiꝰ sumitur ex antedictis: cũ ĩquit ipsũ coitũ ex ebrietate causari. ⁊ eadẽ hec secũda spẽs est pedissequa. i. ꝯcomitans ⁊ famula appetitiua. i. desideratiua posterioris. i. tertie spẽi luxurie que in vestiũ ornatu ponit. Exinde cũ hec ita sint exclamãdo ꝯtra hoc vitiũ inuehit dicẽs. O quãtũ erroris ebrietas ipa imittit ĩ mẽtẽ discipuli nisi castiget. i. refrenetur ⁊ restrigat ad vnguem. i. ad plenũ freno sobrietatis.

¶ Tertia species luxurie est concupiscẽti aque ornatibus inhiat parentumqꝫ progeniei maritata consistit: qbꝰ pauꝑtatis tuta facultas cedit inuicta

¶ Tertia vo luxurie spẽs. In hac parte Boetius post primas duas luxurie spẽs detestandas tertiã ipsaꝫ fugiendaꝫ oñdit. Et diuidit hec pars in duas. nam primo docet tertiam ipsam spẽm fugere. scđo verificat dicta sua exemplis ibi. Cum quondam. Prima adhuc in duas nam pmo ipsam fore fugiendã oñdẽs circa quos ipsa pricipalr versat demonstrat. scđo vo in qbꝰ ꝯsistit declarat. ibi hec autem gaudet. Et dicit primo ꝙ ipsa tertie luxurie spẽs ẽ ꝯcupia idest cupiditas quedam que inhiat. i. intendit ornatibus atqꝫ ꝯsistit. i. est maritata. i. ꝯiuncta ꝓgeniei potẽtũ. i. magnatũ ⁊ diuitũ ornatibus dico qbus tuta facultas. i. statꝰ pauꝑtatis cedit. i. locũ dat inuicta. i. non suꝑata eoꝝ vanitate. ¶ Notandũ ꝙ hec tertia spẽs luxurie que ornatibꝰ inhiat non nisi extollentia est aut corporis ornatuũ ⁊ q̃ corporis sunt. s. aut tandem vestimentoꝝ. quecũqꝫ tamen sit suꝑbia quedam est atqꝫ vanagloria. que vti Salustio ĩ Iugurtino videt. sicut etiã expientia cõprobat cõe plus nobilitatis malũ est q̃ȝ humiliũ. humiles nãqꝫ casas pauꝑtas inhabitat feriuntqꝫ summos fulgura montes Pauꝑtas inquã tuta que vestem non appetit corporis sꝫ animi assuẽtiã. de qua dcm̃ est per poetã. O vere tuta facultas Pauꝑis angustiqꝫ laris. O munera nõdũ. intellecta dei

¶ Hec autem vestium gaudet varietate frequenti earũqꝫ in sigillatione membratim. pectinis beneficio cesariem polire: ⁊ calamistri tortuositate. florũqꝫ diuersitate seriatim lasciuire: gulamqꝫ suam fuco perfundere: nouaculeqꝫ frequenti castigationi inhiare. sinum aromatibus adiplere: gẽmatis colla monilibꝰ partorũqꝫ cingulis vẽtrẽ castigatuꝫ plebi ostendere rostratis tabulatisqꝫ calceis vt regina incedere colloqꝫ elato: gutture inflato: supercilio mũtilato. oculo impudico. fastuosoqꝫ incessu semicirculariter incedere gaudet. raris autem parũqꝫ modestis sermonibus ampulari. appositisqꝫ cibariis omnia fastidire. litibus seruientes: probris affines: cruciatibꝰ ignotos affligere: vltimo raroqꝫ scholis interesse: parũmqꝫ prodesse. primo eisdem abesse festinat. O qualis quantaqꝫ vitiorum est permixtio

¶ Hec autem gaudet. In hac parte Boetius ostendit in qbus hec tertia luxurie spẽs vt plurimum posita est ⁊ dicit ꝙ hec tertia luxurie species gaudet in frequenti varietate vestium atqꝫ eaꝝ sigillatione. i. pictura mẽbratiꝫ. i. de mẽbro ad mẽbrũ. ⁊ supple gaudet polire. i. ornare cesariem. idest capitis comam. ⁊ ꝓprie virorũ. est vt dicit. Hugutio. beneficio pectinis. s. illius instrumenti. atqꝫ tortuositate calamistri. i. illo instrumento tortuoso ab effectu cũ ad crispandum crines principaliter excogitatũ sit. ⁊ gaudet lasciuire. i. luxuriari vel lasciue se gerer̃ diuersitate floꝝ. seriatim. i. in serto positoꝝ. ⁊ gaudet ꝑfundere. i. ꝑfundẽdo tingere gulam. i. faciẽ. ⁊ hic pars ꝓ toto posita est ꝑ sinodochẽ fuco. i. colore ficto vt etiam supra caplo pmo expositũ est in eo loco quo de logica sophistica dicitur. vultũqꝫ mulieris fuco ꝑfusa. ⁊c̃. Etiã gaudet inhiare frequenti castigatiõi nouacule. huius cultelli ad radendũ barbas ordinati. Et dr̃ a nouo as. qꝛ hoiem nouat. vñ iudicuꝫ. 13. Nouacula non ascendet suꝑ caput eius. Et psalmista. q̃si nouacula acuta fecisti dolum. ⁊ gaudet adimplere sinũ. i. gremiũ suũ aromatibꝰ. i. rebꝰ odoriferis. Et dcm̃ est ab ara aroma. qꝛ aris impositũ diuinis inuocationibus aptũ. est etiã aroma in alia significatiõe vnguentũ qđdam ꝑciosuꝫ ex thure mirra nardo calamo cynamomoqꝫ ꝯpositũ. vñ versus. Contere thus mirram nardũ calamũ cynamomum. His supinfundas oleum sic fiet aroma. Et seqt in lr̃a. ⁊ gaudet ostendere plebi colla ornata monilibus illis ornamentis gẽmatis. i. plena gẽmis. ventremqꝫ castigatuꝫ. i. restrictum cingulis. i. balthea parthoꝝ illaꝝ gentiuꝫ. qꝛ a parthis cinguli illi ꝑciosi romam adducebantur. Monile vt dicit Isidorus ornamentũ ex gẽmis est qđ solet feminarũ pẽdere collo. hoc etiã serpentũ dicit qm̃ constat ex amphorulis quibusdã aureis ⁊ variis gẽmis in modum facture serpentis. Sumit tñ pro quolibet ornamento. Et sequit etiam gaudet incedere calceis. i. sotularibꝰ rostratis ⁊ tabulatis. i. depictis vt regina. Gaudetqꝫ icedere collo elato. i. in fastũ eleuato. gutture inflato. supcilio. i. illo ordine piloꝝ qui supra oculos est. mutilato. i. truncato vel ꝑciso. oculo impudico. i. lasciuienti ⁊ ad quẽlibet circũgirãti: fastuoso. i. suꝑbo icessu. i. transitu. gaudet insuꝑ ampulari. i. verbis inflatis superbis atqꝫ sexquipedibus vti ⁊ illis raris. ⁊ sermonibus paꝝ modestis. imo intemꝑatis penitꝰ. ⁊ appositis cybariis gaudet fastidire. i. fastidio hr̃e omnia supple apposita. ⁊ gaudet affligere seruientes litibꝰ idest rixis. cõtinuos affines. i. vicinos probris. atqꝫ ignotos cruciatibus. gaudetqꝫ interesse scholis raro. ⁊ si aliqñ tñ vltimo atqꝫ paruꝫ ꝓdesse sed festinat ab eisdem abesse primo. His ⁊ aliis multis cõmotus. Boe. qbꝰ hec tertia luxurie spẽs deditissima est inuehẽdo ꝯtra ipam exclamat O qualis ex vitii enormitate ⁊ quãta ex eius magnitudie est ꝑmixtio vitioꝝ. subaudi ĩ hac tertia specie. fastidio ire quasi horrere spernere contemnere tedere. inde verbalia ⁊ hoc fastidium ⁊ fastidiosus.

¶ Cũ quodã tempore me athenis causa discendi recepisse Ganimedẽ Pirri dictatoris filium oĩbus predictis laborantem insperi. qui qñqꝫ pedulis libatis: qñqꝫ caligis maculatis: per horaꝫ cedrinis tibiis elatus nudisqꝫ pedibus ꝑcessit ariopagumqꝫ vt stomacatus impetiit. Cauteqꝫ sepissime prouidi ne mihi insurgeret quia alienigena eram. Quid plura dicã ad tãtã licet inuitus deuenit inopiã ꝙ ea que prius fastidiendo cõtẽpsit: mendicãs corrogando composuerit fortũe meatu permutato. sꝫ hec hactenus dicta sufficiant.

¶ Cum quodam tpe. In hac parte Boe. quãta ex hmõi vitio mala eueniant exẽplo corroborat dicẽs. Cũ ego boe. quodam tpe recepissem me athenis in hac sciłꝫ vniuersali schola grecie cã discendi insperi. Ganimedeꝫ filiũ Pirri dictatoris laborantẽ oĩbus ꝑdictis qui. s. Ganimedes nimia huiꝰ vitii fedatus lasciuia nesciens quõ se gereret incessit. qñqꝫ. i. nunc. pedulis. i. sotularibus desuꝑ conscissis et limbatis. qñqꝫ. i. nunc caligis maculatis. i. diuersorum colorum maculis ꝑstrictis. atqꝫ processit elatus tibiis ce-

drinis.i.ad modū cedri erectis pedibus nudis.q3 p.⁊ vt
stōacat⁹.i.tumore supbie īflat⁹īpetiit.i.indignāter petiuit
Ariopagū illum virū athenīēsem quō studiū exercebat a
quo ⁊ dyonisius sanctus ariopagita appellatus eſt ⁊ ego
quoq3 Boetius prouidi caute ⁊ sepissime ne mihi īsurge
ret qm̄ erā alienigena.i.alterius gētis. Et dr̄ alienigena
q̄si alia regione vel gēte natus.⁊ dicitur ab alion.i.alienū
⁊ genios nā vel gn̄atiō sic ⁊ francigena terrigēa que oīa ta
lia sunt cōis generis. Et sequitur his oib⁹ visis.⁊ enarra-
tis qd plura dicā idē Ganimedes ad tātā3 deuenit inopiā
q̄3uis inuitus vt pmutato meatu.i.trāsitu fortune de pro
speritate in aduersitatē mendicās corrogando.i.petendo
composuit ea que prius.i.tpe psperitatis contēpsit fasti-
diendo.i.fastu.⁊ supbia spernēdo.sed hec hacten⁹.i. huc
usq3 sufficiāt ¶ Notandū simile exēplū apud Ualerium
maximū legit̄ de adolescēte polemōe q̄3uis nō sicuti ga
nimedes in fastu atq3 supbia dies cūctos ad vltimū cō
sumeret.hic eni Polemo vt refert. Ualerius li.6.ca. de
mutatione morum.tantis illecebris deditus extitit vt ipa
infamia gauderet.cūq3 semel ex conuiuio post solis ortu3
surrexisset vino grauis ⁊ vnguētis optimis delibut⁹ ami
ctus veste plucida ⁊ sertis capite redimito ⁊ Xenocratis
scholas aptas vidisset ante q̄s casu transibat itrauitq3 vt
prudentissima p̄cepta temulentie lasciuiis derideret.cūq3
oēs ↄsidētes indignarent̄ Xenocrates vultu maturo omis
sa re de q̄ disserebat de modestia atq3 tēperātia loq cepit.
cui⁹ grauitatē sermonis polemo audiens primo detractā
de capite coronā piecit.postea palliū deposuit ⁊ cōuiualis
oris hilaritatē expressit.ad vltimū totā luxuriā deposuit
sicq3 vni⁹ orationis medicia sanat⁹ ex infami pbs euasit.
Itē libare.i.ornare īde libatus ⁊ a libus dr̄ quā nos orna
turam dicimus.ē.n.fasciola q̄ vistiū extremitatē ābit aut
ex filis aut ex auro ↄtexta. ¶ Nota sic refert raban⁹ super
psalterio. Cedrus arbor ē altissima oiu3 arbor̄ dn̄a ⁊ regi
na aspectu pulchra sp̄ retinēs virorē suū cui⁹ odor serpen
tes fugat.⁊ vt dic̄ Isidor⁹lignū ei⁹nūq̄3 teredie extermiat̄
īde cedrinus na.nū.i.ex cedro vel sītitudinē credri habēs.

¶ Capitulum tertium

Um āt discipul⁹ ad pfectionē tendere te
c neat̄ effectiuā cām pfectiōis vt pote ↄtiui
tatis ↄstātiā put facultas suppetit mēti di
noscat̄ iprimere. Quid.n.in dilectionis opuscu
lo lucidius cōstātia: Quid incōstātia nequs:pria
parit.scd̄a parta dissoluit. Pria pcedit.scd̄a re
trocedit.pria colligit:secūda collecta dispergit.

¶ Capitulum tertium.
Um āt discipul⁹. Hoc est tertiū capitulū hui⁹ to
c talis libri. In quo boe.postq̄3 i p̄cedētib⁹ docuit
quō pria oblectamēta scolarib⁹ ipis mistrāda sint
atq3 qualit̄ iā adultor̄ scholariū elatio magistratui subdē
da est atq3 discipline cōiūgēda.nūc vō demōstrat elationē
studētiū sūmope reprimēdā.⁊ ad hoc psuadēdū introdu-
cit ipsā incōstātiā elatiōis atq3 supbie pedissequā:⁊ coniū
ctissimā atq3 pene germanā ut sic ea penit⁹ spreta atq3 cō
futata ad cōstantiā ipsam anhelet̄. Et diuidit̄ hoc capitu
lū in duas ptes pricipales.nā prio p̄mittit intentū suum
secūdo exēplū ipm incōstātie introducit.ibi. Cū in gynna
siis. Pria in duas.nā prio ondit ipam ↄstantiā sūmope
amplexādā.scd̄a ipsam ↄpat ad incōstātiā ibi. Quid.n.
lucidi⁹.⁊ dicit. Cū discipul⁹ ipe teneat̄ tēdere ad pfectōe3
dioscat̄.i.cognoscat̄.iprimere.i.q̄ iprimere debeat mēti
cām effectiuā pfectionis utpote.i.sic cōstantiā cōtinuita
tis supple in studio.hec.n.est q̄ op⁹ inceptū pficit atq3 in
optatū finē pducit.vn̄ illud vulgare sumptū est. Cōtinua-
ta vigent.discōtinuata pibūt. ¶ Notādū qm̄ nullū opus
laudabile aut inter coronata merita cōputādū putat̄ si cō
stantia cōtinuitatis atq3 pseuerantia abesse noscant̄. qm̄
vbi cōstās qs pmanet sui opis preciū adipisci meret̄. Le
gitime nāq3 certāti atq3 vsq3 infinē pseuerāti corona da-
bit̄.nō.n.ex actib⁹ sic nudo gn̄at̄ habit⁹ nisi affuerit opis
pseuerantia Studēdū est ergo pseuerāter cū int̄ occupa-
tiones hūanas nil delectabili⁹ q̄3 scias iugiter meditari.
varietates cōtēplari atq3 actib⁹ delectari.sed fore inges n̄
sp̄ studio intendere te posse:cū ⁊ ipm interrūpe aliis nece
se ē. Hui⁹ dubitationi rn̄dēs dico oib⁹ in agēdis modū fo
re adhibendū.ut enim pseueres nō o3 ut laborib⁹ inces
santer assistas. sufficit.n.si continuo studio ipso intēdere
neq̄as saltem dū intendis diu pseueres ut hitus qdē in aīo
tuo radicet̄.iuxta illud senece in edippo. Q̄d sepe fieri nō
p̄t fiat diu.⁊ hoc est qd ait qntilian⁹ li.4.de īstitutiōe ora
toria. Perseuerādum saltē est q̄ sepi⁹ ⁊ si vires deficiūt
aīo tm̄ intētēdū ē. Nihil eni ut in lr̄a boe.subdit ē lucidius
in opusculo dilectionis ipsa ↄstātia.i.pseuerātia.⁊ p ↄriū
nihil nequs inconstantia qm̄ pria parit.i.acquirit pfectio
nem ipsi discipulo.scd̄a.s.incōstantia parta.i.acquisita
dissoluit.pria ad pfectō3 pcedit.scd̄a ab ipa recedit.pria
colligit.i.accumulat pfectionem.scd̄a collata dispgit iux
ta vulgare b̄. Continuata vigēt discontinuata pibunt.

¶ Cum āt gynnasiis insudare decreuissem⁹ ma-
gistratusq3 vicē dignū diximus obtinere.filiū in
constantie:imo ut verius dicā ipsammet incon-
stantiā:fortuna nostris assignabat p̄ceptis imbuē
dū. Qui satiricis inhiabat atramētis mensurn⁹.
Historiographis psepe diurnus. Elegiacis an
nuus. Ratione vō disserendi Aristotelē lamēta
bat̄ nocturnus:in editiōib⁹ philosophicis mēsur
nus quodeciq3 tabularum cōpilationib⁹ quasi in
stantaneus: Oibus siquidem in breui extiterat
fastiditus. Si vō librorum inspectionum eorū
q3 scripture aliquātulū idulsisset:q̄ plures p ho
rā inspexisset.nulliq3 lic3 breuissimo tempore ma
nus imponeret perficientes.

¶ Cum aute3 gynnasiis insu. Hec est scd̄a ps principal' h⁹
capituli tertii. In q̄ boe.q̄ de incōstātia i cōpatione ad cō
stātiā p̄miserat nūc eaipa exēplo ↄfirmat. Et diuidit̄ hec ps
in duas ptes.in pria facit qd dictu3 ē.scd̄a ex exēplo ppo
sito ipam iconstātiā pēitus fugiendā ↄcludit ibi.sit g°.pria
adhuc in duas scd̄m quadruplex gen⁹ diuersiōis ⁊ muta
bilitatis ipsi⁹ incōstātie filii.scd̄a ibi. Tandē mercator ter
tia ibi. Cratonisq3 studiis.q̄rta ibi. Cū igit̄ istar̄ questio
num Et prio dicit ipse boe.introducēs ipam incōstātiam
siue incōstantie filiū hoc mō. Cū nos boe.decreuissemus
insudare.i.vacare gynnasiis.i.scolasticis exercitiis.atq3
duximus.i.reputauimus dignū obtinere vicē.i.q̄ obti
neremus uicē.i.locū magistratus ob studii nostri cōple
mentū:fortuna ipsa assignauit nobis filiū incōstātie.imo
ut veri⁹ dicamus penthesis ē.ipsammet incōstātiā ibuen
dā.i.erudiendā.nr̄is p̄ceptis.i.doctrinis q.s.incōstantie
filius inhiabat p̄ceptis.i.documentis satiricis.i.poetar̄
satiricor̄ ⁊ vicia rephendentiū mensurnus.i.mense.⁊ in-
hiabat historiographis.i.historiar̄ scriptorib⁹ sic dictis
ab historia ⁊ graphos scriptura.psepe cōpositū ē.i.sepissi
me diurn⁹. Elegiacis.i.scriptoribus elegiar̄ annuus.i.
p annū.vō p sed lamētabat̄.i.lamentando inhiabat ⁊ cō
sequebat̄ Aristotelē nocturn⁹.i.sola nocte ⁊ hoc non nisi
sola rōe disserēdi.i.disputādi cogēte. In editiōib⁹ quoq3
phicis.i.in libris phie atq3 i ↄpilationib⁹.xii.tabular̄ q̄
si instātane⁹ versabat̄.vnde hec lex.xii.tabular̄ toti⁹ iuris
origo fuit s̄m glo.instituta de iure nāli gen̄.§.ex non scri
pto in versiculo.origo.et.ff.de origine iuris.l.ii.§.i.et dr̄
lex scripta in.xii.tabul' quar̄.x.a ciuitatib⁹ atheniēsiū ⁊ la
cedemonior̄ a.x.viris fuerūt allate.et duc ad illar̄ decla
rationē p eosdē postea addite ut vult glo.i.c.moises de iu

deis. diſ. 7. Oibꝰ ãt in breui faſtiditꝰ extiterat. ¶ Notãdũ ꝙ hic inconſtãtie filius q a boe. in argumẽtũ introducit ſimilis illis extitit q vna die vota ieiunioꝝ celebrãt ⁊ altera ſtudio tpꝛs diſpẽſant. orare nũc ꝓmittũt ⁊ ꝯtinere in poſterũ ꝑordinãt de quibꝰ in epl'is. Horatiꝰ. Quos petiit ſpnit repetit quoſ nuꝑ amiſit. Eſtuat. ⁊ vita diſcõuenit ordine toto. Talibꝰ vtiqꝫ ꝓdeſſet plꝰ ſi ſtuderẽt in bõis ceptis aios ſuos cõtiuare qꝫ ſic nouitatũ deſideria ꝑuoluere. ſicuti eni hoc auctorizante vulgari. Nõ fuit hirſutꝰ lapis ꝑ loca volutus. ſic neqꝫ aius plꝛibus ac diuerſis nũc his nũc illis aduertens doctrinaꝝ floſculis pullulare ꝓhibet.

¶ Tandẽ mercator incepit eſſe nauigio. Prime ṽo noctis ſpacio nauſee in hiatum ſentina cogente ꝓuocatus: ⁊ demũ ponti inſultu ꝑterritus inũdãtis ortolanus eẽ cupiebat: Deficiẽte ṽo legumine militie ſe tranſtulit exercitui Viſis aũt hoſtium incurſibus fuge terga comendabat.

¶ Tandẽ mercator incepit eẽ. In hac ꝑte Boe. ſꝫ genꝰ diuerſionis atqꝫ mutabilitatis icõſtãtie filii oñdit di. Idẽ icõſtãtie filiꝰ cũ oia ſupradicta ſicut ꝑmiſſũ ẽ faſtidierat tãdẽ ad ſecularia negotia ſe trãſferẽs icepit eẽ mercator nauigio. ſed qd p̄ie noctis ſpacio ꝓuocatꝰ i hiatũ nauſee. i. vomitus. ⁊ hoc cogẽte. i. iſtigãte ſentina illo loco i quẽ nauis ſuꝑfluitates recipiũt. ⁊ demũ ꝑterritꝰ ſaltu. i. iactu inũdãtis. põti. i. maris cupiebat eſſe ortolanꝰ qd vltra ꝺficiẽte legumie ſupple ad ſeminãdũ trãſtulit ſe exercitui militie. ⁊ ampliꝰ viſis incurſibꝰ hoſtiũ primꝰ ꝯmẽdabat terga fuge ꝑeligẽs cũ ꝺdecore fugere. qꝫ honore corpꝰ i victimã exhibere. ¶ Notandũ. Hora. li. ſermonũ cõtra hoc genꝰ incõſtantie atqꝫ mutabilitatis loq̃ns ita inqt. Qui fit. Mecenas ut nemo quã ſibi ſorte Seu rõ ꝺderit ſeu ſors obiecerit illa Cõtentꝰ viuat: laudent diuerſa ſequentes. o fortũati mercatores grauis ãnis. Miles ait multo cõfractꝰ mẽbra labore. Cõtra mercator nauẽ iactantibꝰ auſtris. Militia eſt potior. quid eniꝫ concurritur hore. Momento cita mors venit aut victoria leta. hec ille.

¶ Cratoniſqꝫ ſtudiis tutius inhiabat cuius ſemicirculi capacitas multis formidabat queſtiõibꝰ: Superioris ṽo circuli latitudo zodiaci formata planicie dragmis arriſit ſeptẽplicibus:

¶ Cratonis quoqꝫ ſtudiis. In hac ꝑte. boe. tertiũ diuerſionis atqꝫ mutabilitatis genꝰ incõſtantie filii oñdit. Et dicit cũ ipſe icõſtantie filius tã iſta qꝫ ꝑcedẽtia faſtidiret: diuertit ſe poſtea ad cratonis illiꝰ phi ſtudia. cuiꝰ cratõis capacitas ſemicirculi ſubaudi cathedre. formidabat mltis qõibus. vñ crato ille q̃ndã habebat cathedrã deſuꝑ i moduꝫ ſemicirculi arcuatã. in q̃ arcuatiõe multa qõnum gña triplici ſpacio cõſcribebant. Et diuiditur hec ps i tres ꝑtes ſm triplicẽ q̃ſtionũ in ſede ipſa cratonis deſcriptaꝝ locatiõeꝫ. ſcda ibi. Circuli mappa ſcdi tertia ibi. Vitia ſemicirculi planicies. Pria haꝝ in. 7. ſcdm. 7. qõnes i ipa pria ſemicirculi planicie deſcriptas ꝓut inqt in lr̃a. Latitudo ſuꝑioris circuli. formata. i. diſpoſita. planicie. i. ſm plãiciẽ zodiaci arriſit. ſup. intuẽtes. dragmis. i. qõnibꝰ. ſeptẽplicibus. i. ſeptẽ manerieꝝ ¶ Notandũ eſt ꝙ auctor iſte dicit ipꝫ ſemicirculũ in ſede cratõis fore latũ ad zodiaci formã diſpoſitũ vt euitare facit illud incõueniẽs quod obiici poſſet. ſ. circulus ẽ linea: ſꝫ linea ẽ longitudo ſine latitudine atqꝫ ꝓfunditate. ergo ad hoc excludendũ dicit ipſaꝫ ſemicircularẽ latitudinem formatam ad modum zodiaci qui zodiacus. iz. graduũ latitudine diſtenditur ut ſic circulus pro ſuperficie circulari non pro circumferentia capiatur.

¶ Prima ṽo litteralis protractio queſiuit vtrum celi empirei dominatio terrenitatis aliqua ꝑticipe natura poſſit obfuſcari.

¶ Pria ṽo litteralis ꝓtractio. Hic ponit primã qõem in ſuꝑiori ꝑte ſemicirculi ſedis cratõis deſcriptã ⁊ dicit. pria ꝓtractio lr̃alis in hac ſede q̃ſiuit vtꝝ dñatio. i. deꝰ a quo celũ ac tota nã depẽdet. iz. metha. ipſius celi empirei poſſet offuſcari. i. obũbrari aliq̃ nã ꝑticipãte terrẽitatis. i. corruptibilitatis. ¶ Notãdũ duplex ẽ hꝰ tituli qõis expoſitio. vna qdẽ phoꝝ aſſertio incõgrua. altera theologice veritati. ꝓpinq̃. Eiꝰ autẽ quã phica aſſertio cõplectit mẽs ẽ Vtꝝ deꝰ ipſe cognoſcere poſſit vilia ⁊ hoc nobilitati ſue ñ repugnet. Ad cuius ꝑtẽ primã pꝫ rñſio ꝙ ſic. nã q̃nto aliq̃ virtus actiua ẽ fortior tãto in remotiora ſuã actionẽ extẽdit ut ẽt in ſenſibiliũ actiõibus apparet. vis aũt diuini itellectꝰ in cognoſcẽdo res ſimilat virtuti actiue. itellectus eni diuinus nõ recipiẽdo a rebꝰ cognoſcit. ſꝫ magis ꝑ hoc ꝙ eis influit. cũ igit ſit ifinite virtutis in itelligendo oꝫ ꝙ eiꝰ cognitio vſqꝫ ad remotiſſima extẽdat. Sꝫ gradus nobilitatis ⁊ vtilitatis in oibus entibꝰ attẽditur ſcdm ꝓpinq̃tatẽ ⁊ diſtantiã a deo q ẽ eſt ifinite nobilitatis. ergo. quãtũcũqꝫ viliſſima i entibꝰ deꝰ ꝑꝑ maximã virtutẽ ſui intellectꝰ cognoſcit. neqꝫ h̃ veritas repugnat ex dictis phi. ii. metha. nã ibi intẽdit oñdere ꝙ diuinꝰ intellectus nõ intelligit aliud a ſe qꝺ ſit ſui intellectus ꝑfectio q̃ſi ꝑicipale cognitũ. ⁊ ſm hoc dicit ꝙ vilia meliꝰ ignorãt qꝫ cognoſcãt qñ. ſ. eſt alia cognitio viliũ ⁊ nobiliũ ⁊ viliũ ꝯſideratio nobiliũ conſideratiõem ipedit. Nec tñ vilitas cognitoꝝ in cognoſcentẽ redũdat ꝑ ſe. hoc eſt. n. de rõne cognitionis ut cognoſcẽs cõtineat ſpẽs cogniti ſm modũ ſuũ. ꝑ accidẽs ãt ꝑt redũdare in cognoſcẽtẽ vilitas cognitoꝝ vel eo ꝙ dũ vilia cõſiderata nobilioribꝰ abſtrahitur cogitandis. vel eo ꝙ ex cõſideratione viliũ in aliq̃s indebitas affectiones inclinat. q̃ qdẽ oia in deo eẽ nõ pñt q̃re ⁊c̃. Et huic cõſonat qꝺ dr̃ ſapie. 7. de diua ſapia ꝙ attigit vbiqꝫ ꝑꝑ ſuã mũdiciã ⁊ nihil inqnatũ icurrit in illa. ꝑt ẽt titulꝰ qõis itelligi vt q̃rat vtrũ deꝰ poſſet ſibi aſſumere hũanitatẽ. Et ad hãc ſatis rñſuꝫ ẽ Joã. i. Et vbũ caro fcm̃ ẽ. vbi caro ꝓ hoie ſũit ſꝫ auguſt. ſuppoñẽda ergo ẽ pars iſta queſtionis affirmatiua apud fideles veluti fidei xp̃iane ꝑicipalꝰ fundamẽtũ

¶ Secũda vtrũ ſpirituũ vitalis ſeruitus terrene fecis ãbitu queat nature ſubſidio denigrari

¶ Scda vtrũ ſprituũ. Hec ẽ ſcda qꝺ p̄ie ꝑtis ſemicirculi cathedre cratõis cuiꝰ titulꝰ ſicuti ⁊ p̄ie duplicẽ recipit iterꝑtationẽ q̃re et duabꝰ rñſiõibꝰ abſoluet ſm primã expõeꝫ qõis. totalis mẽs ẽ. Vtꝝ ſbe ſeꝑate vti ſunt angelus atqꝫ demões hũana corꝑa aſſũere poſſint. qꝫtũ ṽo ſcde expõi ꝯuẽit tñ ſoãre vr̃: vtꝝ aia ipa itellectia corꝑi hũano vniri poſſit vt forma. quo ad primã qõis expõneꝫ lr̃a h̃ mõ ſupplẽda ẽ. Scda iqꝫ qõnũ i ſuꝑiori ꝑte ſemicircl'i poſitaꝝ h̃ ẽ. Vtꝝ ſuitꝰ. i. famulatꝰ vitalis ſpirituũ. i. ãgeloꝝ deo famulãtiũ aut demonũ imo ipſemet ſpũs q̃at. i. poſſit denigrari. i. obſcurari vel detegi aut circũdari ãbitu. i. circuitu et veſtimẽto terrene fecis. i. corꝑis et h̃ ſubſidio. i. auxilio nãe. et ad h̃ rñdẽdũ ẽ ꝙ ex diua ꝑmiſſiõe tã bõi qꝫ mali ſpũs corꝑa terrena aſſũere pñt. De bõis qdẽ mãifeſtũ ẽ in hiſtoria thobie ⁊ ꝑcipue ca. iz. vbi dcm̃ ẽ angelũ ipm raphaelẽ cõediſſe: qꝺ vtiqꝫ actꝰ corꝑis ẽ. De mal'ſilr̃ mãifeſtũ ẽ in incubis atqꝫ ſuccubis quos piloſos qdã vocãt ſunt. n. demões luxurioſiſſimi q ꝑmiſſiõe dei ad opprimẽdas feias vel ſe ſupponẽdis viris corꝑa aſſumũt. Sicuti ergo iſtis ſic ⁊ reliq̃s ꝓculdubio vel ad tentãdos bonos vel ad caſtigandos malos aſſumere corꝑa ꝑmiſſum eſt. Demonum. n. tota intentio eſt aut ad bonoꝝ fatigatiõeꝫ aut ad maloꝝ retẽtioneꝫ: q̃re et elementa ſepe ꝑturbãt. tẽpeſtates in mari ⁊ in aere ſepe ꝯcitãt fructꝰ terre corrũpunt ⁊ deuaſtãt. Apocalipſ. 7. Afflictões eni iuſtoꝝ ſꝑ appetũt. ſed ſi a deo ꝑtãtẽ ñ accipiũt ad tẽtatiõis articulũ nullatenꝰ cõualeſcũt. Quãtũ ṽo ad ſcdaꝫ tituli expõneꝫ lr̃a hec ſonat. Vtrum ſeruitus vitalis. i. vitã tribuens ſpirituum. ſ. aiaꝝ queat denigrari. i. vniri ⁊ veſtiri ut forma ãbitu terrene fecis. i. ipo corpore. auxilio nature. i. nãliter. Pro cuiꝰ ſolutiõe notãdũ eſt inter phos diuerſas ꝺ hac re extare opiniones. nã

nes. nã ut refert aris. pri̇o de aia. ⁊ metha. Plato posuit i tellectum vniri corpi nõ ut formã mãe ſ3 ut motorẽ mobi li: eo mõ quo nã vnif naui atq3 intelligentia orbi. nõ p modũ informatiõis. ſ3 p cõtactũ virtutis qñ hoc ↄtactu indiuisibile tãgere pt diuisibile. q̃re dič plato q᷒ hõ ipẽ ñ est aliq̃d vnũ p ſe cõpositũ ex corpe ⁊ aĩa intellectiua ſ3 ẽ ipsa aĩa intellectiua vtẽs corpe sicut hõ vtif indumẽto. cõmentator ãt. tertio de aia ingt q᷒ copulaf nobis itellect⁹ p cõtinuationẽ intẽtiõis itellecte. q̃ eadem est intentio informans intellectũ ⁊ virtutẽ imaginatiuã. ſ3 q̃ he positiões i ptinentes sunt ut3. Pria. n. ſptinẽs ẽ iõ q̃m mobile ñ h3 eẽ formalr per motorẽ q̃ esse mobile pri⁹ est nãlr in actu anteq̃3 moueaf. qd. n. mouef est i actu. 5. phisicoꝝ ſ3 hõ h3 eẽ formalr p intellectũ ut liq̃t: ergo aia intellectiua nõ vnif corpori ut motor ut voluit plato. neq3 etiã vnif ipi p fantasmata intellecta actu ut vult ↄmẽtator. pbaf species intellecta comparaf ad fantasma sicut spẽs visibilis ad colores. ẽm comẽtatorẽ. z. ⁊. 3 de aia. ergo filis est ↄtinuatio intellectus possibil' p spẽm itelligibilẽ cũ fantasmate i nobis. ⁊ potẽtie visiue per spẽm visibilẽ cũ colore in lapide. ſ3 hec cõtinuatio nõ facit lapidẽ videre. ergo cõtinuatio intellectus possibil' i nobis cũ fantasmate ñ facit nos intelligere. ergo ⁊c. q̃re dicẽdũ ẽ cũ arist. q᷒ aia itellectiua vnitur corpi substãtialr p informatõe3. ita q᷒ ẽ forma substãtial' corpis hũani nõ solũ dãs operari sicut intelligentia orbi: ſ3 etiã eẽ specificũ ⁊ eẽntiale. p3 q̃ dr̃ntia specifica ↄstituẽs aliquã spẽm sumif a forma illi⁹ spẽi sic p3 ex mẽte phi. z metha. dicẽtis q᷒ ↄ̃ria ↄ̃ntia mãm nõ faciũt differentiã in spẽ ſ3 ↄ̃ria ↄ̃ntia formã. mõ differẽtia ꝓpria hoĩs ẽ rõnale: ergo sumif a forma hũana. ſ3 rõnale sumif ab eo qd ẽ intellectiuũ ⁊ rõcinatiuũ. ergo itellect⁹ ẽ forma corpis humani. q̃re ut dictũ est in lr̃a seruit⁹ vitalis. i. vitã dãs. ipsa enĩ aia act⁹ est corpis organici phici vitã in potẽtia hñtis

¶ Tertia ãt an iudaice trine diuisiõi polorum an aristotelice simplici acqeſcendum sit partitioni.

¶ Tertia an Judaice trine diuisioni. Hec est tertia q̃õnum in superiori pte cathedre cratonis positarũ. ⁊ talis est. An potius sit acqeſcendũ. i. obtẽperãdũ trine diuisiõi iudaice poloꝝ. i. celorũ: an võ simplici partitiõi. i. diuisiõi aristotelice. ¶ Notandũ vti h3 hebraica traditio vltra planetaꝝ orbes. 3. celos cõstare. s. celũ stellatũ. aqueũ siue cristallinũ atq3 celũ empireũ. qb⁹ oib⁹ superesset celũ ipm trinitatis theologi nr̃i auctumãt qd idẽ est ẽm rem cũ deo differẽs rõe. nihil. n. aliud est q̃3 virtutis dei excellẽtia q̃ cõtinet ⁊ ãbit oĩa creata. post hoc celũ empireũ est iter oĩa corpora simplicia nobilissimũ iõq3 a sctis igneũ nũcupatũ nõ ab ardore ſ3 pp corpale lumẽ in eo diffusum: ad cui⁹ intelligẽtiam nulli phoꝝ deuenerũt nisi forte iuxta damasceni sententiã illi solũ q dogmata moysi legentes ea sibi attribuerunt. hoc celũ vniforme est q̃m sic añ multa necesse ẽ vnũ existere. sic quoq3 nã multiforme necesse est vniforme constare. estq3 ipm imobile q̃m vniforme bonitatẽ participãs S3 forte di. oẽ corp⁹ h3 motũ sibi nãlem. Rñdeo veꝝ est corp⁹ ad gñationẽ ordinatũ. Empireũ ãt celũ eleuatũ est super hmõi ordinẽ. Tertiũ võ celũ aqueũ est siue cristallinũ qd albertus opinãdo concedit q̃m inter doctores multa de ipo sit diuersitas ex luce existere sicut ex cõplemento sui ⁊ ex pspicuitate tanq̃3 ex dispõne materiali. Et hoc primũ motui subiacet q̃re ⁊ ipm primũ mobile apud astrologos ↄpetebat nominari. Jpmq3 phi ẽm sensum solũ loq̃ntes ẽm rõis cõuenientiã scrutati sunt tã ex pte motoris q̃3 mot⁹ ac etiã vniformitatis. post qd celũ firmamentum est qd aristo. l3 falso primũ mobile opinat⁹ ẽ. ⁊ nimiꝝ falso q̃m ut ãbrosius ait phs ille in multis que supra lunam sunt errauit q̃re nimirũ si in hoc errauerit celo ipm primũ mobile dicẽdo. q̃ de re ↄcludẽdo dicim⁹ non aristotelic ſ3 iudaice assertiõi circa hos celos ⁊ potissime theologoꝝ traditiõi acqeſcendũ. ⁊ rõ est q̃m spere ac celi oẽs hñt quãdã bonitatẽ ꝓportiõatã ipsi primo aut ergo hñt ipam proportionatã sine motu ⁊ erit vtiq3 nobilius. q̃re celũ ip3 empireũ aut h3 ipam bonitatem ꝓportionatã ipsi prio p motum ⁊ hoc vel motu diuerso ⁊ erit ipm firmamẽtũ qd duplici mouef motu. ergo necesse erit fore aliud qd h3 bonitatem ꝓportionatã ipsi prio per motũ vnũ hoc autẽ eẽ nõ poterit celũ empireũ qd imobile ẽ. neq3 firmamentum qd duos mot⁹ ↄtinet. ergo erit quoddã pri⁹ firmamento ac posterius empireo. ⁊ hoc est ipm celum aqum siue cristallinũ de quo dictum est. ⁊ diuisit aquas ab aquis. ⁊c.

¶ Quarta si iudaice an termini sint ex ipsis an in ipsis an qli bet sigillati: ⁊ si aristotelice cũ ptes totius localiter moueantur: quare totu3 nõ mouef.

¶ Quarta si iu. Hec est q̃rta q̃õnũ in superiori parte sedis cratõis positaꝝ q̃ correllario q̃dã ex tertia elicif. et dič q᷒ si iudaice assertioni acqeſcendũ sit q̃triplex celũ distinguif an tũc. termi. i. extremitates siue supficies eoꝝ celoꝝ sint ex ipis. i. ↄtinui vel sint i ipis. s. cõtigui vel salti qlib3. s. horum terminoꝝ sit sigillati. i. pñr se habẽs. Si võ acqeſcendũ sit aristotelice traditioni q post planetaꝝ orbes solum octauũ circulũ collocat q̃re cũ ptes celi totalr moueanf totum ipm celum localr sit non moueaf. vñ ad primã haꝝ q̃õnum dicendũ est breuiter ipos celos esse cõtiguos ⁊ nõ solum celi superiores: ſ3 ⁊ planetaꝝ orbes. Hoc. n. motus ipse diuersus speraꝝ inuehit atq3 de⁹ optim⁹ sic fore disposuit. sic. n. nõ cõtinuari pt mobile cũ imobili sic nec ip3 primum mobile cũ empireo celo pt solidari. neq3 etiam octauus circul⁹ q motui diurno renitif ipo prio mobili quõlib3 cõtinuaf qd certe ipedit motus ipi⁹ a prio diuersitas atq3 motuũ multitudo. eadẽ etiã manerie in planetaꝝ orbibus rõcinari pt. tñ pp motuũ eoꝝ diuersitatem atq3 etiam speraꝝ ecentricitatem q̃ q̃dẽ oĩa cõtinuationẽ supficieꝝ nullo mõ permittũt. Ad reliquã ãt q̃õnẽ facile p3 rñsio. Jpm. n. celũ totũ moueri ad alium locũ dupliciter itelligi põt. vel motu circulari et dico ipm totũ moueri sil' ⁊ semel ab oriẽte in occñs qualib3 die nãli semel vel ipo motu recto. Et dico q᷒ nullo mõ cũ mot⁹ ille pp celestis corpis sũmã pfectionẽ i celũ cadere nõ possit cũ ↄ̃riu3 habeat. seq̃ref etiã illd absurdũ ex celũ locũ fore atq3 vacuũ qd falsũ est cũ ex ip3 nihil sit n3 loc⁹ neq3 tps neq3 vacuu3 ſ3 ibi sunt entia optimã vitã ducẽtia quã pficiũt i toto eterno. ¶ Nota sigillati. i. singulariter p vnũquẽq3 sepatim. ⁊ dr̃ q̃si singulati. Priscian⁹ ipam a singulis accipit sicut ab hostiatim. cõiter ergo sigillati3 p singulatim dr̃. vñ ꝓpheta. Qui finxit sigillatim corda eoꝝ ⁊c.

¶ Quita cur ↄtiua elemẽtoꝝ sit transmutatio ⁊ an eadẽ sũt q̃ prio fuerũt elemẽta an alia cõsistant.

¶ Quinta cur elemẽ. Hec ẽ q̃nta q̃õnũ supioris partis sedis cratonis q̃ q̃rif. Cur transmutatio elemẽtoꝝ sit cõtiua Ad h⁹ q̃õnis solutionẽ notãdũ q᷒ elemẽtoꝝ q̃dã simbola sunt q̃dã dissimbola. Simbola sunt q̃ cõueniũt in aliq̃ q̃litate pria ut ignis ⁊ aer in calido. Dissimbola võ sũt que nõ cõueniũt ut ignis ⁊ aq̃. Vñ dico rñdẽs q̃õi q᷒ elemẽta iõ trãsmutanf ↄtinuo q̃m apta nata sũt ad trãsmutãdum h ãt aptitudo. pueñt aut ex ↄueniẽtia coꝝ i q̃litatib⁹ pmissis aut ex ↄ̃rietate anexa q̃ q̃dẽ iter actiua ⁊ passiua sp existit q̃re dictũ est q᷒ in simbolũ hñtib⁹ facilior ẽ trãsmutatio ñ q̃dẽ rõne velocitatis ſ3 rõe paucitatis corruptoꝝ q̃m dissimbola pp ↄ̃rietatem annexã citius trãsmutatiõ3 ingrediũf Sed dico rõne paucitatis corruptoꝝ ipa3 trãsmutatiõ3 fore faciliorẽ. q̃m i simbolũ hñtib⁹ vnũ solũ corrũpif ut si ex igne gñaf aer solũ siccitas ignis corrũpif. si võ ex igne ⁊ aq̃ duo. s. caliditas ⁊ siccitas. natura ergo nõ tãtũ laborat in trãsmutatiõe simboloꝝ sicut in dissimbolis q̃3uis i dissimbolis velocior pp ↄ̃rietates ãnexas vt dictũ ẽ trãsmutatio fit. Et inde scda ps q̃õis p̃ic ptis q̃si correlaria orif sc3 h. Cũ ergo elemẽta ↄtinue trãsmutẽf vtꝝ cõsistãt. i. p maneãt nũero eadẽ q̃ pri⁹ erãt vel ñ. vbi notare cõueñt q᷒ aliqd eẽ idẽ qd pri⁹ fuerat triplr itelligif vno mõ ꝓpriis-

sime qꝛ nec i toto nec ĩ pte ē substãtialr variatũ ⁊ sic de⁹ vl'
intelligentie sũt eadē nũero q̄ pri⁹ fuerũt scdo ꝓpe qꝛ ꝑ
principalioꝛ ei⁹ nec in toto nec in pte ē substãtialiter varia
ta. ⁊ sic hō ē illd qd. pri⁹ fuit. tertio large. qꝛ dispōes accñta
les nō sũt notabilr ⁊ sensibilr variate ⁊ sic defũctũ dñt esse
eũdem q prius. hoc viso dico q sic nulla entia iaiata sic
neq3 eleñta p totã suã piodũ manēt eadē nũero scdo mō
s3 bñ tertio mō. p3 qꝛ cuiuslibet talis noua forma ptialis ⁊
noua ptial' mã acqrit ⁊ silr depdit. manet tñ ɔsilis multi
tudo dispõnũ accñtaliũ: q̄re l3 nullũ pedale hoꝝ eleñtoꝝ
exñs añ millesimũ annũ fuerit: tñ hec elementa dñr ɔtiue
fuisse qꝛ ɔtiuo appauit cõsilis dispõ accñtaliu3 dispõnũ i
eis. ⁋ Notandũ elementũ dr̄ q̄si ilemētũ ab ile. i. priordia
li mã. de⁹. n. prio creauit ile ⁊ ex ile segregauit. 4. eleñta

⁋ Sexta cum vnum elementoꝛu3 contrarium ut
aqua accidentalem accipiat qualitatem ut calidi
tatē quare ñ ignis accidētalē accipiat frigiditatē

⁋ Sex. cũ vnũ ele. Hec ē sexta qõnũ supioris ptis cathedre
crato. cui⁹ thema hoc ē. Cũ vnũ elementoꝝ ɔrioꝝ ut aq̄
accipiat accidentalē caliditatē. q̄re ñ eɔ ignis accñtalē fri
tate3 suscipe possit. Et ad hoc dōm ē qm̃ ignis iter oĩa ele
menta maioris ē actiuitatis pp abundantiã forme q̄ sit ut
oĩa alia in qbus ñ tãta repit activitas s3 magis passibili
tas pp habundãtiã mãe q̄ subiectũ ē trãsmutatiõis atq3
passibilitatis in sui nãm facile reducere possit: facilius tñ
quo ad ꝓprietates appropriatas pp ɔrietate3 q3 ꝓprias
l3 ex ɔñti et ĩpas proprias transmutare possit. neq3 tñ eɔ
alia elementa in ignē ita fortit agere valēt ut ei⁹ calidita-
tē ad fritatē reducãt ⁊ h isufficiētia actiuitatis ꝓhibēte.

⁋ Septima an aliqua zona a nostra sit hitabilis.
Que hitantium primeua natiuitas: qs accessus
eorum: qualisq3 recessus permutatio.

⁋ Septima an ali. ⁊c. Hec est. 7. ⁊ vltia qõnũ circuli supi-
oris sedis cratonis qua querit an sit aliqua zona. i. hemis
periũ hitabilis alia a nostra. idest. nostro hemispio. ⁊ si sic
q̄ tñ erat primeua natiuitas hoꝝ ibi hitantiũ cũ clarũ sit
adã protoplaustũ ad has ptes haud q̄q3 declinasse. ⁊ in
sup qs sit accessus ad eas ptes atq3 recessus. ⁋ Notãdũ
qõnem hanc spãlr pp antipodes fore motã. vñ antipodes
ppl'i subterranei sunt ɔ nos pedes hñtes ut qdã putant.
papias vo dicit antipodes dictos eo q ɔrii nr̃is vestigiis
putãt. Quia sciẽdũ ꝓ qõis solutiõe ãtipodes existere du
plr intelligit vel ut in hemispio inferiori hitēt. vel nobiscũ
in nr̃o. quo ad primũ intellectũ dico ãtipodes nullo mō ɔ
nos posse cõsistere cũ hec ps quã hemispiũ inferius dici-
mus aqs totalr sit submersa q̄re ⁊ septa terra dr̄ eo q ocea
no circũambit Insulaq3 assatides vocat sic marcus cice
ro in somnio scipionis. Oĩs terra q̄ colit a vobis laterib⁹
latioꝛ pua q̄dã insula circũfusa illo mari qd atlãticu3 qd
magnũ qd oceanũ appellatis. ⁊c. Cũ ergo psilla submersa
sit ɔñs ē vt solũ ea q̄ aqs supertat. quãq3 incolim⁹: sola
hitatione pagrat. q3tũ vo ad s̄m itellectũ ut ipsi antipo
des in nr̃o hemispio hitent vel saltẽ hitare possint ñ rõni
absonũ est. Nõ tñ s̄m regionũ latitudinē q̄ austro in septē
trionem ad maximũ iuxta tholomei sniã ad. 80. gradũ ꝓ
tendit. qm̃ directã ɔpõnem q̄ mediũ reqrit circuli latitu-
dis terre breuitas ipediret: s3 s̄m regionũ longitudinem q̄
ab oriēte vsq3 ad occidentales fortunatarum insulas.
180. gradib⁹ qd ē mediũ circuli extēdit nō ipossibile ē anti
podes collocari. nã exñtibus i vltimis orientis finib⁹ me
ridiãus eoꝝ. 90. gradib⁹ ab eqnoctiali distat. silr ⁊ exñtib⁹
in vltimis occidētalib⁹ locis. q̄re sit cũ meridianus sit cir
culus sperã i duo eq̄lia secans p vtroꝛũq3 capita ac pedes
ip3 ꝓtēdi ptib⁹ ex oppositis. ɔñs ergo ē occidētales ipos
oriētalib⁹ p diametꝝ ɔponi. ⁊ hos ãtipodes vel antigões
cõuenit appellari. neq3 obstat si diceret ɔrioꝝ nã ē si vnũ
ɔueniēs sit reliquũ inconueniens erit. si ergo hitatio oriē
tis erit ɔueniēs ⁊ salubris vite aiantiũ. ergo sibi p circulũ
opposita erit discõueniēs. Rñdet qd illud veꝝ ē ĩ forma
liter oppositis. nō ãt situalr sic in proposito. facilr g° adiũ
ctũ qõi soluit quo q̄rit q̄ sit primeua hoꝝ natiuitas. dico
adam sicut ⁊ alioꝝ. ⁊ silr adiunctũ alteꝝ. qs accessus ⁊ q̄lis
ab eis recessus. Dico talis q̄lis ad reliq̄s nisi gētiũ barba
ries atq3 itineꝝ ignota spacia lustrantes valeant ipedire.

⁋ Circuli vo mappa scdi nouenaria oculos intuē
tium detinebat inspectione. Quarum prima zo
diaci latitudine modificantem continebat circu
lorum qualitatem inspectiue coluroꝛũq3 termi-
nos diffinitie totiusq3 forme quãtitatē ꝓgressiue

⁋ Circuli vo mappa. In hac pte boe. põit s̄m ordinē qõnũ
in cathedra cratõis descriptaꝝ ad q̄s post prias filius in
cõstãtie se diuertit. Et diuidit in. 9. ptes s̄m nouē qõnũ ge
nera. ptes i processu patebũt. Et dicit p°. q mappa. i. pla
nicies forma seu dispõ scdi circuli sedis cratonis detiebat
oculos intuentiũ nouenaria inspectiõe. i. ispectiõe. 9. qõ
nũ q̄ꝝ. s. nouē qõnum siue nouenaꝝ inspectionũ. pria qõ
ɔtiebat latitudinē zodiaci. illius celestis circuli modificãtē
. i. mēsurãtē q̄litatē circloꝝ. subaudi ceteroꝛũ spaliũ vti sũt
duo tropici duo polares atq3 vnus oĩm medi⁹ quē eq̄to
rē siue eqnoctialē dñt ⁊ dico modificantē ispectiue. i. s3 ap
pentiã. q3 pro ⁊. modificãtē diffinitiue. i. eẽntias ondēdo
coluroꝝ. illoꝝ semicirculorũ. q3 p ⁊. modificãtē ꝓgressi
ue. i. s̄m rõis ɔñtiã q3titatē toti⁹ forme subaudi mũdial'.
⁋ Notãdũ. n. est q toti⁹ h⁹ l're mēs ē ipsa3 secũdã ptē semi
circuli cathedre cratonis q̄siuisse. circuloꝝ vl'is mũdi ma
chine descriptõ3. atq3 tãdē ex his forme q3titatis mēsura
tionē. Pro quoꝝ oĩm absolutione notãdũ ē in ipa mun-
diali machina q̄sdã maiores iaginãdũ fore circulos. q̄sda3
vo minores. maiores inq3 q ipa3 spã ad duo secãt eq̄lia. mi
